ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHALARIDIS EPISTOLAE.

QUAS

LATINAS FECIT, ET,

INTERPOSITIS CAROLI BOYLE NOTIS,

COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

IOANNES DANIEL A LENNEP.

mortuo Lennepio, finem operi imposuit,
Praefationem, et adnotationes
quasdam praefixit

L. C. VALCKENAER.

GRONINGAE,

APUD IACOBUM BOLT, CIↃIↃCCLXXVII.

PA
4267
P25
1777

LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO

PRAEFATIO.

LECTORI

S. D.

L. C. VALCKENAER.

Ioannes Daniel a Lennep, ex honeſtiſſima familia natus in Friſiae metropoli, Leouardiae, quum per aliquot annos in Academia Franequerana, iuuenis animi atque ingenii bonis ornatiſſimus, ſeuera lege Literarum ſtudiis inuigilaſſet, anno CIↃIↃCCXLVII. Leouardiae ſuorum in Graecis Latinisque literis profectuum ſpecimen edidit, Coluthi Raptum Helenae, a ſe recenſitum ad Codd. MSS. notis, et tribus Animaduerſionum libellis illuſtratum; quibus ſe hominibus Literatis commendauit, magnamque ſui ſpem concitauit; quam etiam impleuit, in Academia Groningana nominis celebritatem adeptus, vbi per annos quindecim, vir optimus, et grata morum facilitate cuiusuis ordinis hominibus acceptiſſimus, Linguae Graecae fuit Latinaeque magna cum laude Profeſſor.

Iam adoleſcens animaduerterat Lennepius, ab eruditis hominibus, qui quidem Linguam Anglicam non intelligerent, aut qui libros iſtos, ſuperioris ſeculi fine vulgatos in Anglia, his in oris oppido raros, ſibi comparare non poſſent, vehementer deſiderari, quae patrio ſibi ſermone ſcripta, exquiſitae eruditionis plena, dediſſet primi ordinis Criticus, Richardus Bentleius, occaſione Phalaridis Epiſtolarum, typis Oxonianis a Carolo Boyle vulgatarum. Ceperatque adeo Lennepius, Anglicae quoque Linguae callentiſſimus, conſilium, iſta ſummi Bentleii ſcripta perdocta in Latinam Linguam conuertendi, atque vna cum Phalaridis quae dicuntur Epiſtolis, ad ſcriptos Codices conferendis, euulgandi.

Quidquid ad hoc ſuum inſtitutum pertineret quum colle-

giſſet, illud animoſe aggreſſus ita coepit perſequi, vt ſuo tempore potuiſſet opus egregium in publicum prodire: ſed inuidum fatum, quod Literis Graecis mihique iuuenes Friſios abſtulerat egregios, Higtium, Pierſonum, Koenium, impendebat etiam Lennepio. Corporis καχεξία, morbis chronicis debilitati, nulla corrigi poterat medicina: haec opus incoeptum retardauit, et per aliquot ſaepe menſes continuos prorſus interrupit.

Ex Academia tamen Groningana vocatus in Franequeranam, anno CIↃIↃCCLXVIII, vt in locum ſuccederet Gisberti Koenii, eruditiſſimi viri, obitu acerbo vacuefactum, vix nouo muneri Linguae Graecae Profeſſoris fuit inauguratus, quum ſic imbecille corpus lecto affigeretur, vt tertia vice ad Thermas fuerit Aquisgranenſes delatus, futurum ſperans, vt, quod ante illic inuenerat, leuamen malis experiretur. Sed morbus in dies ingraueſcebat: in pago vrbi Aquisgrano vicino, vbi prope fontem, (in quem plane conueniunt Homerica,

Ἡ μὲν γὰρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει, ἀμφὶ δὲ καπνὸς
Γίνεται ἐξ αὐτῆς, ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο·
Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει, εἰκυῖα χαλάζῃ
Ἢ χιόνι ψυχρῇ, ἢ ἐξ ὕδατος κρυσάλλῳ.)

aeger decumbebat, media aeſtate anni CIↃIↃCCLXX paene iam morienti, ſed in cuius morientis corpuſculo liber animus et ſanus vigebat, vltimum ego vale dixi; vitam ille tamen vix vitalem per aliquot adhuc menſes ſuſtinuit, vsque in ſequentis anni Februarium; cuius menſis dies ſextus quod inerat vitale tandem exſtinxit, noſtrumque Lennepium literis elegantioribus rebusque adeo humanis abſtulit, annos natum ſex et quadraginta, menſes duo, dies viginti.

Quum e Friſia Lennepius abduceretur, Aquisgranum deuehendus, Bentleiana quidem iam dudum typis erant Groninganis eleganter expreſſa; ſed in Epiſtolis Phalarideis peruenerant tantum operae ad Epiſtolarum centeſimam vsque ſextam, ſiue paginam 305. Vt opus euulgari poſſet, quod deerat erat

ſup-

ſupplendum: et maximam partem ex ſchedis ſuppleri poterat Lennepii, tametſi partim tantum ad Editionem paratis. Rogatus paulo poſt obitum Lennepii a Librario, vt quae deeſſent operi edenda pararem, hoc quidquid eſſet oneris non illibenter in me ſuſcepi: neque multo poſt Editioni parata Groningam miſi; ſed, aliis in rebus et in vernaculis libellis diuulgandis occupatus, Librarius vix tandem hoc anno perfecit, vt illa typis exprimerentur. Vt recte, neque vitiis foedata typographicis, prodirent, curaturum ſe promiſerat amicus Lennepii, vir magnis ſuis meritis celeberrimus, Nicolaus Guilielmus Schroederus; quodque pollicitus fuerat non tantum praeſtitit; ſed et laborioſos maxima cum cura conficere dignatus eſt Lennepii Phalarideis ſubiectos Indices.

De his Epiſtolis quamuis ſatis copioſe dixiſſet Bentleius, nonnulla tamen dicturus fuiſſe videbatur etiam Lennepius, ſi opus ipſi contigiſſet ad umbilicum perducere.

Bentleius in Diſſertatione de Phalaridis, Themiſtoclis, Socratis, Euripidis, aliorumque Epiſtolis, et de fabulis Aeſopi, in Reſponſione quoque, qua Diſſertationem ſuam vindicat a cenſura Caroli Boyle, ſic euicit, has Epiſtolas ſub nomine Phalaridis a recentiore ſophiſta fuiſſe confictas, vt ea res amplius in controuerſiam cadere non poſſit. Qui hoc poſt renatas in Italia literas iam viderant, homines Eruditi nonnulli de Luciano tanquam earum auctore; alii cogitarunt de Adriano ſophiſta; vid. I. A. Fabricii Bibl. Gr. L. II. c. X. §. 1. ſed nihil admodum habebant, quo niterentur. Venit aliquando in mentem Lennepio, eiusdem eſſe, cuius ſunt Epiſtolae ſub Diodori Siculi nomine Italice et Latine vulgatae: haec in ſcheda quadam notauerat Noſter:

„ [Has Epiſtolas] ſub Diodori nomine citat P. Carrera Theſ.
„ Antiq. Sic. Vol. IX. p. 32. de cuius Epiſtolis leg. Fabricius
„ B. G. XIV. p. 227. --- Eſt in quibusdam magna conuenien-
„ tia. Concluderem fere noſtras Phalaridis Epiſtolas eſſe hu-
„ ius Diodori foetum, ex rerum et ſtyli conuenientia. --- Si

„ non idem eſt cum noſtro, has ſaltem Epiſtolas ſequutus „ fuit, et quidem copioſiores, quam nunc ſunt: memorat „ enim res plures, quam quarum mentio fit in his Epiſtolis. „ Phalaridis Epiſt. 148 conf. cum Diodori IV. --- Phalaridis 12 „ cum Diodori VI. --- Phalaridis 6 cum Diodori VII. --- Phalari- „ dis 30, et 104, cum Diodori IX. --- Phalaridis 143 cum Dio- „ dori XXII. --- Phalar. 101 cum Diodori XXXV. --- Phalar. Ep. 54 „ cum Diod. XXXIX. --- Phalar. 23, 56, et 38, cum Diod. XLV. „ --- Epiſtola Diodori XXXVII reſponſum eſt ad Phalaridis Epi- „ ſtolam 104." Ex his horumque ſimilibus nihil aliud confi- cias, niſi id vnum, has ficti Phalaridis Epiſtolas a literato nuga- tore lectas, qui, homo forſan Italus, ad ſimile quid tentandum hoc exemplo motus, iſtas ſub Diodori Siculi nomine Latine ſcri- pſerit, vel Italice, tanquam a ſe de Graecis conuerſas. Sed, his miſſis, ſatis erit dixiſſe paulo curatius, quibus inſtructus fue- rit Lennepius praeſidiis ad expoliendas Phalaridis Epiſtolas.

Ipſe quidem Lennepius ad editas Epiſtolas tres contulit Co- dices Lugduno-Batauae Bibl. quorum lectiones memoratu dig- nas deſignauit in notis literis A. B. C. Illorum primus, quem reliquis vetuſtiorem gloſſae indicant marginales, in charta ſcriptus, exhibetur in Catalogi p. 336, N° 58. Secundus, cuius lectiones litera B. notatae ſunt, proſtat ibidem N° 49, in char- ta bombyc. manu ſatis antiqua ſcriptus. Tertius Codex re- cens eſt chartaceus. Anglici Codicis MS. ex Bibl. Regia Cot- toniana, qui litem Boyleum inter et Bentleium, vtroque in- dignam, ſed nobis vtiliſſimam et poſteritati, peperit, collatio- nem accuratiſſimam ad Ed. Boyleanam in gratiam Lennepii ab amico Clariſſ. D. Ruhnkenio rogatus inſtituit vir Humaniſſi- mus Henricus Gally, S. T. P. Canonicus Norwicenſis et Glo- ceſtrienſis; qui, dum fuit in viuis, Magnae Britanniae Regi erat a ſacris. In hoc Codice Epiſtolae leguntur CXXVIII. In eius marginibus alterius etiam proſtant Codicis, quocum fuit collatus, lectiones, quas ad Lennepium etiam miſit Huma- niſſimus Gally. Codicis, quondam Palatini, nunc Vaticani,

lectio-

lectiones, olim adnotatas a Neueleto ad Edit. Aurelianenſem Epiſt. Graecanicarum, cum Lennepio communicauit, qui illum magni faciebat, Tib. Hemſterhuſius. Studium autem P. Burmanni Sec. in iuuandis iuuenibus literatis Lennepio parauit, quas a Clariſſ. Gorio Burmannus acceperat, lectiones trium Codd. Bibl. Mediceo-Laurentianae; ſed huius collationis pars tantum ad Epiſt. usque LXXII ad Lennepium peruenit. Codicem MS. Epiſtolarum Phalaridis ſuo ſibi aere Burmannus comparauit, quem qua eſt vir Celeberrimus inſigni humanitate Lennepio miſit vtendum: iſte Burmanni Codex continet epiſtolas CXLVI; abſunt Epiſtolae, quae in hac leguntur Edit. LXXVIII, et XIV; eaedem abſunt ab Ed. Veneta, quacum maxime conſpirat Codex Burmannianus. Praeter Codices, accurate contulit Lennepius Edit. Aldinam anni MID. hac priorem Venetam, anni MIID, curatam a Bartholomaeo Iuſtinopolitano, qui Latina Graecis adiecit, habuit vtendam a Petro Fonteinio, qui, natus in Friſia, vir Politiſſimus atque Eruditiſſimus, ſibi viuens et Muſis artem criticam tractat Amſtelaedami. Continentur iſthac Ed., praeter Phalarideas, Epiſtolae Apollonii et Bruti. Iam ante Phalaridis Epiſtolarum Latinam verſionem, a ſe concinnatam, Florentiae vulgauerat anno MCCCCLXXX Franciſcus Aretinus; quam, ſaepe renouatam, emendauit Thomas Sauius, Medicus Lugdunenſis, ex cuius recenſione Epiſtolae ab Aretino verſae proſtant ſaepius vulgatae. Adhibuit etiam Lennepius Edit. Baſil. Gr. Lat. anni MDLVIII, in qua verſio legitur Latina Thomae Naogeorgi, Straubingenſis. Eadem paene verſio eſt in Edit. quam Eilhardus Lubinus curauit Roſtochii anno MDXCVII, et in Edit. eiusdem anni Commeliniana. Latina, quae ſub nomine proſtant Iacobi Cuiacii in Epiſt. Graecanicis, ſaepe ſequutus Nobiliſſ. Carolus Boyle, Eques, Phalaridis Epiſtolas edidit Oxoniae anno ſuperioris ſeculi XCV, et Latine verſis notulas adſperſit. Cum Epiſtolae in Ed. Oxonienſi aliisque ipſius iudicio ordine legerentur perturbato, et hac in parte Codices

ab

ab Edd. atque inter se valde discreparent, Lennepius ordinem Epistolarum prorsus immutauit, vt suis scilicet singulae temporibus viderentur scriptae: hoc, Oxonienſis Editionis lectoribus incommodum futurum, ab amico factum nollem; et, quam facilis sit in hac re in errorem prolapsio, suo ipsius exemplo, cum ad Epist. perueniſſet CXII, discere potuit Lennepius. Huic malo medebitur duplex Index Epistolarum a Clariſſ. Schroedero subiectus.

Diuersorum, quae prostant, interpretationes Lennepium a noua versione Latina concinnanda non deterruerunt, qui, memoratis diuersis lectionibus, quae alicuius viderentur momenti, has ficti Phalaridis Epistolas dignas censuit, quas luculentis adnotationibus exornaret; de quibus dixeris, quod de Casauboni in Persium commentario dixisse perhibetur Ios. Scaliger. De his Epistolis, a docto sophista, homine, meo quidem iudicio, in Italia nato, cui Lingua Graeca non erat vernacula (vid. a me notata in p. 200.) scriptis, paene nimis est seuerum Magni Bentleii, sed ab Editore Boyleo irritati, iudicium. Homines Eruditi, qui illas arbitrabuntur Lennepii elaboratis obseruationibus non satis dignas, tot tamen egregias in scriptores Graecos emendationes hac secum occasione communicatas laetabuntur, seque Lennepio fatebuntur permultum debere, propter eximia Bentleii opera quae Latina fecit, ipsique, etiam quos in his reperient Bentleianis, errores condonabunt; vnum, ceteris grauiorem, in illius Responſ. p. 214 corrigent, legentes, *Perictione*, --- *quae, licet Pythagoréa, Ionice scripsit.* --- Habuit procul dubio Lennepius sui ipsemet operis chartas editas, in quibus, vt credere conuenit, errores quosdam suos correxerit, a se detectos, atque a me, aliisque indicatos: sed harum nulla cum librario, neque adeo mecum fuit communicata: ipse itaque quaedam conscripsi, quae hunc etiam defectum supplerent. Illa, postquam testimonia quaedam pro more exhibuero de his Epistolis iam olim lectis vt Phalarideis, Docto Lectori proponentur.

TESTI-

TESTIMONIA VETERUM,
QUI PHALARIDIS, VT EPISTOLARUM SCRIPTORIS, MENTIONEM FECERUNT.

IO. STOBAEUS qui dicitur, in Florileg. Tit. VII. p. 92, vbi maxima pars legitur Epiſt. Periſtheni inſcriptae, quae eſt in Ed. Boyl. LXXII, in Ed. Lennepii XV.

— Tit XLVII. p. 344, vbi (in marg. Cod MS. Leid. legitur ἐκ τῆς Φαλάριδος) initium eſt Epiſt. in Ed. Boyl. XXXVIII, Lenn. LXXXI.

— Tit. LXXXIV. p. 493.
Phalaridis exſtat ad Axiochum Epiſtola, in Ed. Boyl. CXX, Lenn. CXLIV.

PHOTIUS, in Epiſtolarum CCVII, ad Amphilochium ſcripta, primus ſpurias eſſe vidit, ſaltem vt Phalaridis dictas memorat:
ἔχεις, ait, τὰς εἰς Φάλαριν, ἐκεῖνον, οἶμαι, τὸν Ἀκραγαντῖνον τύραννον, ἀναφερομένας ἐπιστολάς.

SUIDAS: Φάλαρις, Ἀκραγαντῖνος, τυραννήσας Σικελίας —— ἔγραψεν ἐπιστολὰς θαυμασίας πάνυ.
Iſthac aetate quaeuis admirabantur huius generis.

IOANNES TZETZES Hiſt. Chil. I. v. 669.
Αὐτὸς δ' ἐκ τῶν Φαλάριδος ἐκείνου τοῦ παυσόφου
Ἐπιστολῶν σοι γέγραφα ταύτην τὴν ἱστορίαν. κ. τ. λ.

— Chil. V. v. 837. περὶ Τεύκρου γραμματέως τοῦ Φαλάριδος.
Οὗτος ὁ Τεῦκρος γραμματεὺς Φαλάριδος ὑπῆρχεν,
—————— ὃς κλῆσιν μὲν ἐκέκτητο τυράννου,
Τοῖς δ' ἔργοις ἄλλος δίκαιος ὑπῆρχεν Ἀριστείδης.
In proximis varia enarrantur ex his Epiſt. ſumta.

— Chil. XII. v. 461.
Οὗτος πικρὸς ὁ Φάλαρις πᾶσι δοκῶν ματαίως
Δεικνύει ταύτην φλύαρον τὴν δόξαν πεφυκέναι,
Τῷ ἀποδεῖξαι, παρ' αὐτῷ πεντάμηνον εἰς χρόνον
Τὸν μέγαν, τὸν φιλόσοφον διάξαι Πυθαγόραν.

NONNUS, ſiue potius MAXIMUS, in Gregor. Nazianz. ed. Montacutii, p. 144,
ὁ Φάλαρις ἐν ἐπιστολῇ φησι, Περίλαόν τινα κ. τ. λ.
Cum ex iſta Συναγωγῇ ἱστοριῶν nonnulla deſcripſiſſet, et errorem ſcriptoris notaſſet *Michaël Apoſtolius*, Cent. XX, pr. XIII, *aliter rem ſe habere*, ἔστι γε, inquit, τῷ θέλοντι κατιδεῖν ἐκ τῆς πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολῆς τοῦ Φαλάριδος, ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογουμένου.

Editi Grammatici, qui ex aliis tamen Sophiſtis quaedam protulerunt, nihil habent ſub nomine Phalaridis: ineditus recentioris eſt Graeculi Gramm. libellus in Bibl. Medicea, (non Sangerman.) ex quo ſecum communicatum a Cl. Ruhnkenio locum, quo Phalaris memoratur, Lennepius exhibet in Adnotat. p. 332.

L. C. V.

ADNOTATIONES

IN EPISTOLAS FICTI PHALARIDIS, ET IN OBSERVATA LENNEPII.

Pag. 6, 26. Ἐπὶ τοσοῦτον βάθος καὶ παιδείαν διδαχθείσας] Hic vulgata mihi lectio non displicuisset: ἐπὶ τοσοῦτον βάθος παιδείας ἀχθείσας. In *Thoma Mag.* reliquerunt intactum Βάρος νῦ· vbi corrigi debebat Βάθος νῦ. neque sane βάρος πλάτει dixerat *Sophocles* in Aj. v. 130, sed πλάτει βάθει. quod et Codd. seruarunt MSS.

Ibid. v. 31. Καὶ μόνην] Litera repetita legendum, ἢ καὶ μόνην. praecesserant enim ista: ἣν (ψυχὴν) ἐχρῆν πρώτην ἐπὶ τὰ τοιαῦτα συνησκῆσθαι. sequi omnino debuit, ἢ καὶ μόνην.

P. 19. Fragmentum tractat Tragoediae *Lennepius*, quod ex Niobe suspicatur esse *Euripidis*. Primum *Aeschylus* et *Sophocles* huius nominis edidere dramata; non *Euripides:* hoc arbitror me ostendisse Diatribes in *Eurip.* p. 13. B. C. Deinde in Tragici verbis, quae disiecta recte composuit, disponendis Ἥμβροτεν, ὅδ' ἔτυχεν. Atticis magis vsitatum Τιθηνεῖται, quam τιθηνεῖ, non debebat mutari. Quod Tragico tribuitur, τῶν σπαργάνων ἐρεπίοις, vix, opinor, diceretur: sed χλανιδίων ἐρεπια, siue ῥάκη, sunt ipsa σπάργανα. *Suidas:* Σπάργανα, κυρίως τὰ ῥάκη. *Panni linteaminum*, quibus recens natus infans inuoluebatur, commode dicuntur χλανιδίων ἐρεπια· vt alibi πέπλων ἐρεπια. Quia autem *tenuium* erant *linteorum* panni, a Tragico vocantur Λεπτοσπάθητα. in vulgatis λεπτὰ πάθη τῶν feliciter *Xylander* iam viderat vocem latere Λεπτοσπαθήτων. hoc, ab aliis etiam probatum, reiici non debebat. Parum equidem dubito, quin tres fuerint ex *Sophoclis* Niobe senarii, hac ratione scribendi: [ἡ Τραγικὴ τροφὸς τὰ τῆς Νιόβης τέκνα τιθηνεῖται,]

Λεπτοσπαθήτων χλανιδίων ἐρεπίοις
Θάλπουσα καὶ ψύχουσα, καὶ πόνῳ πόνον
Ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν.

et in his simplex elucet *Sophoclis* maiestas. *Laborem diurnum mutans nocturno*, nutrix in curandis infantibus eleganter dicitur πόνῳ πόνον Ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα

σα τὸν καθ' ἡμέραν. *Sophocles* in Aj. v. 877, Πόνος πόνῳ πόνον φέρει. Oed. in Col. v. 500.

Φύλασσε πατέρα τόνδε· τοῖς τεκοῦσι γὰρ
Οὐδ' εἰ πονεῖ τις δεῖ πόνῳ μνήμην ἔχειν.

et vere dicitur a *Plutarcho* T. II. p. 496. E. mater in alendis fouendisque infantibus omnem istum laborem insumere, μηδὲν ἡδὺ καοπωμένη neque enim hi sunt labores, de quibus dixeris illud Polydamantis *Xenophontéi* ex Hellen. VI. p. 340, 35, ὅτι ἐκ τῶν πόνων καὶ τὰ μαλακὰ γίγνεται. —— Dicta autem sunt Λεπτοσπάθητα χλανίδια, vt dicitur λεπτόμιτον φάρος in *Euripidis* Andromache v. 831. Versus est *Aeschyli* apud *Pollucem* VII, 78,

Σὺ δὲ σπαθητοῖς τριμιτίνοις ὑφάσμασι.

Hesychius: Τριμίτινα ὑφάσματα, τρίμιτα. et, Τρίμιτον, τὸ εὐσπάθητον, ἱμάτιον. Quod *spatha* erat *textoria*, non *pectine percussum*, Σπαθητὸν vocabant: hinc remanserunt, ignota Lexicographis, Εὐσπάθητος· Λεπτοσπάθητον· et, Καιροσπάθητον. ex *Hermippo* Comico Καιροσπάθητον ὕφασμα *Suidas* praebet in v. Ἀιθέων, rectius emendatus a *Toupio* in Epist. Crit. p. 66, quam a *Piersono* ad *Herodian.* Gramm. p. 456. Quid fuerint Καῖρος· Καίρωμα· καιρωσις· καιρωσίδες· discere licet ex *Eustath.* in *Hom.* Od. H. p. 373 et 374.

P. 23. a. v. 1. in *Eustathii* verbis ex Epist. ined. vna litera interiecta scriberem, βάθος μὲν ἂν ἀντάξιον λόγου· id est, μεῖζον λόγου. pro ἂν ἂν ἄξιον.

P. 24. b. qui laudatur ex *Stobaeo Dorotheus*, vt rerum Sicularum scriptor, est fictum nomen: talia sunt in *Stobaei* Florilegio permulta, ex duobus libellis descripta, nugarum plenis, qui prostant inter opuscula *Plutarchi.*

P. 26, v. 34. δι' ὀργῆς ἔχειν ἐμοὶ, legitur et in Cod. *Meermanni*, cuius scriptum Codicem vtendum habui, in quo paucae quoque legebantur *Phalaridis* Epistolae.

P. 30. v. 82. Σύνοιδα μὲν ἐμαυτῷ ἔκθεσμα δρᾶν] Aliorum more scripserat, et suo, δρῶν· scribere etiam potuerat δρῶντι· vt P. 84, v. 31. ἐμαυτῷ σύνοιδα μάλιστα ἀνιωμένῳ. —— In *Eurip.* Or. legitur v. 396, —— σύνοιδα δεὶν' εἰργασμένος. Interpres Jobi XXVII, 6, οὐ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας. conf. *H. Stephani* Append. Thes. L. G. p. 163. et corrigatur *Lucianus* de Saltat. T. II. p. 303, σύνοιδε γὰρ καὶ ἐν ἐκείνοις μᾶλλον ἐπαινεμένη. syllaba praecedens eliserat praepositionem.

P. 32, v. 95. vox πολῖται videtur vitiosa. voces autem ἄξιοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι πολῖται absunt a MS. *Meerm.* Sensus inesset sic scriptis: πολιτῶν δὲ εἴ τις ἐστὶν, ᾧ ὁ μόρος οὐκ ἤρεσεν, εἰδέτω ——. ita certe scribendum, pro ἰδέτω.

P. 46, v. 69. In loco *Alciphronis* probandum videretur, τρίκκρον καὶ ταλάντατον γερόντιον· ex MS. cum *La Crozio* et *Toupio* in Epist. Crit. p. 143. Quod vero *D'Orvillio* τρικόρωνον venit in mentem ad Charit. p. 444, monuit me Cl. *Ruhnkenius* confirmari Codice Regio Paris. in quo sic scripta legerentur *Alciphronis* verba: ὁ παύσῃ τρικόρωνον καὶ ταλάντατον γερόντιον πειρῶν τὰς ἐφ' ἡλικίᾳ ἀνθούσας ἡμᾶς.

Ibid. v. 70. Τηλικοῦτος ὢν scripsisse videtur Sophista; et γέρων ex interpretamento fluxisse.

P. 47. b. In *Lucianeis* hic propositae coniecturae praeferenda est coniectura *I. I. Wetstenii.*

P. 52. b. *Locis supra citatis addo*] Haec, quaeque sequuntur ad finem usque pag. retractata, vt equidem puto, reiecisset *Lennepius:* esse certe reiicienda ipsum iam ante hoc decennium monueram. Ista scribens forte fortuna non recordabatur, alibi quoque *Plutarchum Euripidea* nobis ex Bellerophonte quaedam exhibere, nempe T. II. p. 529. E. μηδ', ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος, Ἔπληττ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ θέλοι τῷ Βελλεροφόντῃ, τοῖς δεομένοις ἑαυτὸν ἐκδιδόναι καὶ συνεκλαπεινοῦν. In altero legitur *Plutarchi* loco T. II. p. 807. E. de Agesilao: περὶ τὰς τῶν φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὑτῷ γενόμενος, ἀσθενέσταλος καὶ ταπεινόπαλος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος, Ἔπληξ' ὑπείκων μᾶλλον, ἢ μᾶλλον θέλοι. Hiatum saltem, qui *Grotium* non offenderat, euitat *Heathius*, corrigens ἢ κἀυτὸς θέλοι. In altero loco *Plutarchi*, nomen, τῷ Βελλεροφόντῃ, facile liquet ad ὑπείκων fuisse adscriptum. *Euripidis* Bellerophonti Pegasus

Ἔπληττ', ὑπείκων μᾶλλον ἢ θέλοι ——

Ab hoc prorsus diuersus est veteris Comici, locum tamen Euripideum respicientis, versus elegantissimus:

Ἔπληξ', ἀλέκτωρ δᾶλον ὡς κλίνας πτερόν.

quem versum Comici ter adhibet *Plutarchus*, T. I. p. 193. C. p. 293. F. T. II. p. 762. E. Horum locorum primum excitans *Florens Christianus* in *Aristoph.* Vesp. v. 1481, ista sic Latina fecit: *Obnoxiam alam flexit, vt gallus tremens. Scaliger* nescio cur posuerit in Prouerb. Strom. v. 594, Ἔπληξ', ἀλέκτωρ ὥσις, ἐκκλίνας πτερόν. *Galli instar horret, flectit alas qui suas.* Dicaces

At-

Attici transtulerunt in *Phrynichum*, cum ὑποπτήσσων theatro eiiceretur: vid. *Aeliani* V. H. xiii. c. xvii. quaeque ibi notantur. Legitur in *Aristoph.* Vesp. v. 1481,

Πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ.

de quo dicto *Bentleii* vid. iudicium in Responsi. ad Obi. *Boyl.* p. 148.

P. 62. v. 5. Ὑμῶν γε ἕνεκα] Hic significat, *ad vos quod attinet.* vt apud *Lucian.* T. I. p. 49. p. 143. p. 578. *Dion. Chrys.* p. 463. B. *Plutarch.* T. I. p. 964. c. *Iulian.* apud *Suidam* in χρῆμα. &c. ne dicam Atticos, *Xenoph.* Ἀπομν. iv. p. 466, 9. *Demosthen.* p. 23. §. 20. p. 277. §. 24.

P. 64. v. 19. Σχολάζειν πρὸς τῇ λύρᾳ] Insolentior ista est structura: plerumque post σχολάζειν omittitur praepositio, quae tamen in aliis idem significantibus loquendi formulis suam semper sedem occupat. In Hexaplis *Origenis* quae vocantur, ad II Reg. viii, 19. Hebraea vox, *sacerdotes* significans, ab *Aquila* reddita dicitur ἱερεῖς, a *Symmacho* σχολάζοντες. quod absurdum. Ab interpretum Graecorum, qui quidem Antiqui Foederis Sacros istos libellos quodam modo reddiderunt, longe doctissimo *Symmacho* dicti fuerant ἱεροῖς σχολάζοντες, *sacris vacantes.* Θεῷ σχολάζει, et προσευχαῖς σχόλαζε leguntur et in Epistolis *S. Ignatii.*

P. 66, v. 37. Εἰς ἑταιρείαν ἐμήναμεν] Significare nequit *factionis insaniuimus studio.* vt is sensus, legitimus, enascatur, vna litera auctius legendum: μεμήναμεν· hoc est *insaniuimus:* alterum, ἐμήναμεν, notat *in furorem egimus.* Ratius simplex μῆναι, in *Aristoph.* tamen legitur Thesm. v. 568, et alibi: multo frequentius ἐκμῆναι. Notum illud, quod tribui solet *Platoni* τῷ πάνυ,

Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

P. 68, 40. Τυραννοκτονεῖν] Hic, syllaba repetita, τὸ τυραννοκτονεῖν requiritur; paulo post illud ipsum recte legitur absque articulo.

P. 70, 46. Pro ἀλλ' ἐδὲ, optime correxit *Lennepius*, μᾶλλον δέ. Ista formula, qua praecedentia corriguntur, restitui debet *Dioni Chrys.* Or. xxxii. p. 427. c. vbi vrbis *Malli* nomen quaesiuerat *Casaubonus:* auctor illic est Tarsensibus *Dion*, vt, aliquid de iure suo remittentes, vicinos, Mallotas, aliosque, clementer tractent: οὕτως, ait, ἑκόντες ἀκολουθήσετσιν ὑμῖν ἅπαντες, καὶ θαυμάζοντες καὶ ἀγαπῶντες, tum sequuntur ista: ὃ μεῖζόν ἐστι τοῦ εἶναι παρ' ὑμῖν καὶ δικάζεσθαι μᾶλλον. ingeniose *Casaubonus* Μάλλον, perperam corrigit καταδι-

κάζεσθαι. sic ille scriptis significari posse putabat: *quod maius fuerit, quam si adiudicata vobis fuerit ipsa Mallus.* Docte *Henr. Valesius*, Emend. p. 65, vulgata καὶ δικάζεσθαι tuetur, et vere explicat; sed haeret in μᾶλλ ν, videturque *Casauboni* probasse Μάλλον. Sed nec *Valesius*, neque *Casaubonus* usquam legerant τὸ εἶναι παρ' ὑμῖν. In τῷ εἶναι nemo Criticus negabit monitus, voces hic latere, τῷ θύειν. Sic itaque sua *Dioni* postliminio restituo: ὃ μεῖζόν ἐστι τῷ θύειν παρ' ὑμῖν, καὶ δικάζεσθαι. μᾶλλον δὲ ταῦτα μὲν ὁδ' ἡντινῶν ἔχει ὠφέλειαν, ἐπελθεῖν ἐπὶ θυσίαν δεῦρο ἢ τὰς Ἀδανεῖς, ἢ τὰς Λιγαίας. —— Possent et aptiora dari ad vicina ficti *Phalaridis*; sed haec me nimis diu detinerent.

P. 70, 57. Ἔνθα ἔμελλον ἐμπρόσωποι ἔσεσθαι] Graecis vsitatam vocem si adhibuit, scripserat ἀντιπρόσωποι· et, probabiliter, syllaba repetita, τοῖς λοιποῖς, εἰς τὸ μηδὲν καθ' ἡμῶν τεκταίνειν κακόν.

Ibid. v. 58. Ἄλλοι δ' ὄψεις ἐξηράνθησαν] Meo quidem arbitratu defendi non debet, sed emendari, ὄψεις ἐξηρέθησαν. legerat illud Sophista eadem structura apud *Thucyd.* cuius phrasin imitando vbique conatur exprimere: VI, c. 24, τὸ μὲν ἐπιθυμῶν τῷ πλῷ οὐκ ἐξηρέθησαν ὑπὸ τῶ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς.

P. 76, v. 75. Καταπαρέντες εἰς τὴν Ἱμεραίων θηρόβοτον ἄχρι τῶν ςηθῶν —— τῇ λώβῃ διεννυκτέρευσαν.] In vltimis primum vsus Graecorum praepositionem requirit, ἐν τῇ λώβῃ διεννυκτέρευσαν. —— Deinde, *defixi in foueam, in qua ferae alebantur*, non sane a verbo Καταπαρεῖναι dici poterant καταπαρέντες· tale enim verbum natura praepositionum non admittebat; et, ductum a παρίημι, παρεὶς vim habet actiuam: frequentatum illud Tragicis redditur a Grammaticis, ἐάσας, καταλιπών. A πείρω formantur παρεὶς, περιπαρεὶς, et hic, quia, corpore inferiore ad pectus usque per os foueae demisso, quod a feris deuoraretur, defigebantur, dicuntur Καταπαρέντες. *Hesych.* Καταπειρόντες, καταδήσαντες. *Defixum deligare* dici potuit Καταπείρειν· et Καταπαρεὶς, vt ἀναπαρεὶς, διαπαρεὶς, περιπαρεὶς. *Herodotus* IV, c. 94. ἢν ἀποθάνῃ ἀναπαρεὶς (ἀκοντίοις.) ξιφῶν ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι est in II *Maccab.* XII, 22. *Lucian.* T. I. p. 439, μιᾷ πληγῇ ἀμφότεροι διαπαρέντες. Legitur apud *Philon. Iud.* de Somniis p. 1132. C. βάτοις καὶ τριβόλοις περιπειρόμενος. et p. 1122. B. δυσαναπορεύτοις βαράθροις περιπαρέντες. vbi legi forsan debet, δυσδιαπορεύτοις βάτοις π.

P. 78, 1. Τφήνκα τῆς ὀργῆ] Vsitato more scripsisse videtur, ὑφῆκα τῆς ὀργῆς. hoc mihi placere iam indicaui ad *Herodot.* P. 580, v. 87.

P. 92,

P. 92, 69. [illegible] πένθος] Dederat, opinor, περιτέθειται.

—— 77. Εἰς τοὺς κατὰ σεαυτὸν ἀνθρώπους] *In tui aeui homines.*

P. 102, 10. Γεννᾶται ἕκαστος ἡμῶν ἐπὶ μυρίοις κακοῖς] Non significant ista: *innascitur quisque infinitis malis;* sed, *ea quisque nascitur conditione*, siue *sorte*, *vt infinitis sit malis obnoxius.* Suam sortem lamentantibus dici semper potest illud *Euripidei* senis ad Agamemnona, Iphig. in Aul. v. 29.

Οὐκ ἐπὶ πᾶσιν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς·
Δεῖ δέ σε χαίρειν, καὶ λυπεῖσθαι,
Θνητὸς γὰρ ἔφυς.

P. 106, v. 33. Hunc locum emendare conatus sum in Diatribe in *Euripidea* p. 179.

P. 108. 61. Ἀπόχρη] Potius scriberem, ἀπέχρη δέ μοι χάριν εἰληφέναι παρ' αὐτοῦ· id est ἀπήρκει· *mihi sufficiebat*, vel *satis erat.*

P. 111. In *Isocratis* ad Demonicum Paraenesi (Ed. *Steph.*) p. 8. c. de canibus alienis dictum, τοὺς διδόντας, ὥσπερ τοὺς τυπόντας (vt vulgatum τυχόντας recte corrigit *Wolfius*) ὑλακτοῦσι· mutari non debet. Optime dicitur Ὑλακτεῖν τινα pro *allatrare.* In veteri libello de vita *Homeri*, qui sub nomine prostat *Herodoti*, p. 563, (Ed. *Gronov.*) 26, ὡς ὑλάκτεον αὐτὸν οἱ κύνες. v. 42, τῶν κυνῶν —— ὑλακτεόντων δειπνοῦντα. *Ariston* in *Stobaei* Florileg. p. 456, 51, οἱ ἄρτι ἐκ φιλοσοφίας πάντας ἐλέγχοντες, καὶ ἀπὸ τῶν γονέων ἀρχόμενοι, πάσχουσιν ὅπερ νεώνητοι κύνες, οἳ οὐ μόνον τοὺς ἄλλους ὑλακτοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔνδον. scena mutata, tales tamen semper dantur actores, quales cum catellis eleganter comparabat *Ariston. Suidas* in Ἀκαλανθὶς, —— ὁ κύων, παρὰ τὸ αἰκάλλειν ἴσως τοὺς γνωρίμους, ὑλακτεῖν δὲ τοὺς ξένους. eadem structura ter minimum hoc verbum adhibuit *Lucianus. A. Gellius* N. A. VII, c. 1, de Scipione scribit Africano, templi Capitolini aedituos *demiratos*, *quod canes*, *semper in alios saeuientes*, *neque latrarent eum*, *neque incurrerent.*

P. 114, 81. Οὐδ' ἂν ἀποθανὼν —— ἐπιλαθοίμην] *Homeréi* recordabatur Achillis, qui in Il. x, v. 389.

Εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν ἀΐδαο,
Αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου.

In *Euripidis* ex Heraclidis versu 321, scribendum potius de more Tragici, ὅσον σθένω· quam cum *Lennepio.*

P. 126,

P. 126, 47. Τέτων (λιμοῦ καὶ φόβε) ὑμᾶς [illegible] in duobus aliis Codd. ſcriptis inuentum, εὐμοιρεῖν ipſius mihi Sophiſtae videtur. Vt *rei expers* ἀμοιρεῖν, *particeps* dicitur εὐμοιρεῖν. Ἄμοιρος· εὔμοιρος· et εὐμοιρία, valde veteribus erant vſitata: ἀμοιρεῖν et εὐμοιρεῖν frequentarunt recentiores: non, quod editum eſt, εὐμοιρατῆσι, ſed ſcripſiſſe ſuſpicor *Timaeum Locrum* de Anima mundi p. 556. εἰκόνα σοφίας τοῖς εὐμοιρίας λαχῆσι. Θείας μοίρας λαχεῖν dixit *Charax* in Anonymi libello π. Ἀ. quem dedit *Leo Allatius*, c. xvi. *Callim.* h. in Del. v. 295, Εὔμοιροι δ' ἐγένοντο Abſurde vulgatum noſtra fuit aetate in *Lucianeis* T. II. p. 641, αἱ Μοῖραι —— ἐπίτονόν τινα καὶ ἄκ ἄμοιρον μοι δοκῆσι βιῆν τὸν βίον. dederat vtique *Lucianus* ἐπίπονόν τινα καὶ ἄκ εὔμοιρον· et *Philo Iudaeus* p. 870. c. δῆλοι τὰ τῶν ἐλευθέρων εὐμοιρίᾳ ψυχῆς μετιόντες. ſic pro τύχης corrigendum eſſe, non vidit *Mangeius*. Idem *Philo* dixit p. 771. D. φύσεως εὐμοιρῆσαι. *Heſychius*, (qui dat etiam Ἀμοιρῆσαι, et, loco non ſuo, Ἀμοιρεῖν) Εὐμοίρησεν, εὐτύχησεν, ἐκληρώσατο. huius vltimi loco rectius ſcripſiſſet, ἔλαχεν.

P. 163. a. *Euripidis* ex Hippolyto locus omitti debuerat.

P. 164. Epiſtolâ iſtâ XLIX, (in aliis Edd. LXXV,) ex illa, quae in hac Edit. praecedit, confictâ, harum etiam Lector facile carebit: qui hanc conflauit, forte dederat, vocibus alio ordine poſitis, εὖ μέν τοι ἴσθι μὴ καλῶς πεπεικὼς αὐτός, praeterea, καὶ τόδε ἀφ' ἡμῶν, ὅτι ὁ λόγοις ἀπράκτοις ἀμυνόμεθά σε.

P. 170. Hic miror *Lennepium*, qui στρατείαν ἀγείρειν vt ſincerum tueri voluerit, ſibique ſcribat *rem diligenter conſideranti* ipſos veteres vtroque (στρατεία et στρατιά) promiſcue vſos videri; meis etiam in eam rem abutentem obſeruatis: miſcet quae ſunt diuerſiſſimi generis. vt παιδεία et παιδιά, ſic certe ſignificatu ſemper apud veteres differunt στρατεία et στρατιά, ſiue, vt ſcribit *Herodotus*, στρατηΐη, et στρατιή. A nominibus proxime formantur talia in ιά deſinentia; a verbis παιδεία· στράτεία· vt δῆλεία· πορεία· &c.

P. 172, 45. Τέως τᾶ παρόντος] Hoc vno loco nititur in Lexicis; in quibus centena leguntur quae debentur monachis Graeculis. more ſcribatur conſueto, ἕως τᾷ παρόντος ἀνέσχηκα.

P. 174, 49. Ἕως ἔν σοι παρὸν, τῶν ἑκατέρων ἐλέσθαι τὸ λυσιτελέστερον] Eſſe vitiata Graece intelligenti, qui quidem attenderit, articulus τῶν monſtrabit, alienus ab hac ſede. Coëant male diſtractae literae in vnam vocem παρόντων.

Dua-

Duabus tum inſertis literis fortaſſe locus erit emendatus, ſi ſic iſta legantur: ἕως ἂν ἐν σοὶ, παρόντων ἑκατέρων ἐλέσθαι τὸ λυσιτελέστερον, μὴ μιμᾶ Τίμανδρον. quid ſententia poſceret, interpreres latere non poterat: verbo ἐσὶ ſuppreſſo ſic nonnunquam Poëtae certe loquuntur. *Euripides* in Phoen. v. 1256, Πολύνεικες, ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας τρόπαιον. illic adſcripta quaedam proſtant, & in *Herodoti* p. 241. v. 46. quia tamen plerumque verbum additur, hic etiam adiici poſſet.

P. 175. b. Quae tentantur, *Sophoclea* mihi quidem ſemper viſa fuerant eleganter in vulgatis Edd. ſcripta, in Oed. T. v. 495, ſic in Cod. MS. Paris. diſpoſita:

Πέτομαι δ' ἐλπίσιν,
Οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω.

ad quae verbum Μετεωρισθῆναι, et aues in aëre μετεώρως optime comparauit in transcurſu *D'Oruillius* in *Chariton.* p. 342. *In ſpem incertam prominentes*, inſtabiles ſemper et fluctuantes, ſiue μετέωροι ὄντες ἐλπίσιν, a Tragico, in talibus nouatore, commode dici potuerunt in Chorico carmine, ἐλπίσι πετόμενοι· vbi Senatores Thebani ſuper Oedipode Rege *inter ſpem metumque* erant *ſuſpenſi*. —— Neque alterum amici laudo commentum in eiusdem Tragoediae v. 154, quem meo quoque iudicio recte cepit *D'Oruillius* in *Charit.* p. 448.

P. 178, 73. [περιφόβως ἔχων] Μὴ μᾶλλον ἤδη σπουδῇ μεταποιήσῃ ἀγαθὸς φανῆναι τὰ πολέμια.] Reiecta voce σπουδῇ, quam praebent omnes Codices ſcripti, *Lennepius* legendum putabat, μὴ μᾶλλον, ἢ δεῖ, μεταποιήσῃ ἀγαθὸς φανῆναι τὰ π. —— Quod in exigui pretii Sophiſta, *Lennepio*, ipſius *Thucydidis* Editoribus diſplicuit: ſaltem in omnibus Codicibus collatis repertas voces, σπουδῇ πάνυ, ſuo loco reliquerunt, vulgantes VII, c. 89. p. 559, 65, τέως τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον. cum ex Codd. reſtituere debuiſſent: σπουδῇ πάνυ τοὺς ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον. *magno ſtudio* (p. 560, 99. ἀπέστειλαν κατὰ τάχος) *legatos Lacedaemona mittebant.* Πάνυ, praeter cetera, ſic frequentatur a *Thucyde.* Thucydidea quoque formula in literis male diſtractis diutiſſime latuit in his e Meſſeniacis (parte excellentis operis optima) *Pauſaniae*, IV. p. 282. m. πυθέσθαι δέ πε δὴ πάνυ ἐθελήσας· ſuum illi reſtituo, emendando, πυθέσθαι δὲ σπουδῇ πάνυ ἐθελήσας· *quum magno ſtudio cuperem intelligere*, quinam ſcilicet Polycaonis fuiſſent liberi. *Demoſthenes* (*Lambini.*) p. 299. §. 169, πάνυ σπουδῇ τις ἀπήγγειλέ μοι. Decies illud σπουδῇ hac ratione *Pauſanias* adhibuit; qui ſcripſit p. 632. f. σπουδῇ μάλισα ἐθεασάμην. —— Illud Μᾶλλον, in his a Sophiſta poſitum: μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδῇ, *maiori, quam oportet, ſtudio*, ex vnius ductum eſt more ſcribendi *Thucydidis*;

***

cu-

cuius centena ſictus ſibi Phalaris, iſthoruncce hominum more, veluti floſculos enotauit, coronae inſerendos, qua Tyrannum ſuum exornaret. *Thucyd.* VII. c. 3, ἐπανῆγε τὸ στρατόπεδον ἐς τὴν εὐρυχωρίαν μᾶλλον· *exercitum reduxit in locum magis patentem.* cap. 12, ἀποξηρᾶναι τὰς σφετέρας (ναῦς) μᾶλλον ἐξουσίαν· *exſiccandi ſuas naues maior eſt commoditas.* —— *Thucydidi*, ſi id agerem, centena a me poſſent ex Codicibus MSS. reſtitui; quorum lectiones expendere potius cum cura debuerant Editores atque Interpretes, quam ea notare, quae ad quemuis etiam alium potuiſſent referri, et *Thomae Magiſtro* ſimilibusue Grammaticis fuiſſent illuſtrandis aptiſſima. *Thucydidis* contextum qui nobis daret ex MSS. et coniecturis emendatum; et loca veterum, qui hiſtoricorum maximi ſententias et phraſin expreſſerunt imitando, praeſertim *Demoſthenéa*, optime, me iudice, de *Thucydide* mereretur, et de hoc genere literarum: ſed hac, qua viuimus, aetate talem proditurum ſperare vix licet.

P. 188, 26. Ὅταν τῷ πλήθους λαβῇ τῶν Καμαριναίων] Vitiatum illud qua ſit ratione corrigendum non liquet.

P. 194, 75. Ἀλλὰ προφάσεως οὖ, φασι, δεῖ] Probabile dictum, me iudice, ſic debuerat ex Codd. reſtitui: προφάσεως οὐ φασὶ δεῖν πρὸς φίλους· *ſed vere negant apud amicos vtendum eſſe ſimulatione.* Eleganter a Graecis adhibentur, ἔ φημι, ἐ φησι, ἐ φασί. *Homerus* iam dixerat οὐ φησὶ δώσειν, *negat ſe daturum*, in Il. H. v. 393. *Sophocles* in Philoct. v. 814, et in Elec. v. 1215, Οὔ φημι ἐάσειν. Smyndyrides Sybarita ἐκ ἔφη τὸν ἥλιον ἐτῶν εἴκοσιν ἅτ' ἀνατέλλοντα ἅτε δυόμενον ἰωρακέναι, vt narrat *Chamaeleon Ponticus* apud *Athen.* VI. p. 273, C. *Xenophon*, Ἑλλην. V. p. 331, 26, Οὐκ ἂν φασὶν εἰσελθεῖν αἱ γυναῖκες· *mulieres negant ſe* conclaue *ingreſſuras:* frequenter ſic ſcribit *Plato*, cuius hoc etiam eſt T. III. p. 311. C. αἱ βέλτισαι ψυχαὶ μαντεύονται ταῦτα ἅτως ἔχειν· αἱ δὲ μοχθηρόταται οὐ φασί.

P. 200, 7. Ἐκτεῖναι δυνάμενος —— τὴν φήμην.] Phraſis eſt Latina, non Graeca. *Virgiliana* nota ſunt:

breue et irreparabile tempus
Omnibus eſt vitae: ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

Sunt in his Epiſtolis permulta, quae mihi perſuaſerunt, earum ſcriptorem Linguam Graecam non a matre, ſed e libris veterum didiciſſe; quod de Variae Hiſtoriae ſcriptore *Aeliano* conſtat; a quo, me quidem iudice, duo multum diuerſi ſunt, qui ſcripſere de Natura Animalium, et libellum mirificum περὶ

Πρε-

Πρενο'ας, ex quo multo plura *Suidas* in ſuam farraginem transſcripſit, quam plerique viderunt.

P. 204, 29. Ἄλλᾳ τῳ] Hic quoque poni debuerat. Τᾳ, τῳ· pro τινὸς, τινὶ, nusquam in *Homeri* poëmatis, raro apud Comicos, in Tragoediis, et apud quosuis Atticos, horumque imitatores, frequenter inueniuntur. In Dialogo περὶ ἀρε ῆς, qui dicitur *Aeſchinis* Socratici, p. 12. corrigendum, ἤδη τᾳ ἤκυσας· pro vulgato τᾶτο· τᾳ ἀκήκοας eſt in *Platonis* Menone, vbi multa legi poſſunt eadem. ἄλλᾳ τᾳ, et ἄλλῳ τῳ ſaepius occurrunt apud *Thucyd.* aliosque, quorum non recordabatur Cl. *Stoeberus* in *Thom. M.* v. Διεῖναι. ſed in minimis his frequenter fuit erratum: ipſum *Marklandum* ab errore, in iis quae Supplicibus *Euripidis* ſubiecit, p. 251, retraxiſſent adnotata loca *Sophoclis* Aj. v. 290. *Euripidis* Hec. v. 369. Andromach. v. 567. *Ariſtoph.* Theſm. v. 437, prout illum recte emendauit *Steph. Berglerus.*

P. 208, 52. Τάχιον τᾶ διαφθῆναι σβέννυται] *Citius quam accenditur*, odium multitudinis *ſolet extingui.* Veterum vſui potius conueniret ἀναφθῆναι, vel ἐξαφθῆναι. Ἀφθέντα πάντα καὶ καταφλεχθέντα dixit *Thucyd.* IV. c. 133. ἀφθῆναι *Athenaeo* reſtituit *Caſaubonus* VIII. p. 361. E. ἐξήπτοντο εἰς ὀργὴν legitur apud *Suidam* in Ἐπιμᾶλλεν. ἐξήφθη ὁ πόλεμος apud *Philon. Jud.* p. 1024. B. Dictum Spartiatae apud *Plutarch.* in Lycurgo p. 52. E. Δικαίως τεθνάκαντι τοὶ ἄνδρες, (nempe οἱ σβεννύντες τυραννίδα·) ἔδει γὰρ ἀφέμεν ὅλαν αὐτὰν κατακαῆμεν. *ſinere enim debuerant, vt tota combureretur, atque adeo ad nihilum recideret.* horum ſenſum Latinus interpres prorſus peruertit, quae recte cepiſſe video Graece doctiſſimum interpretem Gallum.

P. 212, 76. Ὑπαναβ.] Scripſerat, opinor, ἐπαναβαλλόμενος.

P. 216, 89. Ἴσχυκα] Vereor vt inueniatur apud veteres: ſed hoc de multis dici poteſt, ſi Muſis placet, Phalaridéis.

P. 226, 48. Εἰ μὲν ἦν προκατέσχησαι ταῖς ἐμαῖς διαβολαῖς] Optime ſic reſtituit auctoritate Codicum *Lennepius. Athenagoras* in Legat. pro Chriſt. §. 3. τοσ, inquit, *oro, Imperatores*, ἴσως ἡμῖν ἀκροατὰς γενέσθαι, καὶ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας προκαταστχεθῆναι.

P. 236, 22. Οὐκ ἀχθόμεθα τῆς διαβολῆς] More Graecorum ſcripſerat, opinor, τῇ διαβολῇ, ἢ δὲ τῇ δόξῃ· ſiue ταῖς διαβολαῖς· vt legitur Epiſt. ſeq. Suo quo-

que more dederat, ni fallor, *Xenophon* K. Ἀ. III. p. 179, 16, εἰ δὲ δὴ τούτῳ ἄχθεσθε· non, quod vulgatur, τοῦτο. quinimo Ἀθυμεῖν, et βαρέως φέρειν, *moleſte ferre*, ponuntur apud *Xenoph.* aliosque eadem ſtructura.

P. 237. a. *Menandrea* procul dubio ſcribenda ſunt:

Ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ
Κατασροφῆς τις.

et accipienda, quomodo cepit illa *Toupius* in Epiſt. Crit. p. 42.

P. 260, 70. Ὡς ἂν ἐχρῆν, μετά] Syllaba repetita ſcribendum eſt: ὡς ἂν ἐχρῆν με μετὰ τὸν δημιοργὸν τοῦ ταύρου —— ἄλλως κατεργάσασθαι. ſic ſcribere hic quoque ſolet Sophiſta: p. 266, 13. εἰ πρὸς αὐτὴν ἔδει με τὴν μοῖραν —— διαγωνίσασθαι. *Thomas Mag.* χρή με ποιῆσαι πάντοτε λέγε, ἃ χρή μοι, εἰ καὶ Σοφοκλῆς ἅπαξ. Sic etiam ſtruitur Δεῖ. εἴγε με δεῖ —— εἰπεῖν τἀληθὲς, *Lucianus* T. I. p. 747. Ad *Thomam* recte locus ex Antigone *Sophoclis* fuit prolatus; ſed non debebat illic adnotari *Sophoclis* ex Electra v. 35,

Χρῄ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος·

reſpondet iſta conſulenti *mihi Deus:* in quibus, abſque *Sophoclis* nomine prolatis, χρῄ per μαντεύεται recte interpretantur Auctor *Etymolog. M.* p. 814, 8. et *Euſtath.* in *Hom.* Il. I. p. 652, 38. Il. T. p. 1245, 1.

P. 276, 31. Οὔτε ἐλθεῖν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις ὄσιν, εὐπρεπές.] Scribere ſaltem Sophiſta debuerat: ὅτε ἐλθεῖν ὑμῖν Ἑλληνίδα πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις ὄσιν, εὐπρεπές. id eſt, Ἕλλησιν ὄσι. neque hic *Siculis*, ſed *Sicilienſibus* dare debebat *Lennepius*. In his ducem quoque *Thucydiden* ſequitur: veriſſimum enim eſt, quod tradit *Ariſtidis* Scholiaſtes ineditus in Bibliotheca Cl. *P. Burmanni Secundi:* Σικελιώτης μὲν, ὁ Ἕλλην· Σικελὸς δὲ, ὁ βάρβαρος· ὡς δηλοῖ Θουκυδίδης. vid. Cl. *Ti. Hemſterhuſius* ad *Thom. Mag.* in Σικελός —— Quae leguntur vulgata in *Thucydidis* L. VII. c. 58. p. 484, 81. neque intelligi ab interpretibus, neque ab hiſtorico ſcribi potuerunt: [*Athenienſibus*] ξυνεσράτευον, καὶ Σικελιωτῶν Νάξιοι, καὶ Καταναῖοι· βαρβάρων δὲ Ἐγεσταῖοι, οἵπερ ἐπηγάγοντο, καὶ Σικελιωτῶν τὸ πλέον, καὶ, τῶν ἔξω Σικελίας, Τυρσηνῶν τέ τινες, —— καὶ Ἰάπυγες. In his iſta primum, quae abſurde conuertuntur Latine, οἵπερ ἐπηγάγοντο, [ſcilicet τοὺς Ἀθηναίους] de Egeſtaeis dicta, ſignificant, *qui* primi *Athenienſes alliciendo ad expeditionem in Siciliam ſuſcipiendam induxerant.* hoc ex hiſtoria conſtat: vid. *Thucyd.* VI, c. 6. *Diodorus Sic.* XII, c. 83. Phraſis autem iſta eſt inprimis Thucydidea: vid. p. 98, 19, 31. p. 141, 96. p. 186, 62, 65. &c. —— Deinde nomen Σικελιωτῶν, ſecunda vice poſitum, in ver-

verbis adſcriptis, mutari debet in Σικελῶν· quod et ex vno ſaltem Codice fuit adnotatum; vt hic legatur, καὶ Σικελῶν τὸ πλέον. nam Σικελιωτῶν τὸ πλέον, *plerique Sicilienſium*, ſiue Graecorum in Sicilia habitantium, ſtabant a partibus Syracuſanorum, Camarinaei, Geloï ſiue Gelenſes, Selinuntii, Himerenſei, &c. Ex iſtis Dorienſibus, ſiue Sicilienſibus, nullos habebant Athenienſes hoc bello ſocios, niſi Naxios, & Catanaeos; Siculos vero indigenas plerosque omnes: vid. *Thucyd.* VII, c. 77.

P. 278, 35. Μακάριον δὲ ἐν μνήμαις ἀναθήσεται] Mirum ni dederit, ἐν μνήμαις ἀνῶν· ſiue ἀνθρώπων.

P. 280, 53. Ταῖς ἁγιωτάταις θεαῖς] Ex vſu veterum rectius ſcripſiſſet ἁγνοτάταις.

P. 284, 69. Οὐ γὰρ] Quum praeceſſit, εὖ γὰρ ἴσε, ſequi, ni fallor, debuit: ἔτ' ἄρα ὑφ' ἡμῶν γενόμενος —— ἔδεισεν, ἔτε —— ἐπεκλάσθη.

P. 286, 88. Προστάξας reuocandum eſt.

P. 296, 55. Ὧν εἰς τ. εὐσεβήσεις] Ὧν ἂν εἰς ταύτην εὐσεβήσῃς, ex aliis ego Codicibus recepiſſem.

P. 298, 65. Ἕπεται τὸ μεγαλοφροσύνης ἀξίως κτᾶσθαι.] Quod ante vocem μεγαλ. φροσύνης in quibusdam eſt MSS. μετὰ, interpretis eſſe *Lennepio*, mihi videtur ipſius eſſe, *Thucydiden* in hac etiam imitantis praepoſitione, Sophiſtae; vt hic adeo dederit, τὸ, μετὰ μεγαλοφροσύνης, ἀξίως κτᾶσθαι. Sic ſcribit, voce etiam ἄξιον ſequente, Epiſt. CXXI. p. 342. Πάνυ μοι δοκεῖ μετὰ γέλωτος ἄξιον εἶναι θαυμάσαι τὸ σωφρονίζεσθαί τινας ὑπὸ σοῦ. recte *Lennepius: dignum, quod quis miretur et rideat.*

P. 302, 97. Τῆς δὲ παρασίας τῆς Κρήτηθεν εἰς Ἀκράγαντα, καὶ τῆς ἐνθένδε πάλιν ἀφόβα τὸ πιστόν] Quid ſenſus requireret, facile fuit intellectu: miror vero non vidiſſe *Lennepium*, vitioſam vocem ἀφόβα mutandam in ἀφόδα. Quid enim eſſet, quaeſo, ἡ ἐνθένδε πάλιν ἄφοβος; quid τῆς ἀφόβα τὸ πιστόν; ſi vel omnes Codices in litera vitiata conſpirarent, nihilominus cenſerem ſcripſiſſe Sophiſtam: τῆς ἐνθένδε πάλιν ἀφόδα τὸ πιστὸν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν ἡ τῶ πατρὸς εὔνοια παρέξεται pro εὔνοια dubito, an non primitus hic fuerit ἡ τῶ πατρὸς πρόνοια, *prouida patris cura.* —— Alio ſenſu apud *Herodot.* IV, c. 97. ἥγε ἄποδος, ἡμῖν ἀσφαλὴς [ἔσαι.] quo modo de exercitu ſaepius ἄφοδος adhibetur ab hiſtoricis.

P. 302, 8. Τετυραννοκτονηκέναι] Nemo, credo, veterum adhibuiſſet.

P. 304, 14. Ὅ, τι βούλοιό μοι χρῆσθαι] Optime ſe habet. Apud *Thucyd.* VII, c. 85. Nicias Gylippo ἑαυτὸν παραδίδωσι, —— καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν —— ὅ, τι βέλονται. Animalia hominibus multo *i*-χυρότερα *Xenophon* in Oeconom. dixit p. 467, 4, οὕτως ὑποχείρια γιγνόμενα τοῖς ἀνθρώποις, ὥστε χρῆσθαι αὐτοῖς ὅ, τι ἂν βέλωνται. Secundum *Iſocratem* in Panathen. p. 254. D. Regi Perſarum Lacedaemonii omnes in Aſia Graecos παρέδωκαν διαρρήδην γράψαντες, χρῆσθαι τούτοις ὅ, τι ἂν αὐτὸς βέληται. ſic emendo vulgata τῷδ' ὅτι. Iſtam formulam, in ipſo iam Theſauro L. G. tractatam, egregie *Henr. Stephanus* illuſtrauit in Append. Theſauri p. 94.

P. 314, 48. Τυραννοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῆναι] Hoc mihi, in *Herodotum* obſeruata ſcribenti, ab vſu Graecorum prorſus videbatur remotum; et nunc ſimiliter iudico, ſcribi debuiſſe ἀκούειν· quod et a Sophiſta poſitum puto. Quae tanquam ad ἀκουσθῆναι tuendum proferuntur a *Lennepio*, prorſus aliena ſunt. Ἀκούσομαι· ἀκούσεσθαι quorumuis erant Graecorum in vſu: futurum actiuum ἀκούσω· ἀκούσειν· veteribus erat inuſitatum. In hac itaque forma loquendi, vt ἀκούω, ſic adhibebatur ἀκούσομαι. *Sophocles* Oed. in Col. v. 982.

ὅτ' ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς
Γάμοισι.

Paulo ante quam ſcripſiſſet *Herodot.* IX, c. 79, Φὰς ἄμεινόν με ἀκούσεσθαι, dixerat ipſius Lampon Aegineta: ἔπαινον ἔξεις (id eſt, καλῶς ἀκούσεαι,) ὑπὸ πάντων Σπαρτιητέων, καὶ πρὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. *Theocritus* (cuius vid. Eid. XVI, 30.) in Παιδικοῖς, v. 21,

Αἰ γὰρ ὦδε ποῆς ἀγαθὸς μὲν ἀκούσαι
Ἐξ ἀσῶν.

ſi ſic feceris, bene audies a ciuibus: quibus ipſius iudicio detraxit *Plato*, κακῶς ἀκούσαντας ὑπὸ τῶ σοφῶ dixit *Athen.* XI. p. 507. A. *Cicero* de Fin. III, c. 17, *eſſe* ſcripſit *hominis ingenui, velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris:* verba ſic Philoſophi Graeci interpretabatur. Vt autem apud illum, aliosque, *bene audire*, et *male*, apud optimos leguntur ſcriptores formae loquendi: εὖ ἀκούειν· καλῶς ἀ. ἄμεινον· ἄριστα· ſiue contra, κακῶς ἀκούειν. quae iam inueniuntur apud *Herod.* ex cuius tamen Λόγοις non enotaui, quod tanquam Herodoteum *Suidas* praebet: Ἀκούει καλῶς, ἀντὶ τῶ εὐφημεῖται· et Grammaticus MS. Sangermanenſis: Ἀκούειν καλῶς, ἀντὶ τῶ εὐφημεῖσθαι. Ἡρόδοτος γ. Opponuntur a *M. Antonino* Imper. VII, 2, κακῶς ἀκούων, ἢ εὐφημούμενος. —— Vt vero hoc in loco *Phalaridis* ficti, προδότης ἀκούων eſt in II *Maccab.* X, 13.

x, 13. *Demoſthenes* de Cor. p. 142, §. 83. κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροὶ ἀνήκιστον. —— Κλύειν ſic adhibetur a *Sophocle* in fragmine perditae fabulae apud *Plutarch.* T. II. p. 74. B. et in Trachin. v. 734. et v. 419, vbi verbum, hoc ſenſu non intellectum, Latina nobis peperit *Sophoclis* menti prorſus contraria.

P. 320, 86. Ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν] Et ποιεῖσθαι, et horum ſimilia, raro quidem, hic illic tamen apud veteres occurrunt; vt in Ageſilai Laudatione p. 14, (quae aliunde ſunt, non ex *Xenophontéis* deſcripta:) τῶν κατὰ κράτος ἀναλώτων τειχέων τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο. Idem eſſet ὑπὸ χεῖρα ἐλάμβανε. Tragicus *Theodectes* in *Stobaei* Eclogis Ed. *Grotii* p. 141.

χρόνος
Τὰ πάντ' ἀμαυροῖ, καὶ ὑπὸ χεῖρα λαμβάνει.

quem anapaeſtus offendit in ſede quarta ſenarii Tragici, duas in vnam ſyllabas contrahet: ὑπὸ σφᾶς ποιεῖσθαι habet *Thucyd.* IV, c. 60. In *Demoſthenis* Orat. c. Midiam p. 359, §. 260, Εἵληπται redditur ὑπὸ χεῖρα γέγονε in Scholiis quae dicuntur *Vlpiani:* ſed illud ὑπὸ χεῖρα ſatis fuit vſitatum: *Callim.* h. Jouis v. 74,

σὺ δ' ἐξέλεο πλολιάρχυς
Αὐτὺς, ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος, ὧν ἴδρις αἰχμῆς.

P. 324, 27. Φινθιεῖς] In Graecis, in Latinis dicuntur *Phinthienſes.* Nomen ſcribi debet Φιντιεῖς· *Phintienſes* a *Plinio* vocantur. Sibi cognominem vrbem *Phintias* condidit Agrigentinus. Notus etiam Damonis eſt amicus *Phintias.* Φιντίας formam exhibet nominis Sicilienſem, ſic pronunciati, vt in Sicilienſium poëmatis ſcribi ſolent βέντιστος· φίντατος. Praeterea dat *Etymologus* rariſſima p. 503, 48, τὸ παρ' ἡμῖν φίλτατον, Φίντατον· (eſt in *Epicharmeis* ap. *Athen.* VII. p. 321. C.) καὶ δέλτα, Δέντα· οὕτω Κέλται, Κέντται· quae duo nusquam alibi legere me memini, ſuntque mihi, fateor, ſuſpecta. *Philto* ſenis eſt Attici nomen in *Plauti* Trinummo. Φίντις viri nomen eſſe videtur in *Pindari* Olymp. VI, 37. *Euſtathius* in *Hom.* Il. I. p. 658, 28. Φίλτις, Φίντις παρὰ Πινδάρῳ. ſed forte rectius Pindaricum nomen Φίντης ſcribitur apud eumdem in *Hom.* Od. K. p. 382, 28. vt Φίντα dederit *Pindarus*, non Φίντι. Φίντας Meſſenius eſt in *Pauſaniae* IV. p. 381. v. 1. In patria vocatus veriſimiliter fuit Φιντέας, qui in *Etymolog. M.* p. 795, 14, Φιλτέας ἐστιν ὁ καὶ καλούμενος ἰσορικὸς, ὁ τὰ Νάξια συνθείς. cauſa non poterit excogitari, cur obſcurus iſte *Philteas* diceretur ὁ καλούμενος ἰσορικός. voces compendifactae talia ſaepe nobis pepererunt. In optimo Codice *MS.* Biblioth. Lugdun. iuuenis inueni ſcriptum, ὁ καλλαβαῖος ἰσορ. corrigo, ὁ Καλακταῖος· apud *Stephanum* eſt *Byzant.* Καλακταῖος· vt Sicilienſis Phinteas, et *Calactinus* intelligatur: vid. *Cluuerii* Sicilia Ant. p. 291. et *Iſ.*

Ca-

Caſaubon. Anim. in *Athen.* vi, c. xxi. Nomina fuere virorum Sicilienſium, Dorica certe, Φίντας Φιντέας· Φιντίας· et Φιντύλος. poſtremum illud eſt in epigrammate *Anthologiae* ineditae, quod publicauit *L. Kuſterus* in *Suid.* T. I. p. 467. —— Muliebre nomen fuit Φίλτις, ore Dorico Φίντις enunciatum. Filiam Eudoxi Cnidii Φιλτίδα vocatam ſcripſit *Diogenes Laërtius* viii, 88. ex *Diogene Suidas* in Εὔδοξος. Leophronis (ſic nomen ſcribitur in optimo Cod. *MS.* cuius penes me ſunt lectiones) Crotoniatae filia, Φίλτις eſt in *Iamblichi* cap. ult. libelli de V. P. Laconis Callicratis filia, Philoſopha Pythagorea, ex cuius libro nobis excerpta quaedam cuſtodiuit in Florileg. qui dicitur *Stobaeus*, nunc, opinor, ſemper vocabitur vero nomine, Φίντις, *Phintis.* —— Haec non ſuo, quocunque tamen loco poſita non illibenter legent harum literarum in Batauis et in Friſia ſtudioſi, qui ex vno ſpecimine poterunt aeſtimare, quantum ſuperſit et in hoc genere peragendum, quod Antiquariis praeſertim, quales Critices etiam oſores videri volunt, cognitu eſt perneceſſarium.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHALARIDIS
EPISTOLAE.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ά. ΕΥΡΥΘΕΙΑι.

Καὶ περὶ ἐμαυτοῦ οἶδά σοι χάριν, καὶ περὶ τοῦ κοινοῦ παιδὸς, ὃν ἐπὶ σοὶ κατέλιπον, Εὐρυθεία· περὶ μὲν ἐμαυτοῦ, ὅτι, Φεύγοντός μου, χηρεύειν ὑπέμεινας μᾶλλον, ἢ γήμασθαί τινι, πλείστων ἀγαγέσθαι βουλομένων, περὶ δὲ τοῦ παιδὸς, ὅτι σὺ ἀμφότερα, καὶ μή-

1. ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ] Lugd. A. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΤΟΥ ΤΥΡΑΝΝΟΥ. idem in suo exemplari inuenit *Fr. Aretinus*, cuius Latino praemissum: *Francisci Aretini prologus in traductionem Epistolarum Phalaridis tyranni ad Malatestam de Malatestis clarissimam mulierem feliciter incipit.* Mutato verborum ordine, consprat Pal. Duo Medd. Lugd. B. & Burm. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Idem, praemisso nomine ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ, passim secuti fuerunt editores, qui typis describendum auctorem curarunt. Malui simpliciter, ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ, adstipulantibus non tantum Lugd. C. (vbi, inuerso ordine: ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ) sed etiam, qui auctoris nostri suis scriptis mentionem fecerunt, *Photio* & *Tzetza*. illius verba ep. cvii. haec sunt: *Ἔχεις δὲ, ἵνα μηδὲ μακρὸν ᾖ τὸ τῆς γυμνασίας στάδιον, τὰς εἰς Φάλαριν ἐκεῖνον, εἶμαι, τὸν Ἀκραγαντῖνον τύραννον ἀναφερομένας ἐπιστολάς.* vbi, nisi simpliciter in suo codice inuenisset Φαλάριδος, non addidisset, credo, *ἐκεῖνον, εἶμαι, τὸν Ἀκραγαντῖνον τύραννον*, aut saltem scripsisset: *εἰς Φάλαριν τὸν Ἀκραγαντῖνον τύραννον*, omissis verbis *ἐκεῖνον, εἶμαι*. *Tzetzes* autem sic Chil. I. 669. *Αὐτὸς δ' ἐκ τῶν Φαλάριδος ἐκείνου τοῦ πανσόφου Ἐπιστολῶν σοι γέγραφα ταύτην τὴν ἱστορίαν.* idem Comment. ad *Lycophron.* Alex. 373. *Ζάρακα κατὰ Φάλαριν* dici obseruat Καφηρέα. vbi *Φάλαριν*, (in quibusdam codicibus male mutatum in *Φίλωσιν*) tanquam scriptorem simpliciter eo nomine vulgo cognitum, citat; respiciens procul dubio ad *Καφηρίδας πέτρας*, ab auctore memoratas ep. ix. Quod addiderunt dein, ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ deriuasse videntur ex ep. xxxv. vbi honorifico isto titulo semet ipse insigniuit.

3. ΕΥΡΥΘΕΙΑι] Quodnam fuerit verum Phalaridis uxori nomen, ignoro. Editi habent ΕΡΘΙΑ, tam hic, quam alibi, vbi eius mentio fit. si codicum MSS. auctoritatibus agendum, praestat ΕΥΡΥΘΕΙΑι. ita enim Lugdd. A. B. Angl. & Pal. vbique. *Tzetzes* quoque Chil. XII. 456. *Εὐρυθείαν* vocat, vel *Ἐρυθείαν*, vt Chil. I. 644. atque ita *Suid.* v. *Παυρόλας*. ΕΡΘΙΑι tantum agnoscunt recentiores MSS. & editi libri. Linguae rationes vtrumque ferunt, siue *Ἐρυθίαν* vel *Ἐρυθείαν*, siue *Εὐρυθείαν* mauelis. Equidem plurium librorum suffragio lubens *Εὐρυθείαν* suam auctori restitui. *Ἐρυθεία* geographis forte, quam Phalaridi, notior fuit.

4. *Καὶ περὶ ἐμαυτοῦ οἶδά σοι χάριν*] Sic edi curaui cum libris optimis Lugdd. A. B. Angl. & Pal. In Lugd. C. & duobus Medd. *Καὶ περὶ μὲν ἐμαυτοῦ πλείστην ἔχω σοι χάριν*, cuius loco in Burm. & editis: *Καὶ περὶ μὲν ἐμαυτοῦ πλείστην οἶδά σοι χάριν.* vbi

PHALARIDIS EPISTOLAE.

I. EVRYTHEAE.

Et meo nomine gratias tibi ago, & communis filii, quem tuae curae reliqui, Eurythea : ac meo quidem, quod, me exule, viduitatem ſuſtinere, quam alteri nubere, maluiſti, cum plurimi vxorem te expeterent; filii ve-

vbi potiſſimum diſplicet particula μὲν, ex ſequentibus, περὶ μὲν ἐμαυτοῦ, ὅτι φεύγ. huc tranſlata forſan. Ep. XC. Καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι φίλοις ἐπέσταλκα ... καὶ σοῦ δέομαι, κ. τ. λ. ep. XCI. Καὶ τοὺς ἵππους ἐκπέπομφά σοι .... καὶ τὰ χρήματα δοῦναι Τεύκρῳ προστέταχα. vbi iidem codices Lugd. C. & Medd. duo addunt μὲν, coniunctum cum verbo ἐκπέπομφα; reliqui omittunt.

6. Χηρεύειν ὑπέμεινας, κ. τ. λ.] Hanc Erythiae fidelitatem, quam ſaepe & ſummo cum affectu laudat, tandem illi mortis cauſam fuiſſe, memorat ep. LI. (XXIV.) BOYL. Vide, quae ibi notantur.

7. Ὅτι σὺ ἀμφότερα, καὶ μήτηρ αὐτῷ, καὶ τροφὸς, καὶ πατὴρ ἐγένου] Omittendum videtur, καὶ τροφὸς, vt in MS. Sel. ἀμφότερα enim non niſi duobus reſpondet. BOYL. Quod auctoritate MS. Sel. omittendum exiſtimauit *Boyleus*, καὶ τροφὸς deeſt quoque in Medd. A. B. Burm. Lugd. C. & edit. Ven. neque in ſuo exemplari inueniſſe *Aretinus* videtur; reliqui libri omnes agnoſcunt. Ad *Boylei* quidem ſententiam quod attinet; inueneris apud veteres quam plurima, quibus eam firmes. Sufficiat *Lucian.* tom. I. Deor. D. IX. p. 229. l. 75. Οὐκοῦν ἀμφότερα, τοῦ Διονύσου τούτου καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ ὁδὲ ἐστιν; & *Euripid.* Alceſt. 646.——ἀλλὰ τήνδ' ἐάσατε Τυναῖκ' ὀθνείαν, ἣν ἐγὼ καὶ μητέρα, Πατέρα τέ γ' ἐνδίκως ἂν ἡγοίμην μόνην. Neque tamen temere recedendum arbitror a vetuſtioribus Codd. licet obſtare videatur ἀμφότερα. Tria ſunt, fateor, καὶ μήτηρ, καὶ τροφὸς, καὶ πατήρ; & ea quidem copulis ita iuncta, vt, ſingula priuam ſuam vim exercere, dixeris. quemadmodum in illo *Iſocratis* Paneg. vol. I. p. 130. Μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν (πόλιν) τροφὸν, καὶ πατρίδα, καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει. quae a *Cicer.* pro Flacc. 26. expreſſa, iam obſeruauit *P. Victor.* Var. Lect. XIX. 6. Attamen noſtrum, cum haec ſcriberet, non tam ſpectaſſe verba, quam ſenſum, exiſtimauerim, eumque aliorum exemplo μήτηρ & τροφὸς tanquam vicinae ſignificationis nomina arctius coniunxiſſe. *Plato* de Rep. V. p. 663. E. Οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτόλμων τὴν τροφόν τε καὶ μητέρα κείρειν. adde *Iulian.* Or. I. p. 5. C. & *Aelian.* ep. XX. Clarius etiam *Sophocl.* Oed. III. cum Cithaeronem Oedipi τροφὸν καὶ μητέρα vocat. Sic igitur duo habes, ad quae referas ἀμφότερα. cuiusmodi loquendi ratio, longe rariſſima licet, ne inſolens plane videatur, *Lucae* verba adſcribam Act. Apoſt. XXIII. 8. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι, μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. vbi ἄγγελον & πνεῦμα idem fere notant; vt clarius etiam patet ex vſ. 9. eiusdem capitis. conf. inprimis *Bezam.* Retinui itaque cum plerisque libris, καὶ τροφός.

μήτηρ αὐτῷ, καὶ τροφὸς, καὶ πατὴρ ἐγένου, οὔτε ἄνδρα ἕτερον ἀντὶ Φαλάριδος, οὔθ' υἱὸν ἀντὶ Παυρόλα προτιμήσασα, ἀλλ' ἀντὶ μὲν ἀνδρὸς δευτέρου, τὴν ἐπὶ τῷ πρώτῳ μονὴν ἑλομένη, ἀντὶ δὲ παιδὸς ἄλλου, τὸν ὑπὸ τοῦ πρώτου σπαρέντα σώζουσα. τελείωσον οὖν ἀνδρὶ, καὶ υἱῷ τὴν ἀπὸ σεαυτῆς αὐτῷ δεδομένην χάριν, ἄχρις ἂν φρονήσας τὰ ἁρμόζοντα τοῖς χρόνοις, μήτε πατρὸς ἔτι, μήτε μητρὸς προσδέηται. λιπαρῶ δέ σε μετὰ τοσαύτης τῆς δεήσεως, οὐχ ὡς ἀπιστῶν μητρὶ περὶ τέκνου, καὶ ταῦτα τοιαύτῃ, ἀλλ' ὡς πατὴρ ὑπὲρ ἑνὸς υἱοῦ φοβούμενος. δύναιο δ' ἂν ὑπὸ τῶν ἑαυτῆς παθῶν καὶ τὸ παρὰ πατέρων ἐπὶ τέκνοις ἐνθυμηθεῖσα δέος, συγγνώμης ἀξιοῦν τὸν οὕτως ἐπιστέλλοντά με.

β'. ΠΑΤΡΟΛΑΙ.

Ἀφικόμενος εἰς Γ μέραν ἀναγκαίας ἕνεκα πραγματείας, ἤκουσα τῶν Στησιχόρου θυγατέρων ποιήματα λυριζουσῶν, ἃ μὲν αὐτοῦ Στησιχόρου γεγραφότος, ἃ δὲ τῶν παρθένων ἴδια. ἦν δὲ τῶν μὲν Στησιχόρου τὰ τῶν θυγατέρων ἥττονα, τῶν δὲ ἄλλων, εἴ τινα κατὰ σύγκρισιν ἐξετασθείη, κατὰ πολὺ βελτίονα. ὥστε με τρισόλβιον ἡγήσασθαι τὸν διδάξαντα, τρισολβίους δὲ καὶ τὰς παρὰ φύσιν ἐπὶ τοσ-

14. Μετὰ τοσαύτης τῆς δεήσεως] Articulum τῆς, expressum in Burm. Lugd. C. & editis, omittunt Lugdd. A. B. Angl. & Medd. A. B. Cum prioribus eum retinui. Sic ep. XVI. ταύτην τὴν χάριν, ep. CXXVII. ἀμφοτέρους τοῖς πάθεσιν, & aliis locis.

16. Τ'πὸ τῶν ἑαυτῆς παθῶν καὶ τ. π. π. ἐ. τ. ἐνθυμηθεῖσα δέος] Pro ἀπὸ τῶν ἑ. quod editi libri habent, dedi: ὑπὸ τῶν ἑ. quod plures, & quidem antiquiores MSS. Lugdd. A. B. Angl. Pal. & Med. A. in eo consentire videbam. idem ad oram Ald. editionis notatum. Vsum praepositionis illustrauit *Fr. L. Abresch* Dil. *Thucyd.* ad lib. III. p. 301. & aliis locis.

18. Τὸν οὕτως ἐπιστέλλοντά με] Plerique codd. MSS. cum editis in fine habent ἔῤῥωσο, omissum in ed. Ven. & Medd. A. B. Sequentibus epistolis modo additur, modo omittitur: & hoc quidem longe frequentius. quare idem institutum vbique secutus sum.

23. Εἴ τινα κατὰ σύγκρισιν ἐξετασθείη] i. e. *si qua digna fuerint, quae cum iis comparentur.* BOYL. Antiquiores scriptores σύγκρισιν *concretionem* vocarunt. huic contrarium διάλυσις. Eadem verborum συγκρίνεσθαι & διακρίνεσθαι ratio. vid. *Gatakerus* ad *M. Antoninum* l. II. §. 17. p. 76. prius recentiores potissimum comparandi virtute posuerunt. de vtraque ege-

ro, quod vtrumque, & mater ei, & altrix, & pater fuiſti, neque alium virum Phalaridi praetuliſti, neque Paurolae filium, ſed pro ſecundo viro, primo adhaerere voluiſti; pro filio vero alio, quem ex primo conceperas, ſeruas. Perfice igitur viro, & filio, quod ſponte tua huic feciſti beneficium, vsque dum convenienter temporibus ſapiat, neque patre amplius indigeat, nec matre. Hoc abs te tantis precibus contendo, non vt qui matris curae de filio, & quidem talis, diffido, ſed vt pater, qui vnico filio metuit. Poteris autem ex tuo ipſius animo coniectura facta, quantus patrum de filiis metus ſit, mihi ſic praecipienti ignoſcere.

II. PAVROLAE.

Cum ob negotium neceſſarium eſſem Himerae, carmina canentes ad lyram Steſichori filias audiui, alia ab ipſo Steſichoro ſcripta, alia filiarum propria. erant vero haec filiarum illis Steſichori inferiora; aliorum, ſi qua cum iis compararentur, longe meliora. Quamobrem & doctorem ter beatum iudico, & ter beatas, cum ad tantam altitudinem & eru-

egerunt *Hoeſchelius* ad *Phrynichum* p. 122. & *Graeuius* ad *Luciani* Soloec. tom. III. p. 566. poſteriori ſenſu, praeter loca ab iis prolata, legas apud *M. Antoninum* l. II. §. 10. *Athenaeum* l. XII. p. 510. C. *Iulian.* ad Themiſt. p. 265. C. alios. Antiquiores ab iſto vſu non omnino abſtinuiſſe, poſt *Berglerum* ad *Alciphronem* p. 149. oſtendit *D'Oruille* Animadu. in *Charitonem* l. VI. c. 1. p. 505. Accuratiores Atticos tamen eum faſtidiuiſſe, certum videtur. Noſter ſui temporis conſuetudinem ſecutus eſt. ep. CXLI. Attice magis locutus, poſuit ἀντεξετάζεσθαι, & ſic alibi.

25. Τρισολβίους δὲ καὶ τὰς, κ. τ. λ.] Scripſi cum Lugdd. A. B. & Angl. τρισολβίους. idem ad oram ed. Ald. notatum. in libris editis legitur τρισολβίας; quod etiam in Lugd. C. Burm. & Medd. duobus. De huiusmodi adiectiuis femininis, ne alios commemorem, vid. *D'Oruille* Animadu. in *Chariton.* l. III. p. 552. Τρισόλβιος ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὄνομα vocat *Lucian.* tom. I. Nigrin p. 39. ab eodem poſitum in Catapl. p. 639. Talia e ſcena orta, vel ab aliis poetis inuenta, condimenta orationis haberi ſolent a recentioribus & inprimis quidem ſophiſtis; de quorum numero etiam noſter.

τοσοῦτον βάθος καὶ παιδείαν διδαχθείσας. εἶεν δὴ Παυρόλα. σφόδρα πάνυ γὰρ καὶ διὰ ταῦτα ἐπιζητῶ μαθεῖν, τίνα δήποτε γνώμην ἔχων, τὸ μὲν σῶμα γυμνάζεις ὅπλοις τε καὶ κυνηγεσίαις, καὶ ταῖς ἄλλαις κακοπαθείαις· τὴν δὲ ψυχὴν ἀγύμναστον ἐᾷς λόγου τε καὶ παιδείας Ἑλληνικῆς, ἣν ἐχρῆν πρώτην ἐπὶ τὰ τοιαῦτα συν- 30
ησκῆσθαι, καὶ μόνην. σώματος μὲν γὰρ ἐπιμελητέον ὑγείας χά-

26. Ἐπὶ τοσοῦτον βάθος καὶ παιδείαν διδαχθείσας] Constans editionum lectio est: ἐπὶ τοσοῦτον βάθος παιδείας ἀχθείσας. neque aliter Lugd. C. Med. B. & Burm. si excipias εἰς, quod loco ἐπὶ habet Burm. Neque inde recedendum dixeris. nihil enim est, quod desiderare amplius possis; ac nota translatio nominis βάθος, secundo casui iuncti, vt in *Euripidis* Hel. 310. Εἰς γὰρ τοσοῦτον ἤλθομεν βάθος κακῶν, *Plutarch.* Marcell. p. 327. C. βάθος ψυχῆς, *Themist.* X. p. 134. βάθος διανοίας. atque ita forte *Appianus* Ἐμφ. III. p. 278. l. 18. οἵς τι λογισμοῦ βάθος ἦν, licet vulgatum βαθέος defendi queat. Attamen aliter scripsisse *Phalarin*, MSS. docent. pro ἀχθείσας enim Lugdd. A. B. Angl. Pal. & Med. A. habent διδαχθείσας. quod etiam ad oram ed. Ald. notatum. Praeterea in Lugd. A. & Angl. loco: ἐπὶ τ. βάθος παιδείας est: ἐπὶ τ. βάθος καὶ παιδείαν. Ac ne quis putet, διδαχθείσας glossam esse alterius ἀχθείσας: obseruari velim, auctorem, cum praecederet διδάξαντα, studio repetiisse idem verbum διδαχθείσας. tales enim delicias ad fastidium vsque porro nobis apponet; quas & alibi corruperunt librarii, vel quicumque eas mutatum iuerunt. vid. Ep. XXVII. Displicuit forte structura: διδαχθῆναι ἐπὶ τοσοῦτον βάθος, κ. τ. λ. ac propterea scripserunt ἀχθείσας. quasi vero non vulgatissima esset construendae praepositionis ἐπὶ cum adiectiuis quantitatis in quarto casu ratio. Ita certe ἐπὶ πολὺ, ἐπὶ πλεῖστον, ἐπὶ μέγα, ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον, non tantum verbis motus, sed quibuscunque aliis fere iungi a scriptoribus solent. exemplorum omnia plena. ipse *Phalaris* ep. LXVIII. Οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἤσθησαν ἑκάστοις τούτων, & aliis locis. Cur praetulerim βάθος καὶ παιδείαν vulgato βάθος παιδείας, nemo scisitabitur, qui nouerit βάθος apud scriptores aliquando *ingenii altitudinem* notare; quam etiam *altitudinem* simpliciter vocant Latini. Ea virtute βάθος Parmenidae attribuit apud *Platonem* Theaet. p. 134. D. Socrates: Παρμενίδης δέ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Ὁμήρου (Il. Γ. 172. & Od. Θ. 22.) αἰδοῖός τέ μοι εἶναι ἅμα δεινός τε. συμπροσέμιξα γὰρ δὴ τῷ ἀνδρὶ, πάνυ νέος, πάνυ πρεσβύτῃ, καί μοι ἔφανη βάθος τὶ ἔχειν παντάπασι γενναῖον. Φοβοῦμαι οὖν μὴ οὔτε τὰ λεγόμενα ξυνίωμεν, τί τε διανοούμενος εἶπε, πολὺ πλέον λειπώμεθα. *Plutarch.* de Audit. p. 44. A. Σιγῇ καὶ βαρύτητι καταπλάστῳ, καὶ σχηματισμῷ θηρώμενος δόξαν εὐσταθοῦς καὶ βάθος ἔχοντος ἀνδρός. Apud *Dionys. Halicarn.* Τεχν. p. 59. Aiax dicitur βαθύτατος ἐν τοῖς λόγοις πάντων εἶναι. Plura post *Casaubonum* ad *Sueton.* Vitell. c. XIII. & alios, collegit cl. *Wesseling.* ad *Diodor. Sicul.* Exc. de Virt. & Vit. p. 552. n. 82. de Latino *altitudo* vid. *Cortium* ad *Sallustii* Iug. c. XCV. p. 851. & auctores ibi citatos. nonnulla etiam, quae huc pertinent, collegit *Wetstenius* ad Ep. ad Rom. XI. 33. Attribuit itaque *Phalaris* Stesichori filiabus, praeter *eruditionem*, siue παιδείαν, ne quid earum laudibus deesset, βάθος quoque, siue *altitudinem*; qualem tanto opere in *Pindaro* suspexit *Horatius* Carm. IV. II. 5. *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem super notas aluere ripas, Feruet, immensusque ruit profundo Pindarus ore.* Istud βάθος possitne doceri, diligenter anquirit *Longinus*, scriptor sapientissimus, de Subl. sect. II. qui, si auctorem nostrum habuisset doctorem, di-

ditionem praeter naturam peruenerint, diſcipulas. Age igitur, Paurola. valde enim hac quoque cauſa ſcire deſidero, quo tandem conſilio corpus exerceas armis, venationibus, aliisque moleſtis laboribus; animum vero literis, Graecisque diſciplinis incultum relinquas; quem primum talibus exerceri, & ſolum oportebat. corporis enim cura habenda va-

didiciſſet, nihil tam eſſe arduum, ad quod ingenium humanum, ne dicam, puellarum, ſub auſpiciis ſophiſtae non poſſit adſpirare.

27. Σφόδρα πάνυ γὰρ καὶ διὰ τ.] Cum in duobus antiquiſſimis codicibus Lugd. A. & Angl. addatur πάνυ poſt σφόδρα; id, in reliquis libris omnibus omiſſum licet, recepi. Atque ita optimos ſcriptores locutos, docuit iam *H. Stephanus*.

28. Τὸ μὲν σῶμα γυμνάζεις ὅπλοις, κ. τ. λ.] Reſpicit γυμνάσια στρατιωτικὰ, in quibus exerceri olim ſolebat armata iuuentus. vid. *Ez. Spanhemius* ad *Iuliani* Or. I. p. 107. & ſeqq. & *Huiſing.* ad *Plutarch.* de Ed. Lib. p. 97. &c. Ea autem exercitia poſterioribus Romanorum temporibus, neglectis illis animi, ad inſaniam vsque ſectabantur multi; id quod verbo ὁπλομανεῖν expreſſit *Syneſius* ep. CV. Ἐπεὶ καὶ Φιλοπαίγμων ὢν, ὅς γε παιδόθεν αἰτίαν ἔσχεν ὁπλομανεῖν τε καὶ ἱππομανεῖν πέρα τοῦ δέοντος, ἀνιάσομαι μὲν, —— καρτερήσω δὲ, ἂν ἐπιτάττῃ θεός. vt mirum non ſit, ſaepius ea fuiſſe reprehenſa a ſeuerioris philoſophiae doctoribus; qui pleraque corporis exercitia κακοπαθείαις annumerabant. quemadmodum apud *Diodor. Sic.* tom. I. p. 62. l. 51. coniunguntur: διαπονεῖν τοὺς παῖδας ἐν γυμνασίοις συνεχέσι καὶ κακοπαθείαις; ubi vid. *Weſſel.* Cernis igitur & hic tyrannum ſophiſtae ore locutum; qui, quod toties in viris principibus laudarunt veteres, in bono Paurola, quem tanquam futurum aliquem ſapientiae praeſidem, non quidem e Iouis, ſed ſuo cerebro natum, quam vt tyranni filium educari malebat, tanto opere reprehendit. Ceterum integram auctoris ſententiam conferri velim cum *Aeneae* ſophiſtae ep. I. Ἄλλος μὲν σμινύης ἐρᾷ· γεωργὸς οὗτος. ἑτέρῳ πρὸς κύνας ὁ ἔρως· κυνηγέτης οὗτος. ἄλλῳ τόξον ἐν ἡδονῇ. τῷ δὲ ἵππος τὰ παιδικά. ἐμοὶ δὲ βιβλία καὶ λόγοι. vbi βιβλία καὶ λόγοι idem, quod noſtro loco λόγος καὶ παιδεία Ἑλληνική. Eorum alterum tantum poſuit *Iulianus* Or. I. p. 10. D. Οὐκοῦν τῷ μὲν ἔδει γυμναστικῆς τῷ σώματι· τὴν ψυχὴν δὲ τῇ τῶν λόγων ἐκόσμει μελέτῃ. vbi λόγων merito contra *Petauium* defendit *Spanhemius* Obſ. p. 101. A.

31. Σώματος μὲν γὰρ ἐπιμελητέον ὑγείας χάριν, οὐκ ἰσχύος] Libri omnes tam editi, quam MSS. Σ. μ. γ. ἐ ὑγείας χάριν, ἢ ἰσχύος. Egregium hercle praeceptum, ſi nude ſpectatur, quodque ſaepe inculcatum a veteribus eſt. Ita, vt alios taceam, *Cicero* Offic. I. 106. *victum cultumque corporis non* quidem *ad voluptatem*, ſed *ad valitudinem referri, & ad vires*, voluit. Aliud tamen requiri hic, animaduertes facillime; modo ſequentia verba conſulueris. equidem loco ἢ putem ſcribendum οὐκ; quo cum a librariis permutari aliquando ſolet. conf. Var. Lect. ad ep. CXXVII. Qui cum priſcae ſapientiae doctoribus aliquam familiaritatem & vſum habet, non ignorabit, quam ſit hoc congruenter eorum & inprimis Stoicorum placitis dictum. In rem *Iſocratis* praeceptum, ſiue quisquis eius auctor fuerit, Demonic. tom. I. p. 23. Ἄσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων, μὴ τὰ πρὸς τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν συμφέροντα. adde *Plutarchum* de Pueror. Educat. c. VIII. Emendationem noſtram niſi admittis, inepte ſequitur: εἰ μή τις τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἕνεκα ἀθλεῖν. Negat, corpus exercendum, vt vires acquiras, niſi ad ſacra certamina obeunda laboribus validum id & robuſtum red-

χάριν, οὐκ ἰσχύος, εἰ μή τις τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἕνεκα ἀθλοίη· ψυχῆς δὲ πάντας τρόπους προνοεῖσθαι χρὴ, τὸν μέλλοντα μετὰ ἀρίστης τιμῆς ἐν δημοκρατουμένῃ ζήσεσθαι πόλει. εἰ γε μὴ σὺ τοῦθ', ὃ κατηγοροῦσί τινες, ὥρμηκας ἐπὶ τὸ ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι τὸν ἐν τυραννίδι βίον, ὡς προσήκοντά σοι κατὰ νόμους, καὶ διὰ τοῦτο σωματικὴν ἐπασκεῖς ῥώμην, οἰόμενος, ἁρμόζουσαν εἶναί σοι τὴν ἰσχὺν εἰς τοιαύτης δυναστείας κατάκτησιν. ὅπερ, ἐὰν εὖ Φρονῶν τυγχάνῃς, παρὰ τοῦ μεταμελομένου περὶ μοναρχίας, οὐχ ἑκουσίως, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης τοῦτον ἐπανελομένου τὸν βίον, γνώμην λάβε. ὁ γὰρ ἀμφοτέρων πεπειραμένος, τυραννηθῆναι μᾶλλον εὔξαιτο ἂν, ἢ τυραννῆσαι. ὁ μὲν γὰρ ἕνα φοβεῖται, τῶν ἄλλων χαλεπῶν ἀπηλλαγμένος, τὸν τύραννον, ὁ τύραννος δὲ καὶ τοὺς ἔξωθεν ἐπιβουλεύοντας, καὶ δι' οὓς σώζεται. ἀνάγκη γὰρ αὐτῷ, μετὰ τῶν πολλῶν φόβων καὶ ταλαιπωριῶν, πρώτους εὐλαβεῖσθαι τοὺς Φυλάττοντας. ὥστε εὐφρονέστερον δεξάμενος τὴν τοῦ συμβουλεύοντος πατρὸς εὔνοιαν, ἴσος ἀξίου πᾶσιν εἶναι· τὸ δὲ ἐκ φόβων διηνεκῶν, καὶ κινδύνων ἀδιαπαύστων αὐτεξούσιον ἐχθροῖς, καὶ παισὶν ἐχθρῶν πάρες. εἰ δὲ ἀπειρίᾳ, καὶ νεότητι τὸν ἐν τυραννίδι βίον οἴει τι τερπνὸν καὶ προσφιλὲς ἔχειν, ἀλλ' οὐ τὰς ἀνωτάτω συμφορὰς καὶ κακοδαιμονίας, πάντως μὲν ἁμαρτάνεις, καὶ τοῦτο πάσχεις δι' ἄγνοιαν. εὔχου δέ σοι τὸν θεὸν μηδέποτε τυραννικῆς πεῖραν παραστῆσαι τύχης.

γ'. ΠΑΤ-

reddere velis. atque eo quoque pertinent illa: Καὶ διὰ τοῦτο σωματικὴν ἐπασκεῖς ῥώμην, κ. τ. λ. Quae omnia emendationem certissimam arguunt, propterea, dissentientibus licet libris omnibus, in orationis contextum illatam.

34. Εἰ μὴ τοῦθ', ὃ κατηγοροῦσί τινες, ὥρμηκας, κ. τ. λ.] Vix putem, auctoris mentem assecutos illos, qui eum Latine reddiderunt, cum κατηγορεῖν omnes *accusandi* virtute capiunt. Malui: *quod quidam prae se ferunt*, vel, *produnt*; *amorem* nempe, quem hic reprehendit *Phalaris*, *tyrannidis*. ad eam enim multi se adspirare, revera produnt. Τοῦτο respicit τὸ ὁρμᾷν ἐπὶ τὸ ζηλοῦν κ. μ. τ. ἐ. τ. β. e sequentibus eliciendum. Κατηγορεῖν ista virtute vid. apud *Lucian.* tom. I. Nigr. p. 59.

valitudinis cauſa eſt, non virium; niſi quis ſacrorum certaminum cauſa labores perferat: animo autem omnibus modis prouidere eum, oportet, qui quam honorificentiſſime in libera republica victurus ſit. Niſi fortaſſe tu id, quod quidam produnt, tyrannidis imitandae ſtudio latus ſis, vtpote legibus tibi debitae, ac propterea corporis vires exerceas, ad talem principatum obtinendum vires tibi conuenire, ratus. Quod ſi recte ſapias, ab eo, quem, non voluntariam, ſed neceſſariam iſtam viuendi rationem ſecutum, principatus poenitet, conſilium cape. Nam, qui vtrumque expertus eſt, tyranno ſubiectus, quam eſſe tyrannus, mallet. Ille certe ab aliis malis liber, ab vno metuit, tyranno: tyrannus vero & ab externis inſidiatoribus, &, per quos ſeruatur. Neceſſe enim habet, in magno metu & miſeriis, praecipue a cuſtodibus ſibi caueat. Quare, in meliorem partem accepta conſulentis patris beneuolentia, fac, omnibus par ſis: dominium autem, continuo metu & infinitis periculis plenum, hoſtibus & hoſtium filiis relinque. Quod ſi imperitia & adoleſcentia iucundi aliquid & grati ineſſe tyrannidi, ac non ſummas calamitates & miſerias, putas; plane erras, & id quidem ignorantia. Deum vero precare, vt ne vnquam tyrannicam fortunam experiaris.

59. Πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι μὲν οἱ πλουτοῦντες αὐτοὶ, καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες, καὶ τοὺς δακτύλους προτείνοντες, καὶ πολλὴν κατηγορεῦντες ἀπειροκαλίαν;

41. Τυραννηθῆναι μᾶλλον εὔξαιτο ἄν, ἢ τ.] *Stobaeus* Serm. XLVII. p. 345. vbi haec *Phalaridis* profert, τ. μ. εὐξαίμην ἄν, ἢ τ. habet: malui tamen alterum, εὔξαιτο, quod omnia in tertia perſona hic leguntur. ἄν cum Codd. Lugd. A. B. Burm. & Ed. Ven. verbo εὔξαιτο poſtpoſui.

47. Ἴστος ἀξίου πᾶσιν εἶναι] i. e. Caue, vt tyrannidem neque patiaris, neque exerceas; ſed in democratia viuas, vbi omnes aequali ſorte vtuntur. BOYL. Paulo ante l. 46. ſcripſi ἐὐφρονέστερον, antiquiores codices, Lugd. A. B. & Angl. ſecutus. reliqui cum editis habent ἐμφρονέστερον δεξάμενος, κ. τ. λ.

γ'. ΠΑΤΡΟΛΑΙ.

Τὰ μὲν παρὰ πατρὸς εἰς υἱὸν ἔσχηκας δίκαια, Παυρόλα· τὰ δὲ ἐκ σοῦ πατρὶ, δυνάμενος, οὐκ ἀντιπαρέχων, ἁμαρτάνεις. πυνθάνομαι γάρ σε παιδείας, ἣ πολλάκις ἐμεμψάμην, οὐκ ἐπιμελεῖσθαι. ἄλλην δὲ χάριν οὐκ ἐπιζητῶ λαβεῖν παρά σου, ταύτης ὑστερήσας. ἴσθι δὲ, ὅτι καὶ τῷ πατρὶ τὸ παιδὶ συμφέρον ἂν χαρίσασθαι βουληθῇς, οὐχ ὁ ληψόμενος τὴν χάριν, ἀλλ' ὁ δώσων μᾶλλον καθέξει.

δ'. ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΕΤΣΙΝ.

Οὔτε μᾶλλον ἀνιαθεὶς ἐν τῷ ζῆν ἐμαυτῷ σύνοιδα, μὰ τοὺς θεοὺς, ἄνδρες πολῖται, καί τοι πολλαῖς καὶ παραδόξοις χρησάμενος μεταβολαῖς· οὔτε πλέον ἡσθεὶς, ἄμοιρος γὰρ οὐδὲ τῶν τερπνῶν ἐγενόμην. ἠνιάθην μὲν οὖν ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τῆς πατρίδος ἐξέπιπτον ἀδίκως, ὅπερ ἀλγεινότατόν ἐστι καὶ τοῖς δικαίως τοῦτο πάσχουσιν· ἥσθην δὲ, ὅτι δημοσίᾳ μου μνησθέντες ἐγράψατέ μοι, περὶ ὧν ὁ καιρὸς ὑμᾶς ἤπειγεν. ὡς γὰρ παρ' ἑνὸς τῶν μάλιστα εὐνοουμένων, καὶ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακότων ἠτήσασθε, οὐ τοσοῦτον, ὡς ἔοικε, τοῦ λαβεῖν τι τῶν ἐψηφισμένων, ὅσον τοῦ μαρ-

59. Ἴσθι δὲ, ὅτι καὶ τῷ πατρὶ τὸ παιδὶ συμφέρον, κ. τ. λ.] Libri editi & MSS. Lugdd. B. C. Medd. omnes & Burm. I. δ. ὅ. κ. τὸ παιδείας συμφέρον ἂν χ. si excipis ὅτι, omissum in Burm. & ἂν; cuius loco quidam ἐάν. At in Lugd. A. & Pal. Ἴσθι δὲ, ὅτι καὶ τῷ πατρὶ παιδὶ συμφέρον ἂν χαρίσασθαι βουληθῇς. quod tam certas veritatis notas habet, vt quouis fere pignore contenderim, ita scripsisse auctorem. Ne igitur mirere, quod in oratione expressum videas, addito tantum articulo τὸ ante παιδί. Nam, etsi in talibus scriptoribus, qualem nostrum videmus, articuli absentis, aut praesentis, minus constans ratio seruari solet: hic tamen inprimis necessarius is est. Quod ad oram Lugd. A. adscriptum, Ὅτι τῆς παιδείας συμφέρον ἂν τῷ πατρὶ χαρίζεσθαι βουληθῇς, alteri interpretando sine dubio inseruiit: vnde nata cum ea lectio, quae per editiones & reliquos MSS. propagata est, tum illud, quod Angl. habet Ἴ. δ. ὅ. κ. τῷ πατρὶ παιδείας συμφέρον. Sic autem, *quod eruditioni conducat*, quam, *quae ex eruditione percipiatur*, *vtilitatem* rectius forte dixeris. Exempla quibus nostra loquendi ratio illustrari poterit, ex *Platone*, *Demosthene*, aliis, protulit iam *H. Stephanus*. addo ex *Polybio* Hist. I. p. 99. Τὸ τῇ

III. PAVROLAE.

Quae patris in filium ſunt, officia accepiſti, Paurola; quae vero tua, ſi patri, cum potes, mutua non praeſtas, peccas. Intelligo enim, te, quod ſaepe reprehendi, literarum ſtudia non curare. Qua quidem fruſtratus gratia, aliam non requiro. Scias autem, ſi patri quoque, quod filio conducat, gratificari volueris, non in eum, qui accepturus, ſed qui daturus ſit, multo magis collocatum iri beneficium.

IV. ASTYPALAEENSIBVS.

Neque maioris mihi in vita doloris, per deos, conſcius ſum, ciues, multas licet, incredibilesque viciſſitudines expertus; neque maioris gaudii: nam neque omnis expers voluptatis fui. Ac dolui quidem iſto die, quo patria iniuſte pellebar; quod illis etiam, qui iure id experiuntur, grauiſſimum eſt: gauiſus vero ſum, quod publice mei memores, de quibus tempus vos vrgebat, ſcripſiſtis. Nam tanquam ab illorum vno, qui maxime beneuoli, veſtrumque ſtudioſi ſunt, petiuiſtis, non tam, puto, vt eorum, quae decreta eſſent, aliquid acciperetis, quam vt publice teſtare-

 mi-

τῇ πατρίδι συμφέρον, & *M. Antonin.* de Seipſ. II. §. 3. Τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον. Quod ad ipſam ſententiam attinet; non diſſimilis eſt illi, quam epiſtola praecedente vidimus: Τελείωσον οὖν ἀνδρὶ καὶ υἱῷ τὴν ἀπὸ σεαυτῆς αὐτῷ δεδομένην χάριν.

63. Οὔτε ..... ἐμαυτῷ σύνοιδα, μὰ τοὺς θεούς] Formulam, μὰ τοὺς θεούς, non expreſſam in libris editis, e MSS. in quibus, ſi Burm. exceperis, omnibus erat, depromtam, auctori reſtitui. Talibus etiam alibi delectatus eſt noſter.

68. Ἤσθην δὲ, ὅτι δημοσίᾳ] Loco ὅτι in libris editis, & plerisque manuſcriptis, ſed recentioribus, erat ὅτε; quod quis fortaſſe praeferet ob id, quod praecedit, ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Fateor, poſſe ὅτε intelligi de tempore acceptae a *Phalaride* Aſtypalaeenſium epiſtolae: placet tamen magis ὅτι, inuentum in antiquioribus MSS. Lugd. A. & Angl. quae cauſa eſt, cur hic expreſſum videas.

70. Καὶ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακότων] Sic libri omnes. Ad oram vtriusque MS. Lugd. A. & Angl. allitum τὴν πόλιν; quod, ſi in ipſis MSS. fuiſſet, non diſplicuiſſet omnino: nunc alterum malim. Atque eadem ratione locutus auctor ep. CV. Ἐγὼ δὲ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακώς.

μαρτυρῆσαι μὲν ἐμοὶ δημοσίᾳ τὸ μὴ δικαίως ἐξεληλάσθαι, καταγνῶναι δὲ τῶν τοῦτο δρασάντων. οὔτε γὰρ αἰτῆσαι χάριτας παρὰ τοῦ μὴ στεργομένου τις ἂν, οὔτε λαβεῖν παρὰ τοῦ μὴ στέργοντος ὑπομείνειεν. οὔτε νῦν παραδέδωκεν ὁ καιρὸς 75
μέμψασθαι μὲν ὑμᾶς, ὡς οὐ φιλτάτους, τοὺς πρώτους χρόνους μηδὲν αἰτησαμένους· εὐχαριστῆσαι δὲ τοῦ παρόντος, ἡνί-

76. Μέμψασθαι μὲν ὑμᾶς, ὡς οὐ φιλτάτους, τ. π.] Antehac editum: Μέμψασθαι μὲν ὑμᾶς ὡς φιλτάτους, τοὺς π. vt etiam in quibusdam MSS. eſt; quod ferri poteſt, modo verba, ὡς φιλτάτους, vertas, *quam cariſſimos*, *longe cariſſimos*. Qui vſus particulae ὡς notior tamen interpretes noſtros hic fugit: reddunt enim, *tanquam*, vel, *vt cariſſimos*; quod a ſententia loci alienum. *Boyleus*, quo, puto, ſe expediret, in Latino ſuo plane omiſit. Melius auctori conſulueris, ſi ſcripſeris cum optimis antiquiſſimisque libris, Lugd. A. & Angl. ὡς οὐ φιλτάτους. Senſum expreſſi in Latino.

77. Τοὺς πρώτους χρόνους μηδὲν αἰτησαμένους] Ita cenſeo legendum; omnes codices habent αἰτιασαμένους, procul dubio corrupte. BOYL. Facilis, &, vt puto, vera *Boylei* emendatio eſt, αἰτιασαμένους in αἰτησαμένους mutantis. Idem ante eum animaduertit iam *Gatakerus*, vir doctiſſimus, ad *M. Antoninum* l. VII. p. 264. cuius ſententiae lubens accedo. In ipſam orationem, vt ante me fecerat *Boyleus*, hoc promtius id intuli, quod in antiquiſſimo codice, Lugd. A. inueni. Quod praeterea loco πρώτους χρόνους legendum, coniecit *Gatakerus* l. c. πρὸ τοῦ χρόνους pauciſſimis credo placiturum. Noſtram loquendi rationem exemplis dudum illuſtrauit *H. Stephanus*.

77. Εὐχαριστῆσαι] Interpretes, quique hoc loco vſi fuerunt, vt εὐχαριστεῖν, *gratias agendi* ſignificatione obuium in ſcriptis ſacris, Graeciae vindicarent, viri docti, omnes reddiderunt, *gratias agere*. Quod ſi vere in animo habuit auctor noſter; quid illis facies, qui, ipſum *Phalarin* hic loqui, putant? Negat enim ſcholiaſta *Luciani* tom. I. p. 24. εὐχαριστεῖν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις λέγεσθαι; nedum iſto ſenſu. At exempla quamplurima ſcilicet apud veteres inueniuntur, quibus refutari is poſſit. Nec tamen falſum, quod tradidit; ſi iſtam *gratias agendi* virtutem ſpectas, & de antiquioribus Graecis dictum accipis: nam, qui ſic verbo ſit vſus, *Polybio* antiquiorem noui neminem. Clarius *Pollux* l. V. 141. Εὐχαριστεῖν ἐπὶ τῷ διδόναι χάριν, οὐκ ἐπὶ τῷ εἰδέναι. atque iſto inprimis animo *Phrynichum*, & *Thomam M.* verbum reieciſſe, arbitror. Si enim veterum loca ſcriptorum diligentius conſideraueris; non omnino incognitum antiquioribus, ſed tantum iſta *gratias agendi* virtute, intelligas: quamquam non diffiteor, in vniuerſum id videri diſplicuiſſe Atticis antiquioribus, quique de reliquis preſſius eorum veſtigia ſunt ſecuti. Quo minus etiam a *Luciano* proficiſci potuit, quod eſt in Philopatr. t. III. p. 618. Χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν; quod, vt totus iſte dialogus, terſiſſimo ſcriptore indignum. Quod, Atticorum cultiſſimo ſermoni aſſuefactus, *Lucianus*, aliique nonnulli ſophiſtae faſtidiuerunt; eo, in Stoicorum ſcriptis verſatus inprimis, ſophiſta vti potuit: non potuit ipſe *Phalaris*; niſi, vt in his Epiſtolis, ſophiſtae, aliquot ſaeculis inferioris, ore ſit locutus. Sed nouitatem verbi ei obiicere nolo: ipſa enim ſententia declarat, cum antiquioribus eum locutum. Plus certe venuſtatis apparebit in hoc loco, ſi priore ſenſu, quem probauit *Pollux*, verbum accipies. Teſtatur, *Se accepiſſe Aſtypalaeenſium petitionem beneficii loco* (δέδεγμαι γὰρ ὑμῶν χάριν τὴν αἴτησιν): *igitur*

mini, me iniuſte patria pulſum, eiusque rei auctores condemnaretis. Neque enim beneficia petere a non amato, neque a non amante accipere ſuſtinuerit aliquis: neque nunc tempus permittit, vt, qui antea nihil petiueritis, tanquam non cariſſimos, vos reprehendam; ſed vt in praeſentia, quum petatis, gratiam referam; quam quidem vos,

 qui

tur tempus eſſe non reprehendendi, ſed, cum maxime in grati animi ſignificationem, beneficii faciendi, cum illi petant; quod qui acceperint, reuera eſſe daturos. Reſpicit ad dona hac epiſtola memorata. Habes εὐχαριστεῖν ἐπὶ τῷ διδόναι χάριν, vel de illo potius, ὅστις — εὖ δρᾷν εὖ παθὼν ἐπίσταται. Atque iſto ſenſu, rarius licet, inuenias in Cherronenſium decreto apud *Demoſthenem* de Cor. p. 488. A. vbi, poſteaquam χαριστήρια, ſenatui populoque Athenienſi ob recuperatam libertatem in grati animi ſignificationem oblata, commemorauerant Cherronenſes; Καὶ ἐν τῷ μετὰ ταῦτα αἰῶνι παντὶ, inquiunt, οὐκ ἐκλείψει εὐχαριστῶν, καὶ ποιῶν ὅ, τι ἂν δύνηται, ἀγαθόν; a quo loco certe aliena ſignificatio *gratias agendi*, vt reddidit interpres. Promiſerunt Cherronenſes, *Se nunquam ingratos fore, ſed, memores beneficii accepti, nullam temere occaſionem praetermiſſuros gratiae referendae, &c., quibuscunque modis poſſent, benefaciendi Athenienſium reipublicae.* Eſt ibidem in ſimili negotio εὐχαριστία in Byzantinorum decreto p. 487. F. atque ita ſemper, vbicunque apud antiquiores hae voces occurrunt, de re ipſa, quaecunque demum ſit, qua animum gratum ſignifices, accipiendae ſunt; non de verbis, vel *gratiarum actione.* Prioribus addam ex Epiſtolis, quae *Hippocrati*, ſed, opinor, falſo attribui ſolent, ep. XVII. operum *Hipp.* p. 1284. Ὁ σὸς πρόγονος Ἀσκληπιὸς νουθεσίῃ σοι γενέσθω· σώζων ἀνθρώπους κερδυνοῖς εὐχαρίστηται. vbi ſignificationem in deteriorem partem vertit auctor; niſi, per ironiam dictum, mauelis, quod ab ingenio ſophiſtae non abhorret. Sic noſter ep. CVII. Alciboo — λύπας εὐαγγελίζεται καὶ δάκρυα. Noſtro εὐχαριστεῖν frequentius eius contrarium fere ἀχαριστεῖν ipſis etiam Atticis placuit; praeſertim tamen ἀντὶ τοῦ μὴ χαρίζεσθαι: quomodo id interpretatur *Timaeus* Lex. Plat. Atque ita praeter ſcriptores ibi memoratos a *Ruhnkenio* meo, locutus eſt *Ariſtoteles* Rhet. L. II. c. XXI. p. 558. E. Καὶ περὶ μὲν τοῦ χαρίζεσθαι καὶ ἀχαριστεῖν εἴρηται. *Lucian.* tom. I. D. Mar. p. 312. neque aliter accipiendum apud noſtrum epiſt. XVII. ἀχαριστηθῆναι. Vt εὐχαριστεῖν non tantum χάριν διδόναι, ſed multo magis etiam χάριν ἀποδιδόναι apud antiquos ſignificaſſe, vidimus: ſic contra ἀχαριστεῖν aliquando adhibitum ἀντὶ τοῦ μὴ χάριν ἀποδίδοναι, vel τοῦ μὴ ἀντιχαρίζεσθαι. Praeter locum *Xenophontis* Memor. l. II. p. 431. l. 36. vbi ita accipiendum fortaſſe, clarius id intelligas ex nomine ἀχαριστία. Nota, quae apud Perſas dabatur, actio *ingrati*; de qua *Xenophon* Cyr. Inſt. l. I. p. 3. l. 16. Δικάζουσι δὲ καὶ ..... ἀχαριστίας. Meminit ſimilis etiam legis *Lucianus* Abdic. tom. II. p. 176. Καὶ μὴν οἵ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων. vbi videtur ad illam inprimis legem reſpexiſſe, qua *conuicius a patrono libertus ingratus iure libertatis exuebatur:* verba ſunt *Valer. Max.* l. II. c. VI. §. 6. Quo etiam pertinet, quod eſt apud eundem *Valer. M.* l. V. c. III. §. 3. neque enim cum *Petito* Comm. in Leg. Att. l. VII. tit. VIII. de Ingrat. puto, Athenis fuiſſe tali lege obſtrictos quosuis ingratos; id quod diſertis verbis negat *Xenophon* Memor. l. II. p. 433. l. 4. adde Cyr. Inſt. l. c. & ibi *Hutchinſ.* p. 10. Sed ad *Phalarin* reuertor.

ἡνίκα ἂν αἰτῆσθε, ἅπερ ὑμεῖς μὲν οἱ λαβόντες δώσετε ταῖς ἀληθείαις, δέδεγμαι γὰρ ὑμῶν χάριν τὴν αἴτησιν· ἐγὼ δὲ ὁ μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς διδοὺς λήψομαι μᾶλλον, ἢ δώσω. τί γὰρ ἀνδρὶ Φιλοπάτριδι κάλλιον καὶ μεγαλοπρεπέστερον, ἢ δοκεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας εὖ ποιεῖν; ὃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς μοῦ καὶ τῆς ὑμετέρας πεπλήρωται. τοῦ μὲν οὖν βραδύτερον ἀφῖχθαι τὰς δωρεὰς, ἢ παρ' ὃν ἐβούλεσθε χρόνον, μήτε ἐμὲ, μήτε τοὺς πρεσβεῖς ὑμῶν αἰτιάσασθε· τὸν δὲ χειμῶνα, καὶ τὴν ὥραν τοῦ καθεστῶτος ἔτους. τὸ μὲν

78. Η'νίκα ἂν αἰτῆσθε] Priores editiones, ἡνίκα αἰτεῖσθε. alterum vero MSS. optimi, Lugd. A. & Angl. ἂν quoque Pal. cum αἰτεῖσθε. contra Lugd. C. αἰτῆσθε, omisso ἄν. *Aristoph.* Nub. 618. Ὧ'ς τ' ἀπειλεῖν Φησὶν αὐτῇ τοὺς θεοὺς ἑκάστοτε, Η'νίκ' ἂν ψευσθῶσι δείπνου, κἀπίωσιν οἴκαδε. & 622. Η'νίκ' ἂν πενθῶμεν, κ. τ. λ.

79. Ε'γὼ δὲ ὁ μετὰ τ. ἡ. δ. διδοὺς λήψομαι μ. ἢ. δ.] In exemplaribus editis legitur, Ε'γὼ δὲ οὐ μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς λήψομαι μᾶλλον, ἢ δώσω, sententia perplexa, & inficeta. Quod ante λήψομαι exciderat, διδοὺς exhibent Angl. Lugd. A. C. & Pal. Praeterea peropportune Anglic. loco οὐ obtulit ὁ, sine quo sententia stare nulla ratione potest. Cum multa alia laudabiliter instituta olim a Persis accepimus, tum lege sancitum, *Vt potius darent, quam acciperent*, διδόναι μᾶλλον, ἢ λαμβάνειν; secus atque multis aliis populis, olim etiam, fuit visum. vid. *Thucydid.* l. II. c. XCVII. p. 162. Atque hinc intelligi potest, quam conuenienter patriis institutis, in quibus educatus erat, Cyrus Xenophontius ille dicatur, διδοὺς μᾶλλον ἢ κτώμενος ἥδεσθαι, in *Xenoph.* Cyr. Inst. l. VIII. p. 133. l. 9. Artaxerxes cum ad manum alteram longiorem respiciens, tum legis istius, vt puto, memor, dixisse fertur, Ο'τι τὸ προσθεῖναι τοῦ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐστι, vt est apud *Plutarch.* Apophth. p. 173. D. Praeceptum antiquissimum, & e saniori officii disciplina depromtum, mirum non est, placere multis Graecorum potuisse, atque ipsi etiam *Epicuro*, cuius dictum vid. apud *Plutarch.* Phil. cum Princ. p. 778. C. Paulo aliter *Aristoteles* Ethic. Nicom. IV. 1. p. 43. D. Διὸ μᾶλλόν ἐστι τοῦ ἐλευθερίου τὸ διδόναι, οἷς δεῖ, ἢ λαμβάνειν, ὅθεν δεῖ, καὶ μὴ λαμβάνειν, ὅθεν οὐ δεῖ: quae ante oculos habuisse videtur *Pollux* III. 114. Η'δέως ἂν διδοὺς, ἢ λαμβάνων, ἀφ' ὧν οὐ δεῖ, vel, vt scribendum arbitror, Η'διον διδοὺς, ἢ λαμβάνων, κ. τ. λ. Sic *Epicurus* l. c. dixit, τοῦ εὖ πάσχειν, τὸ εὖ ποιεῖν, οὐ μόνον κάλλιον, ἀλλὰ καὶ ἥδιον εἶναι. De praecepti ipsius veritate quo minus dubites, effectum est diuina auctoritate Iesu, cui *Lucas* in Act. Apost. hoc attribuit dictum: Μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι, ἢ λαμβάνειν. Quo indignius etiam factum, quod sententiam ad dona meretricia transtulit *Theophylactus Simoc.* epist. XLII. Εἰ μὲν οὖν ἐρᾷς, τὸ διδόναι μᾶλλον, ἢ τὸ λαμβάνειν (hoc malo, quam λαβεῖν) οἰκειότερον· εἰ δὲ χρημάτων ὀρέγῃ, καὶ δι' εὐπορίαν τὸ ποθεῖν ἀναπέπλασαι, τὴν γνώμην ἡ γλῶσσα διήλεγξε, πωλοῦσα χρυσῷ τὰς ἡδονὰς τῷ ἐθέλοντι. Atque ita inprimis veteres; quo non contenti posteriorum temporum sophistae ita sententiam immutarunt, vt, fuco oblita sophistico, omnem illam salubritatem verae virtutis & officii, quasi sanitatem, perdidisse videatur. Neque enim, *dare*, *quam accipere*, *melius esse*, dixerunt; sed *id*, *quod detur*, *quasi ab eo*, *qui det*, *accipiatur*, sunt interpretati. *Libanius* epist. LXVIII. Ο'λυμπίῳ εἴ τι πράξεις κεχαρισμένον, λήψεσθαί σε μᾶλλον, ἢ δώσειν, ἡγοῦμαι. adde epist. CXXVII. p. 67. MCCCCI. p. 644.

Quin

qui accipitis, dabitis reuera: veſtram enim petitionem beneficium accepi; ego vero, qui tanta cum voluptate do, accipiam potius, quam dabo. Quid enim pulchrius ſplendidiusque patriae amanti, quam ciuibus ſuis benefacere videri? id quod meis, veſtrisque literis effectum eſt. Quod vero tardius, quam quando volebatis, dona ſunt aſportata, neque me, neque legatos veſtros culpaueritis; ſed hiemem, & praeſentis anni tempeſtatem. Quod enim in nobis erat,

Quin ipſis Chriſtianis iſtac labe ſuorum ſaeculorum infectis, poſthabito ſummi doctoris praecepto, mirum in modum placuit. *Clemens Alexandr.* Strom. II. p. 404. C. Διὰ τοῦτο, ὅτ' ἄν τις αἰτῶν τύχῃ, οὗ φησι τῷ διδόντι, Καλῶς ἔδωκας, ἀλλὰ καλῶς εἴληφας· οὕτω λαμβάνει μὲν ὁ διδούς· δίδωσι δὲ ὁ λαμβάνων. Plura huius generis qui deſiderabit, inſpiciet *Gatakeri* Annot. ad *M. Anton.* l. VII. p. 265, & 269. *Clementis* verba cum noſtris *Phalaridis* componi inprimis velim. habes ὁ διδούς, quod e MSS. depromtum noſtro reſtitui; vt etiam *Liban.* epiſt. LXIV. p. 34. Ὁ διδοὺς παρῄει τὴν τοῦ λαμβάνοντος ἡδονήν. Ex dictis autem intelliges, noſtrum non cum antiquioribus, quemadmodum ſophiſtam, *Phalaridis* perſonam agentem, decebat, ſed cum ſui ſaeculi ſcriptoribus fuiſſe locutum. Atque adeo etiam hoc eorum dicto delectatus eſt, vt integrae epiſtolae argumentum fecerit, quae eſt n. CXXXIV.

82. Ὃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς μοῦ καὶ τῆς ὑμετέρας πεπλήρωται] Antea legebatur; Ὃ δ. τ. ἐπιστολῆς μοι τῆς ὑμετέρας π. quod cur mutauerim, paucis habe. Erat in Lugd. A. Angl. & Pal. Ὃ δ. τ. ἐ. μοι καὶ τῆς ὑ. π. accedebat ordo verborum parum concinnus: nam, aut fallor, aut, ſi hoc dicere voluiſſet noſter, μοὶ proxime iunxiſſet verbo πεπλήρωται; ſaltem non ita, vt hic, interpoſuiſſet. Hinc factum, vt non tantum ad Aſtypalaeenſium, ſed ſuam etiam epiſtolam auctorem reſpexiſſe, ſuſpicatus fuerim, atque adeo loco μοὶ ſcripſiſſe μοῦ. Quae quo minor mutatio, eo promtius a me in ipſa oratione facta eſt.

83. Τοῦ μὲν οὖν βραδύτερον ἀφῖχθαι τὰς δωρεὰς, ἢ παρ' ὃν ἐβούλεσθε χρόνον, κ.τ.λ.] In hac lectione cum editis libris conueniunt MSS. Lugd. C. & Burm. in reliquis Lugd. A. Angl. & Pal. poſt χρόνον inſeritur ἐληλύθασι. Quo fit, vt, duplicem huius loci ſcripturam forte exſtitiſſe in diuerſis codicibus, ſuſpicer; alteram, vt nunc eſt, alteram; Τοῦ μὲν οὖν, ὅτι βραδύτερον αἱ δωρεαὶ, ἢ .....χρόνον, ἐληλύθασι, μήτε ἐμὲ, μήτε τοὺς πρεσβεῖς ὑμῶν αἰτιάσασθε. Nolui tamen aliquid mutare ſine neceſſitate. Cum Lugd. A. & Pal. tantum ſcripſi αἰτιάσασθε loco αἰτιᾶσθε, quod in reliquis libris.

85. Τὸν δὲ χειμῶνα, καὶ τὴν ὥραν τοῦ καθεστῶτος ἔτους] Cum antea in libris editis eſſet, Τὸν δὲ χ .... καθεστῶτος χρόνου; miror, *Bentleium* ſilentio praeteriiſſe hunc locum: niſi forte manuſcripti Angl. auctoritate motus abſtinuerit. Nullum enim tam clarum recentioris Graeciae indicium, quam vox χρόνος hoc in loco. Vt, ſi vere ab auctore profecta fuiſſet, argumento eſſe poſſet, aliquot etiam ſaeculis inferius, quam quidem nunc arbitramur, eum collocandum eſſe. Nam χρόνος loco ἔτος non niſi poſtremis Graecorum temporibus poni coeptum eſt. vid. poſt *I. Meurſium* & *Car. du Cange*, *Hemſterhuſii*, literatorum huius ſaeculi principis, not. ad *Ariſtophan.* Plut. p. 178, & 407. Quam antiquiores Graeci ὥραν τοῦ ἔτους, iſti homines ὥραν τοῦ χρόνου vocarunt. Verba *Theocriti*

μὲν γὰρ ἐξ ἡμῶν, προθυμίας οὐδ' ἧς τινος ἀπελείπετο· πλεῖν δὲ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ χειμῶνος, οὐδὲ μετὰ τῶν ἐσχάτων τολμημάτων ἦν. τοῦ μέν τοι σεσῶσθαι τὰ πεμφθέντα, καί τοι πελαγίῳ παραβληθέντα κινδύνῳ, τῇ τύχῃ χάριν εἰδότες οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιτε. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν κομιζομένων, ἀποδώσουσι μὲν ὑμῖν ὁμολογουμένως οἱ πρεσβεῖς, δηλώσει δὲ καθέκαστα καὶ ὁ συναπεσταλμένος αὐτοῖς ἀνὴρ, ὁ τὴν ἐπιστολὴν φέρων, Εὔβουλος· παρ' οὗ τά τε εἴδη, καὶ τὸν ἀριθμὸν λαβόντες, τὰ μὲν ἄλλα διανείμασθε, καθ' ὃν ἂν προῄρησθε τρόπον· τὰ χρήματα δὲ πρὸς ἐπισκευὴν καὶ κόσμον τῆς πόλεως χρησάμενοι, καλῶς ἂν εἴητε πεφρονηκότες, οὐ διὰ τὴν ἐμὴν παραίνεσιν, διὰ δὲ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν εὐβουλίαν· οὐδεὶς γὰρ ἀλλοτρίᾳ προαιρέσει, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ χρηστὸς πέφυκεν. εἰ δ', ὅπερ οὐδὲ λέγειν ἐφ' ὑμῶν ἄξιον, τοῖς εἰς ἕτερον εἶδος δεδωρημένοις εἰς ἄλλο τι καταχρήσεσθε τῶν οὐκ ἀναγκαίων, εὖ ἴστε, ὅτι ὑμεῖς μᾶλλον μεμφθείητε τοῦ μὴ δεόντως προσενηνέχθαι τοῖς δωρηθεῖσιν, ἢ ὁ δοὺς εὐλογηθείη τοῦ δεδωκέναι. ὡς

criti Id. VII. 83. ἔτος ὥριον interpretaturus ſcholiaſta, Χρόνον, inquit, μιᾶς ὥρας τοῦ χρόνου. & ad v. 85. ibid. Διὰ τοῦ γὰρ τριμηνιαίου καιροῦ πληροῦνται αἱ τέσσαρες ὧραι τοῦ χρόνου. Feliciter igitur hoc ſaltem nomine auctori euenit, quod, vbi in reliquis libris omnibus erat χρόνου, in optimis Angl. Lugd. A. & C. exhibebatur ἔτους; ne, ſi non potuerit cum ſuo *Phalaride*, cum illis, qui mille circiter annis poſterius eo fuerint, locutus videretur. A quibus etſi longiſſime eum abeſſe arbitror; tamen non potuit, quin hoc ipſo loco declararet, eſſe, non tyranni, ſed declamatoris alicuius excuſationem, quod tardius aſportata dona eſſent. Amat enim declamator συνωνυμίας & ſimilia; qualia hic & alibi in his epiſtolis magna copia inuenias. Vnum de multis exemplum vid. epiſt. XVII. Κἂν εὑροῇ τις, καὶ κατ' οὖρον φέρηται παρὰ τῆς τύχης; vbi adeo etiam ταυτολογεῖ ſophiſta, vt verear, an ſimile exemplum apud caſtigatiorem ſcriptorem inuenias. Cum noſtro loco conferri *Liuium* velim l. V. c. II. vbi in oratione tribunorum plebis coniungit: *Iam ne* hiemi *quidem*, aut tempori anni *cedere*, *ac domos*, *& res inuiſere ſuas*; a qua loquendi ratione abſtinuiſſet, opinor, in ipſa hiſtoria. Potuiſſet ſimiliter declamator, Τὸν δὲ χειμῶνα, καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους; ſed de ipſa ſententia parum ſollicitus noſter, quo copioſior euaderet oratio numeroſiorque, redundantia nimia addidit κατεστῶτος. Atque hoc exempli loco ſemel dictum ſufficiat: neque enim, vbique talia vitia aut virtutes monſtrare auctoris, inſtituti mei ratio patitur.

86. Τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἡμῶν] Particulam μὲν e Lugd. A. Angl. & Pal. huc tranſtuli, quod ſequebatur δέ.

90. Οὐ μὴν ..... πρεσβεῖς, δηλώσει δὲ καθέκαστα, κ. τ. λ.] Parum refert, addaturne, an omittatur καὶ poſt ἀλλά. Quare

erat, quanto maximo, ſtudio feci; nauigari vero, ob nimiam vim hiemis, ne quidem cum extrema audacia licebat. Quare, quod, quae miſimus, conſeruata ſunt, periculis maris licet obiecta, ſi fortunae acceptum retuleritis, non errabitis. Quae autem apportantur, reddent quidem haud dubie vobis legati; ſingulatim autem indicabit quoque, qui, vna cum iis miſſus, epiſtolam perfert, Eubulus: a quo generibus & numero acceptis, alia quidem pro arbitrio diſtribueritis; pecuniis vero ſi ad inſtaurandam & ornandam ciuitatem vſi fueritis, ſapueritis recte, non meo hortatu, ſed veſtra ipſorum prudentia: nemo enim alieno inſtituto, ſed domeſtico, bonus eſt. Sin vero, quod de vobis ne dici quidem oportet, donis ad aliud genus datis, ad aliud quoddam rerum minus neceſſariarum abutemini, probe ſciatis, vobis, quod non decenter donis fueritis vſi, vituperationi magis, quam ei, qui dedit, quod dederit, laudi fore. Quem-

 ad-

re antiquiores codices Lugd. A. & Angl. ſecutus ſum, cum in reliquis non inueniretur *καί*. Τ*ιμῶν*, omiſſum ſolum in Lugd. A. & Pal. delere nolui. Poſt *πρέσβεις* minoris interpunctionis poſui notam, vt eſſet, vnde penderet *κομιζομένων*: pertinet enim ad *καθέκαστα*. Conſtruendi rationem exemplis iam illuſtrauit *Budaeus*, C. L. Gr. p. 771. Add. *Polyaenum*, Strat. l. III. c. VII. p. 228. Ὁ δὲ *κατ' ὀλίγους τῶν δαρεικῶν ἐῤῥίπτει κατὰ τῆς ὁδοῦ*. &, c. XI. p. 291. Χαβρίας *ναῦς Λακωνικὰς*, ... *ἐξεκαλέσατο οὕτως πῶς αὐτὰς ἀναχθῆναι. ναυσὶ δεκαδύο κατὰ δύο ζεύξας ἐπὶ τὰ ἱστία τῶν νεῶν, ἐπὶ μιᾶς ἐρέμενος*. Quae, a *Caſaubono* & *Maasuicio* tentata quidem, ſed, vt opinor, non omnino emendata, ſic fere ſcripſiſſe videri poteſt auctor: Χαβρίας *ν. Α.* .... *ἐξεκαλέσατο οὕτω πως· Αὐτὸς ἀνήχθη ναυσὶ δεκαδύο, κατὰ δύο ζεύξας τῶν νεῶν, ἔτι τὰ ἱστία τῆς μιᾶς ἀράμενος*, vel *ἐπαράμενος*. habes *κατὰ δύο ζεύξας τῶν νεῶν*, vt, ſupra, *κατ' ὀλίγους τῶν δαρεικῶν ἐῤῥίπτει*. Cum reliqua parte compone, quod eſt in *Polyaeni* l. V. c. XXII. p. 506. Ὁ δὲ *τοὺς ταρσοὺς τῶν τριήρων ἐξελὼν, ζεύξας πρὸς ἀλλήλας, τὰ ἱστία τῆς μιᾶς ἐπαράμενος ἐ. τ. π. ἀνήγετο*.

92. Εὔβουλος] Aut alium hunc Eubulum fecit auctor, quam cuius, vt hoſtis acerrimi, meminit, ep. XIII. & alibi; aut in odium *Phalaridis* nondum venerat ille, quando haec epiſtola ſcribebatur; aut denique nomen corruptum eſt. Et ſane, in Pal. Burm. & Ed. Ven. eſt Εὔλοφος: atque ſic quoque legit *Aretinus*.

94. Πρὸς *ἐπισκευὴν κ. κ. τ. π.*] Ordinem verborum, qui eſſet in Lugd. A. & Angl. ſeruaui. In reliquis libris eſt *πρ. ἐ. τῆς πόλεως καὶ κόσμου*.

100. Προσενηνέχθαι.] Lugd. A. C. & Angl. *προσενεχθῆναι*: reliqui MSS. cum editis *προσενηνέχθαι*. quod recepi, quia ſequitur *δεδωκέναι*.

ὡς γὰρ ἄτοπον, τὸν ἐκπεπτωκότα τῆς πατρίδος διὰ τὴν φυγὴν οὐδὲν ἑμαυτὸν αὐτῆς ἀνακτήσασθαι ζητεῖν τὰ κατερηρειμμένα, οὕτω τοὺς

2. Ὡ'ς γὰρ ἄτοπον, τὸν ἐκπ. τ. π. δ. τ. φ. οὐ. ἑ. αὐ. ἀ. ζ. τ. κ.] Qui anteceſſerunt *Boyleum*, editores omnes ſententiam hunc in modum repraeſentarunt: Ὡ'ς γὰρ ἄτοπον τὸν ἐκπεπτωκότα τῆς πατρίδος διὰ τὴν φυγὴν ἐμὲ, τῶν αὐτῆς ἀνακτήσασθαι ζητεῖν τὰ κατερ[illegible]ηγμένα· ille autem, ne monito quidem lectore, in loco verborum ἐμὲ τῶν αὐτῆς, edidit ἐμὲ τῆς αὐτῆς, ac, ſententia ad arbitrium conficta, ita totum locum reddidit, vt facile intelligas, aquam ei haeſiſſe. Nec multo melius reliqui inſtituerunt interpretes: quos morari nolo. Vitium ineſt manifeſtum. Quid enim? num is, qui tanto opere, in ſuis Epiſtolis, amorem in patriam inculcat, atque, hac ipſa, patria pulſus licet, dona, quibus ea poſſit refici, mittit, num is, inquam, abſurdum eſſe, dicet, eum, qui exul ſit patria, ſtudere ei prodeſſe, & opera ſua adiuuare? num, qui, aliis in epiſtolis, hoſtibus etiam ignoſcendum eſſe, docet, ac tot virorum illuſtrium, qui patriae, peſſime de ſe licet meritae, bene feciſſent, exempla quotidie poterat intueri, ſophiſta tam excelſi animi tyranno, quam *Phalarin* ſuum videri voluit, orationem affinget, quae non poſſit, niſi ab humillimo quoque, proficiſci? Vt praetermittam iſtud τῶν ante αὐτῆς, nec non voces διὰ τὴν φυγήν· quas interpretes, ne offenderent, ſilentio praeterierunt, praeter *Naogeorgum*, omnes, is autem: *eiectum me e patria per exilium*, ſententia inepta prorſus. Sentis, vitium non vnum in his ineſſe. Ac primum quidem eo, quod eſt in codicibus Lugd. A. Angl. & Pal. οὐδὲν, omni humilitatis ſuſpicione ſophiſta liberatur, ac ſententia contraria efficitur eius, quam modo notaui. Eſt illud, vt ſaepe, in his Epiſtolis, pro οὐδὲ vel οὐ. Dein verba, ἐμὲ, τῶν, vel, vt in Lugd. A. eſt, μὲ τὸ, in Angl. μὲ τὸν, in Pal. ἐμὲ τὸν, tam clara vocis euaneſcentis ἑμαυτὸν veſtigia habent, vt ita ſcriptum olim fuiſſe, dubitari nullo modo poſſit: quapropter vtrumque auctori reſtitui. Pro κατερ[illegible]ηγμένα autem, vt ante editum fuit, haud dubie ſcribendum κατηρειμμένα vel κατερηρειμμένα. Ad *Homer.* Il. O. 356. — Α'πόλλων Ρ'εῖ' ὄχθας καπέτοιο βαθείης ποσσὶν ἐρείπων Ε'ς μεσσὸν κατέβαλλε, — *Euſtathius*, p. 1019. l. 64. Καιρία δὲ λέξις, inquit, ποιητοῦ τὸ ἐρείπειν, ὅ ἐστι καταβάλλειν. Sed non tantum poetis, ſed optimis quibuscunque ſcriptoribus, frequens verbi ἐρείπειν, &, quod poſteriorum temporum Graecis praeſertim placuiſſe videtur, κατερείπειν, vſus; inprimis in oppugnatione vrbium deſcribenda, quum, machinis percuſſi, muri ſubuertantur. *Xenophon*, Inſt. Cyr. l. VII. p. 110. l. 24. Ο' δὲ Κῦρος .... μηχανὰς ἐποιεῖτο, καὶ κριοὺς, ὡς τῶν μὴ πειθομένων ἐρείψων τὰ τείχη. Alterum eſt apud *Appian.* Mithr. p. 127. Οἷς (μηνοειδέσι) ἔτι νεοκοδομήτοις ὁ Σύλλας οὔθις ἐπεχείρει παντὶ τῷ στρατῷ, νομίσας ἀσθενῆ καὶ ὑγρὰ ἔτι ὄντα ῥᾳδίως κατερείψειν. Pro νεοκοδομήτοις, ex altero eiusdem ſcriptoris loco, repono νεοδμήτοις. Eſt ille ibid. p. 128. itidem deprauatus: Ο' δὲ Σύλλας — κριοὺς ἅμα καὶ βέλη καὶ ἀκόντια ἐπῆγεν, ἀνδράς τε πολλοὺς, οἱ διώρυσσον ὑπὸ χελώναις τὰ τείχη, καὶ σπείρας, αἳ τοὺς ἐπὶ τῶν τειχῶν ἀκοντίζουσαί τε καὶ τοξεύουσαι θαμινὰ, ἀνέκοπτεν, καὶ κατήρειψέ τι τοῦ μηνοειδοῦς ὑγροτέρου καὶ ἀσθενεστέρου ἔτι ὄντος, ἅτε νεοδμήτου. Lego — καὶ σπείρας, τὰς ἐπὶ τῶν τειχῶν ἀκοντιζούσας τε καὶ τοξευούσας θαμινὰ, ἀνέκοπτον, — Deflexit ab hac loquendi conſuetudine citeriorum Graecorum vſus, cum quasuis ruinas aedium, templorum, ſepulcrorum, ſimiliumque rerum, ἐρείπια & κατερηρεῖφθαι dicerent. In rem *Euſtathii*, ad Hom. Il. Δ. p. 436. l. 43. teſtimonium: Οἰκόπεδον δὲ, οἰκίας καταβρῖφείσης ἔδαφος· ὅπερ κοινότε-

admodum enim abſurdum eſt, patria pulſum, ob exilium memet nullo modo ſtudere, ſublapſas eius reparare partes,

vtrumque translatum in aestum eorum, qui rerum abstrusarum, aut a sua intelligentia remotarum, contemplatione defixi, neque se expedientes, haerent prorsus, nec habent, quo se vertant. *Plato*, haud immemor propriae potestatis, philosophis tribuit τὸ ἰλιγγιᾷν, in Crat. p. 282. D. Ὥ"σπερ καὶ τῶν νῦν οἱ πολλοὶ τῶν σοφῶν, ὑπὸ τοῦ πυκνὰ περιστρέφεσθαι ζητοῦντες ὅπη ἔχει τὰ ὄντα, ἀεὶ ἰλιγγιῶσι, κἄπειτα αὐτοῖς φαίνεται περιφέρεσθαι τὰ πράγματα, καὶ πάντως φέρεσθαι. ex quibus intelligi potest, quod est apud *Plutarch.* de Aud. Poet. p. 17. E. Η"ττον γὰρ ὡς εἰδόσι τι περὶ τούτων προσέξουσι τοῖς ποιηταῖς, ἐν οἷς τοὺς φιλοσόφους ἰλιγγιῶντας ὁρῶσιν. Virtute non valde diuersa, sed genere translationis mutato, idem, in Phaedon. p. 60. B. Καὶ αὐτὴ (ψυχὴ) πλανᾶται καὶ ταράττεται, καὶ ἰλιγγιᾷ, ὥςπερ μεθύουσα. Alia ratione ad propriam verbi potestatem respiciens, non dissimilem animi aestum describit, in Theaet. p. 128. E. Γ'λιγγιῶν τε γὰρ (ὁ σμικρὸς τὴν ψυχὴν, καὶ δριμὺς καὶ δικανικὸς) ἀπὸ ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς, καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν, ὑπὸ ἀληθείας ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν, καὶ βαρβαρίζων. vbi quod est, βαρβαρίζων, solicitatum a *Pierſono*, &, quem nominat ille, *Valckenario*, viro summo, fortasse defendi potest eo, quod in similis aestus descriptione dicit *Lucian.* in Nigrin. tom. I. p. 77. partim *Platonis* verba, in Protag. p. 228. F. &, qui huic praeiuit, *Homeri*, Odyss. Λ. 332. partim celebratissimum *Sapphus* locum, quem, sect. x. citat *Longinus*, imitatus, cum haec scribit: Ε'πειδὴ δὲ ἐπικύσατο, τοῦτο δὴ τὸ τῶν Φαιάκων πάθος ἐπεπόνθειν· πολὺν γὰρ δὴ χρόνον ἐς αὐτὸν ἀπέβλεπον κεκηλημένος. εἶτα πολλῇ συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ κατειλημμένος, τοῦτο μὲν ἰδρῶτι κατερρέομην, τοῦτο δὲ Φθέγξασθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην· καὶ ἥ τε Φωνὴ ἐξέλιπε, καὶ ἡ γλῶττα διημάρτανε· καὶ τέλος ἐδάκρυον ἀπορρυόμενος. vt γλῶσσα διαμαρτάνειν dicitur, sic fortasse accipiendum, in loco *Platonis*, βαρβαρίζειν. Obserue autem ἰλιγγιᾷν, hic, tribui ei, qui alterius oratione perculsus, haereat prorsus, dum aestu cogitationum huc illuc anceps rapiatur. In quem locum ἰλιγγιᾷν, a vertigine, quam plaga inflicta pariat, translatum, eleganter ponitur a *Platone*, in Protag. p. 236. C. Καὶ ἐγὼ τὸ μὲν πρῶτον, ὡσπερεὶ ὑπὸ ἀγαθοῦ πύκτου πληγεὶς, ἐσκοτώθην τε καὶ ἰλιγγίασα, εἰπόντος αὐτοῦ ταῦτα, —— Atque eodem etiam respexisse *Lucianum*, loco citato, ea, quae ibidem subiiciuntur, declarant. Quod verbo ἰλιγγιᾷν, a vertigine, quae plagam inflictam sequatur, translato, philosophus, idem fere, ab aestu, qui rabiem, ex morsu canis ortam, comitari solet, sumto verbo οἰστρᾶν expressisse *Lucianum*, puto, in Nigrin. p. 81. vbi nunc, sententia nulla, legitur ἐρᾷν. Locum, praeter institutum, adscribere liceat, quo melius videat lector, quid rei sit: Ω"στε καὶ, inquit Luciani amicus, μεταξὺ σοῦ λέγοντος ἔπασχόν τι ἐν τῇ ψυχῇ· καὶ παυσαμένου, ἄχθομαι. καὶ ἵνα δὴ καὶ κατά σε εἴπω, τέτρωμαι· καὶ μὴ θαυμάσῃς· οἶσθα γὰρ ὅτι καὶ οἱ πρὸς τῶν κυνῶν τῶν λυσσώντων δηχθέντες, οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσι, ἀλλὰ κἂν τινας ἑτέρους καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι, καὶ αὐτοὶ ἔκφρονες γίγνονται· συμμεταβαίνει γάρ τι τοῦ πάθους ἅμα τῷ δήγματι, καὶ πολυγονεῖται ἡ νόσος, καὶ πολλὴ γίγνεται τῆς μανίας διαδοχή. Quibus haec subiicit Lucianus: Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾷν ὁμολογεῖς; Tum ille: Πάνυ μὲν οὖν, καὶ προσέτι δέομαί γέ σου κοινήν τινα τὴν θεραπείαν ἐπινοεῖν. *Hemsterhusius*, vir summus, vitium, quod inesse animaduertit, aliis corrigendum reliquit. Haud dubie, furoris & aestus, qui a morsu rabidi canis oriatur, mentione facta, subiecit Lucianus: Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἡμῖν οἰστρᾶν ὁμολογεῖς; *Plat.* Rep. IX. p. 729. D. Τότε δὴ δορυφορεῖταί τε ὑπὸ μανίας καὶ οἰστρᾷ οὗτος ὁ προστάτης τῆς ψυχῆς· &, in Phaedr. 1225. B. Η' ψυχὴ οἰστρᾷ καὶ ὀδυ-

ne ſapientem decebat, quid nunc, inepte, aeſtuas, cum

δυναται —— καὶ ἀποροῦσα λυττᾷ, καὶ ἐμμανὴς οὖσα, κ. τ. λ. Loca iam collegit *Ruhnkenius*, vir amiciſſimus, in not. ad *Timaei* Lex. Plat. p. 137. Sicut autem ἡμῖν οἰστρᾷν *Lucianus*, ſic *Libanius*, ſignificandi ratione parumper diuerſa, ep. CCCLXXVII. Φοβοῦμαι δὲ οὐδὲν, inquit, μὴ τῶν μεγίστων πρῶτον ἀψάμενος ἰλιγγιάσῃς ἡμῖν. Generatim nempe ἴλιγγος & ἰλιγγιᾷν, ad quamuis ἀπορίαν, & *aeſtum*, vndecunque. ille oriatur, referri ſolent. Quomodo fere dicitur a *Plat.* in Lyſ. p. 505. C. ἰλιγγιᾷν ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ἀπορίας. Atque ita, per ſe ſumtum, apud *Ariſtidem*, tom. I. p. 151. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ καὶ τὰ πρῶτα συνεκπλεύσαντες, ἰλιγγιάσαντες (quod tanta celeritate ſequi non poſſent) ἀπῆραν. Similiter, apud *Platonem*, per ſe poſitum, non memini, me reperiſſe, niſi in ea, quae, Dionis propinquis inſcripta, inter illius epiſtolas ſeptima eſt, p. 1278. A. Addi poſſunt *Philoſtratus*, Vit. Apoll. l. VII. c. v. p. 325. *Libanius*, operum tom. II. p. 26. B. aliique, praeſertim citerioris Graeciae ſcriptores. Qui omnia confundit & miſcet in hiſtoria, Homerus, a *Dione Chryſoſtomo*, Or. XI. p. 180. D. Ἰλιγγιᾷν dicitur περὶ τὸ ψεῦδος, καὶ τῷ ὄντι, ὡς ἐν ὀνείρατι μάχην διηγεῖσθαι. Quin ipſam confuſionem ac permiſtionem rerum ἴλιγγον dici, notat *Heſychius*. Atque ita *Plutarch.* Adu. Stoic. p. 1068. B. Νῦν δὲ τίς ὁ ἴλιγγος οὗτος, τὸν μὲν ἀνευδεῆ δεῖσθαι, ὧν ἔχει ἀγαθῶν —— vbi porro, quid ſit ἴλιγγος, ipſe docet, cum, πεττῶν δίκην, inquit, δεῦρο κἀκεῖ τὰς κοινὰς ἐννοίας μετατιθεὶς ——. Virtute magis conſueta idem, in Amat. p. 763. A. Sapphus, deperdite amantis, πλάνον καὶ ἴλιγγον commemorat. Praeterea, ex pudore ortum ἴλιγγον habet, in libro, de Audit. p. 46. D. Apud *Libanium*, op. tom. II. p. 557. C. de animi commotione, quam pariat cruciatuum adſpectus, poſitum quoque legas ἰλιγγιᾷν. Ὥ'στε ἰλιγγιῶν τῇ καρδίᾳ πηδώσῃ, τὴν δεξιὰν προσῆγον: interpungendum: Ὥ'στε ἰλιγγιῶν, τῇ κ. πηδώσῃ τ. δ. πρ. Nihil autem frequentius fere, hoc verbo, in metu deſcribendo & inde orto aeſtu. Reliquis praeiuit *Plato*, in Gorg. p. 331. F. &, ibid. p. 359. A. Καὶ ὀνειδίζω σοι, ὅτι οὐχ οἷός τε ἔσῃ σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοι ἥ καὶ ἡ κρίσις, ἣν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον· ἀλλὰ ἐλθὼν παρὰ τὸν δικαστὴν τὸν τῆς Αἰγίνης υἱὸν, ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ἄγῃ, χασμήσῃ καὶ ἰλιγγιάσεις, οὐδὲν ἧττον, ἢ ἐγὼ ἐνθάδε, σὺ ἐκεῖ. quae, vt alia multa, in *Platonis* Gorgia, imitatus eſt *Syneſius*, ep. XLIV. p. m. 188. pro ſui temporis conſuetudine, neglecta, quam vtroque in loco ſpectauit ille, verbi proprietate: Καὶ τίς ἂν γένοιο τοῦ σώματος ἐξελθὼν —— οὐκ ἰλιγγιάσεις; οὐκ ἀποῤῥήσεις; ἔλξῃ σιγῶν, καὶ ἐκκείσῃ τῇ δίκῃ, καὶ σὺ κἀγώ. *Liban.* op. tom. I. p. 642. C. Καὶ τοὺς ἐπὶ σοφίᾳ φρονοῦντας ὁρῶντες καταδυομένους, καὶ μᾶλλον τῶν ἀνδραπόδων ἰλιγγιῶντας, καὶ ἀποροῦντας, καὶ περιβλέποντας ὅποι φύγοιεν, ἐχελᾶτε. Idem, tom. II. p. 140. C. Οἱ δὲ καὶ πιστεύοντες εἶναί που τὸν Ὠκεανὸν, ἰλιγγιῶσι πρὸς τοὔνομα. obſerua praepoſitionem πρὸς, quam, hac virtute, poſito verbo ἰλιγγιᾷν non raro iungunt ſcriptores. Ita, ἰλιγγιάσαντες πρὸς τὴν θεὰν, eſt apud *Heliod.* Aeth. V. p. 213. *Max. Tyr.* Diſſ. XXXVII. p. 443. iungit καὶ μὴ ἰλιγγιᾷν πρὸς τὸ πέλαγος, μηδὲ ἀποδειλιᾷν πρὸς τὸ πέλαγος, repetitione vocis πέλαγος valde ingrata; vt fere ſuſpicer, poſterius comma alteri interpretando fuiſſe additum, & eſſe delendum. Veteres diligenter ſecutus, *Lucianus*, tom. I. Dial. Mar. p. 313. dum ſic vtitur verbo, propriae virtutis immemor non eſt: Ἡ' δὲ (Helle, ariete vecta) ——ἀπιδοῦσα ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα σχεθεῖσα, καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν ἡνιόχων τοῦ κριοῦ. vbi quod eſt, τῷ θάμβει ἅμα σχε-

καὶ πελάζοντα γενναίως ὑπομένειν; εἰ δὲ, ὥσπερ δῆλος εἶ, περιτρόμως ἔχεις πρὸς τὴν ἀφ' ἡμῶν δίκην ἐσομένην, τί, ὦ προπετέστατε, ἐβόας τότε, καὶ τοσοῦτον ἑαυτῷ παρεσκεύαζες ἐχθρὸν, ἐναγῆ καὶ αὐθάδη καλῶν, καὶ τὰς ἐκ τῶν ἐπῶν σου ῥήσεις εἰσφέρων εἰς τὰς ἐκκλησίας; τί δὲ μουσικὸς καὶ μελοποιὸς ὢν, καθίστας σεαυτὸν εἰς ἐναντίον σχῆμα καὶ προαίρεσιν βίου τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἐξὸν σχολὴν ἄγειν καθεζόμενον, καὶ μὴ θερμοτέρων ἅπτεσθαι πραγμάτων, ἢ ποιητοῖς πρέπει; ἐπεὶ δὲ ἀντὶ ποιητοῦ δημαγωγὸς ὠρέχθης γενέσθαι, μένει σε οἷα φημὶ οὐ ποιητὰς, οὐδὲ μουσικοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ δημαγωγοὺς ὑπὲρ δύναμιν θρασυνομένους, κρατούντων ἐχθρῶν.

ιη' ΙΜΕΡΑΙΟΙΣ.

Ἐκέλευσα ὑμῖν Στησίχορόν μοι ἀποστεῖλαι, καὶ Κόνωνα, καὶ Ἑρμοκράτην διὰ τάχους· ὑμεῖς δὲ ἀντὶ Ἑρμοκράτους, καὶ Κόνωνος, καὶ Στησιχόρου, Σαμέων καὶ Νίκαρχον ἐπέμψατε. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν οἷον ὑμεῖς με ὑπετοπάσατε εἶναι, τοιοῦτος ἦμην, οὐκ

σχεθεῖσα, merito reiectum ab *Hemſterhuſio*, ſiue, quod eius loco habet MS. τῷ θάλπει ἅ. σ. a viro ſummo non valde probatum, hunc in modum corrigendum eſſe, puto: ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα συγχυθεῖσα καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφ. Vidimus ſupra, virtute diuerſa licet, a *Luciano*, in Nigr. p. 77. coniungi σύγχυσιν καὶ ἴλιγγον. Atque haec quidem hactenus, nimis fortaſſe multa, praeter inſtitutum: quae tamen praetermittere nolui, ne fruſtra quaereret lector, quod hic repertum iri, loco ſupra citato, indicauit *Pierſonus*. Vnum addo, apud *Heſychium* quod eſt, Γλιγγίφθογγοι, ἡδύφωνοι, vitioſum eſſe pro Λιγύφθογγοι, ἡδ. Id autem ex dictis conſtare poterit, noſtrum hic quoque, pro more, cum citerioris aetatis Graecis, locutum eſſe.

12. Εἰ δὲ, ὥσπερ δῆλος εἶ, περιτρόμως ἔχεις πρ.] Qui adhuc operarum formis deſcripti ſunt, libri omnes habent, Εἰ δὲ, ὥσπερ δεῖλος εἶ, περιτρόμως εἶχες· quod, per ſe ſpectatum, ſententiam quidem non omnino nullam habet; attamen hic ferri non poteſt: ſi enim εἶχες legatur, erit, quaſi iam tum, cum aduerſus Phalarin conſpiraret, ab hoc metuiſſet Steſichorus. quod cum rationi, tum orationis contextui, contrarium. Inprimis conſiderari velim antecedentia θαυμάζω δέ σε, εἰ νῦν ἄρξω περιδεὴς εἶναι; ἀλλ' οὐ τότε, κ. τ. λ.

liceat, quae tunc, quamuis praeuiſa, nihilo minore cum fiducia exſpectabas, haec, etiam inſtantia, fortiter ſuſtinere? Sin vero, ſicut apparet, contremiſcis ad poenam, qua te afficiemus, quid, tunc clamabas, inconſideratiſſime, ac tantum tibimet parabas hoſtem, quum ſceleſtum & arrogantem vocabas, ac ſententias e carminibus tuis adferebas in conciones? quid muſicus & poeta cum ſis, temet coniicis in formam inſtitutumque vitae ſtudiis contrarium, cum liceat in otio conſidere, & a calidioribus, quam quae poetas deceant, rebus abſtinere? Quoniam vero pro poeta concionator eſſe conatus es, manent te, qualia non dico poetas nec muſicos, ſed concionatores ſupra vires audaces, ſuperantibus hoſtibus.

VIII. HIMERENSIBVS.

Iuſſi vos, quam primum mihi mittere Steſichorum, Cononem & Hermocratem: vos autem, pro Hermocrate, Conone & Steſichoro, Samean & Nicarchum miſiſtis. Ego vero, ſi, qualem vos eſſe me, ſuſpicati eſtis, talis fueram, non igno-

τ. λ. &, dein, Τί νῦν ἰλιγγιᾷς, ἔξὸν ἃ προσδοκᾶν τότε οὐδὲν ἧττον θρασὺς ἦσθα, κ. τ. λ. quibus, non metum, ſed audaciam ac temeritatem praeteritam Steſichoro exprobrat noſter: ſicut etiam mox, Τί, ὦ προπετέστατε, ἐβόας τότε. Haud dubie itaque, ſicut in illis, Τί νῦν ἰλιγγιᾷς, ſic quoque hic metum praeſentem reſpicit; ac ſcribendum eſt ἔχεις; quod, quatuor codicum MSS. auctoritate confirmatum, in locum ſuum reſtitui. Sic enim plane Lugd. A. C. & Angl. in Pal. autem eius loco quod eſt, ἔλεις ex ἔχεις ortum. Alterum ὥσπερ δειλὸς εἶ, quamquam aliquo modo ferri poteſt, tamen exemplo Lugd. A. & Angl. mutare malui in ὥσπερ δῆλος εἶ, ſc. περιτρόμως ἔχων· ſententia perſpicua & apta. Nota ſunt, quae de vſu vocis δῆλος ſimiliumque praeceperunt cum alii, tum eruditiſſimus *Tayl.* ad *Lyſ.* p. 90. Addo tantum, noſtro ſimilem, *Plutarchi* locum, in VII. S. Conu. p. 128. A. Γ'ατρικὸς γὰρ Ἡσίοδος, ὡς δῆλός ἐστιν, οὐκ ἀμέλως οὐδ' ἀπείρως περὶ διαίτης —— διαλεγόμενος.

26. Σαμέαν] Varie ſcribitur nomen in MSS. libris. Lugd. A. Σαμαῖαν, B. Σαμίαν, C. Angl. & Pal. Σαμαίαν habent: editi conueniunt in Σαμέαν. Eſt quoque Σαμέᾳ inſcripta epiſtola auctoris noſtri XLIV. vbi ſimiliter varie exhibetur nomen, in MSS. Sed alium eſſe, atque eum, de quo hac epiſtola agitur, ex vtriusque argumento apparet.

οὐκ ἠγνόουν ὅτι δι' ἐκείνους ἐμὲ ἀποδοῦναι ὑμῖν τι τῶν ἀνηκέστων ἐχρῆν, καὶ ἦκεν ἂν καὶ Στησίχορος καὶ Κόνων πρός με καὶ Ἑρμοκράτης εὐθέως. οὐ γὰρ Κόνωνος μὲν ὑμῖν πεπορνευκότος ἀν- 30
θρώπου ἔστι τὶς πρόνοια· Σαμέα δὲ καὶ Νικάρχου, ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν, καὶ κάλλιστα ἐξ ἁπάντων ὑμῶν βεβιωκότων, οὐκ ἔστιν. ἀλλ' οὔτε ἐπιεικεῖς ἄνδρας, καὶ μηδέν με ἠδικηκότας, μηδὲ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν, ἀδικεῖν ἐβουλόμην, οὐδὲ νόμον κοινὸν Ἑλλήνων καταλύειν· καί τοι ὑμεῖς γε πολλοὺς νόμους 35
Ἑλλήνων κοινοὺς κατελύσατε, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ παλλάκις, ἐν οἷς πρός με ἐπολιτεύεσθε. λόγῳ δὲ οὐδὲν οἶμαι καταλέγειν, αὐτός τε εἰδὼς, καὶ πρὸς εἰδότας γράφων. ἀλλ' οὐκ ἐμιμησάμην γε ὑμᾶς, οὐδὲ μιμήτομαι, ἐγὼ ὁ ἀνδροφόνος, καὶ ἐναγὴς τοσ-

οὑ-

28. Ὅτι δι' ἐκείνους ἐμὲ ἀποδοῦναι ὑμῖν τι τῶν ἀνηκέστων ἐχρῆν] Interpretes, qui Latinum fecerunt *Phalarin*, cum in ſuis exemplis haberent, Ο'. δ. ἐκείνους μὴ ἀ. ὑμῖν τ. τ. ἀ. ἐ. partim ἐκείνους ad Samean & Nicarchum, partim ad Steſichorum, cet. retulerunt: de reliquis, errarunt omnes, praeter vnum *Naogeorgum;* qui ſic conuertit, quaſi pro μὴ legeretur μέ; quod, in editione Aurel. expreſſum, caſune an de induſtria factum ſit, neſcio. Accedit Lugd. B. vbi plane ἐμὲ legitur: quare id in orationis contextum recipere non dubitaui, quod ſine hac mutatione ſententia ſtare nullo modo poſſet. Δι' ἐκείνους autem omnino ad Steſichorum, cet. referendum, vt dein, hac epiſtola, ἢ ἐκείνους ὑμᾶς ἀναγκάσαι, κ. τ. λ. Reliqua, ἐμὲ ἀποδοῦναι κ. τ. λ. conſueta loquendi ratione iunguntur verbo ἐχρῆν. infra, in hac epiſtola, ſimili fere modo, δι' οὓς ἀνάγκη ἀδικεῖν ἡμᾶς ἐστιν.

30. Οὐ γὰρ Κόνωνος —— ἔστι τὶς πρόνοια· Σαμέα —— οὐκ ἔστι] Vitium ineſt manifeſtum: opponitur enim ab auctore cura, quam gerunt Himerenſes Cononis, hominis profligatiſſimi, illi Sameae & Nicarchi, optimorum virorum: quod tamen in Graecis, vt nunc ea ſunt, non ſit. Quod antecedit, Καὶ ἦκεν ἂν καὶ Στ. καὶ Κόνων πρ. μ. κ. Ε'. εὐθέως. eius cauſam reddidiſſe hanc auctor videtur, quod parui facerent Himerenſes Cononem, cum contra plurimi intereſſet eorum, ſaluos eſſe Samean & Nicarchum: facile ergo miſſuros eos eſſe Cononem cum ſuis, ne, ſi non mitterent, male tractatis a ſe Samea & Nicarcho, τὶ τῶν ἀνηκέστων paterentur. Recte igitur ſe habebit ſententia, ſi modo verba, οὐκ ἔστιν, ab antecedentibus ſeiunges, vt verba ἔστι τὶς πρόνοια ad vtrumque membrum referatur. Tum autem illa, οὐκ ἔστιν. ἀλλ' οὔτε ἐπιεικεῖς, hunc in modum eſſe mutanda videntur: Οὐ μὴν ἀλλ' οὔτε ἐπιεικεῖς, κ. τ. λ. Integram ſententiam hanc habebis: Οὐ γὰρ Κόνωνος μὲν ὑ. π. —— ἔστι τὶς πρόνοια, Σαμέα δὲ καὶ Νικάρχου, ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν, κ. κάλλιστα ἐξ ἁπάντων ὑμῶν βεβιωκότων· οὐ μὴν ἀλλ' οὔτε ἐπιεικεῖς ἄνδρας —— ἀδικεῖν ἐβουλόμην. Fortaſſe pro οὐ μὴν ſcriptum primum οὐκ ἦν, dein mutatum fuit in οὐκ ἔστιν. Nota ſunt, quae de harum particularum vſu iam praecepit *Deuarius*. Addo tantum ex noſtri auctoris ep. IV. Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν κομιζομένων ἀπ. —— ep. XXIII. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γε λαβὼν, κ. τ. λ.

ep.

ignorabam, propter illos, me, oportere, plagam vobis insanabilem imponere, ac statim ad me venirent & Stesichorus & Conon & Hermocrates. Neque enim Cononis vobis, hominis exoleti, aliqua cura est, sed Sameae & Nicarchi, clarissimorum virorum, & omnium vestrum honestissime viuentium. Verum tamen, neque viros aequos, qui nec me, nec patriam suam, vlla iniuria affecerunt, afficere iniuria volebam, neque legem communem Graecorum violare: tametsi vos multas leges Graecorum communes violastis, non semel, sed saepius etiam, quum aduersus me res nouas moliremini. Sed oratione nihil opus est, cum & ipse sim gnarus & ad gnaros scribam. At vero vos imitatus non sum, nec imi-

F ta-

ep. LVII. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λαμβάνων, κ. τ. λ. ep. LXXIX. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς ἀφικέσθαι πρός σε. reliqua loca mitto. Vnum illud addo, in Lugd. B. Pal. & Marg. Ald. legi οὕτως ἐπιεικεῖς pro οὔτε ἐπιεικεῖς: quod non improbarem, si legeretur οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐπιεικεῖς· nunc alterum retineo.

37. Λόγῳ δὲ οὐδὲν οἶμαι καταλέγειν] Sententia requirit, vt addatur δεῖν, vel simile: sed nihil iuuant MSS. Suspicari posses, scriptum fuisse, Λόγῳ δὲ οὐδὲν δέον οἶμαι, vel, Λ. δ. οὐδὲν δεῖν οἶμαι καταλέγειν, nisi in hac loquendi forma δεῖν verbo οἶμαι postponi soleret. Apud *Demosthenem*, aliosque oratores, formae loquendi obuiae sunt φημὶ δεῖν, οἶμαι δεῖν, cum verbo infinito. Ipse noster, ep. CXXXVIII. Οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν —— μένειν. ep. CXLII. Οἶει δεῖν χάριτας ἀπενέμειν. & alibi. Atque ita scripsit haud dubie *Lucian.* Hermot. tom. I. p. 768. Οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναβρίπτειν, pro Οὐκ, οἶμαι, δεῖ π. ἀ. nec non *Heliod.* Aeth. l. VII. p. 304. Ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι δεῖν τρίβεσθαι τοὺς πολλούς, in loco cuius nunc est, Ἀ. ο. ο. δεῖ. τρ. τ. π. Est autem alia loquendi forma huic vicina, οὐδὲν δέομαι, similiter cum verbo infinito coniungi solita. *Plat.* Apol. p. 17. B. Ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν. *Lysias*, c. Eratosth. p. 207. —— ὧν τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι λέγειν. similia non pauca, cum e *Platone*, tum oratoribus Graecis, depromta, habet *Stephanus*. Apud *Lysian*, pro Caed. Erat. p. 13. in verbis, Ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων· ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, legendum esse οὐδὲν δέομαι λέγειν id ipsum, quod subiicitur, docet. Ad eandem rationem, nostro in loco, fortasse scribendum, λόγῳ δὲ οὐδὲν δέομαι καταλέγειν. cum antecederet δεν, excidit syllaba δε, cuiusmodi vitia in MSS. plurima inesse, nemo ignorat. Nihil tamen sine codicum MSS. adiumento mutare volui.

38. Ἀλλ' οὐκ ἐμιμησάμην γε ὑμᾶς] Addidi particulam γε, quam omnes libri MSS. habent, praetermissam in editis.

39. Ἐγὼ ὁ ἀνδροφόνος, κ. τ. λ.] Dictum accipi potest tanquam ex sententia Himerensium: vt, ep. CXI. Λεγέτωσάν με μιαιφόνον, ἄθεον, ἐναγῆ, τύραννον πολλοῖς πεφυρμένον καὶ ἀνηκέστοις μιάσμασι. Alioquin, si legeretur, οὐδὲ μι-

μή-

οὑτοις ἄγεσιν· ἀλλ' ἔπεμψα ὑμῖν τοὺς πρέσβεις, παρὸν τῶν δυοῖν θάτερον ἀμογητὶ ἔχειν, ἢ ἐκείνους ὑμᾶς ἀναγκάσαι ἀντὶ τούτων πέμψαι, ἢ εἰς τοὺς ἐν χερσὶν ὄντας ἀφεῖναι τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργήν. καὶ μὴν εἰς τοῦτό γε ἤδη κατέστησε τὰ πράγματα ἡμᾶς καὶ αἱ ἀνάγκαι τοῦ μὴ δικαίως βιοῦν, ὥστε μηδὲν περὶ τοῦτο χείρους ἡμᾶς νομισθῆναι, ἀποκτείναντας τοὺς πρέσβεις ὑμῶν, μηδὲ ἀμείνους, σώσαντας. πέφυρται γὰρ ἤδη τἀμὰ, καὶ μεμίανται, καὶ οἶδα ὅτι μικρὰ ῥοπὴ ἔτι ἡμῖν εἰς εὔνοιάν τε καὶ μῖσος ἀνθρώπων, δίκαιον καὶ μὴ δικαιόν τι πράσσειν. καὶ εἰς τοῦτο οὐχ ἥκιστά με ὑμεῖς γ', ὦ Ἱμεραῖοι, τὸ σχῆμα κατεστήσατε, καὶ οἱ ἄνδρες ὑμῶν ἐκεῖνοι. καὶ τῶν μὲν ἄλλων, ὅσα ἔπαθον δι' αὐτοὺς κακὰ, ἔστι καὶ συγγνῶναι τοῖς αἰτίοις, καὶ καταχέαι λήθην τῶν γεγονότων· τοῦ δὲ μὴ ἐξεῖναι δίκαιόν τι πράσσειν, τίνα ἄν τις αὐτάρκη δίκην εἰσπράξαιτο παρὰ τῶν αἰτίων; ἐπεὶ τίνας ἦν δικαιότερον ἀπολαῦσαι τῆς ἡμετέρας ἀδικίας, ἢ δι' οὓς ἀνάγκη ἀδικεῖν ἡμᾶς ἐστιν; ἀλλ' ὅμως, ὦ Ἱμεραῖοι, ταῦτά γε ἅπαντα σκοπῶν, καὶ ὀργιζόμενος, καὶ τύραννος ὢν, καὶ ἔχων, εἰ καὶ πάνυ οὓς οὐκ ἐβουλόμην, ἀλλ' ὧν γ' ἀναιρεθέντων ἐμέλλομεν ὑμᾶς οὐδὲν ἧττον ἀνιάσειν, ἐφεισάμην αὐτῶν, καὶ ἀπέπεμψα ἐστιάσας. εἰ μὲν οὖν καὶ

μήσομαι ἐγὼ ὡς ἀνδροφόνος καὶ ἐναγὴς τοσούτοις ἄγεσιν, sententia esset, nolle Phalarin interficiendo Samean & Nicarchum, viros optimos, ac tanto se scelere polluendo, tanquam homicidam, cet. Himerenses imitari. Eliget lector, quod volet.

40. Παρὸν τῶν δυοῖν θάτερον ἀμογητὶ ἔχειν] Leue est, nec tamen praetermittendum, quod notant eruditi, praesertim Atticorum esse δυεῖν. v. *Duker.* ad *Thucyd.* l. IV. p. 242. *Wass.* Praef. *Thucyd.* Add. ad p. 252. l. 90. & *D'Orvill.* Anim. ad *Charit.* l. VI. p. 536. Δυοῖν tamen apud *Xenophontem*, *Platonem*, alios, reperiri, ibid. obseruat *D'Orville.* Idem, si bene memini, habent *Demosthenis* exemplaria, non δυεῖν. In tragicis saepe δυοῖν, raro δυεῖν occurrit. Δυεῖν contra frequentius in citerioris aetatis scriptoribus. Forte antiquioribus Graecis δυεῖν placuit, postea ab Atticis, *Platone*, cet. commutatum cum δυοῖν, reuocatum denuo a recentiorum temporum Graecis. In nostro parum refert, legasne cum antecedentibus editoribus δυεῖν, an δυοῖν. Hoc tamen malui, cum Lugd. C. Burm. & Ed. Ven. quia id quoque, ep. XIX. & CX. plerique MSS. pro δυεῖν, quod in editis est, habent. atque ita editur, consentiente Burm. ep. XLII. vbi reliqui codices MSS. deficiunt. Pro παρὸν τοῖν autem, quod editur, MSS. omnes habent παρόντων, & rectius Ed. Ven. παρὸν τῶν. quare hoc quoque re-

tabor ego homicida iſte, & tantis pollutus flagitiis; ſed miſi vobis legatos, cum in promtu mihi eſſet alterutrum facere, aut, illos, vos cogere, pro his mittere, aut in eos, qui in manibus ſunt, iram, quam illi mouent, conuertere. Enim vero in hoc iam loco res & iniuſte viuendi neceſſitas nos conſtituerunt, vt nihilo deteriorem huius opinionem habere poſſimus, interfectis veſtris legatis, neque, ſeruatis, meliorem. Iam enim res meae contaminatae ſunt, & pollutae, ac ſcio paruum eſſe nobis momentum ad beneuolentiam & odium hominum, iuſte atque iniuſte facere. Atque in hunc ſtatum praeſertim vos me conſtituiſtis, Himerenſes, & illi veſtri homines. Ac reliquorum quidem, quae per eos paſſus ſum, malorum, & veniam dare auctoribus, & obliuionem inducere factorum, licet: eius vero, quod nihil iuſti liceat facere, quam ſufficientem poenam aliquis exigat de auctoribus? tum autem quosnam, iuſtius eſſet, noſtram iniuriam accipere, quam eos, propter quos, neceſſe eſt, iniuriam nos facere? Verum tamen, Himerenſes, licet haec omnia conſiderarem, & ira arderem, & tyrannus eſſem, & haberem, tametſi minime, quos volebam, eos tamen, quibus interfectis, ni-

recepi. Pro ἔχειν, erunt, qui malint ἐλεῖν. MSS. tamen omnes ἔχειν, quare nihil mutaui: tametſi, ſaepius a librariis haec eſſe confuſa, ſciam. vid. *D' Oruill.* Anim. ad *Char.* l. II. p. 214. & *F. L. Abreſch.* Diluc. Thucyd. p. 521.

42. Τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργήν] Lugd. A. B. Angl. & Marg. Ald. τ. εἰς ἐκείνους ὀ. Alterum retineo, vt, ep. XXXIV. τοῦ πρὸς τὴν πόλιν θυμοῦ.

44. Ὥστε μηδὲν περὶ τοῦτο χείρους] Pro περὶ in libris omnibus vulgatis eſt παρά. Lugd. autem A. περὶ habet, ſupra ſcripto παρὰ, Lugd. B. περὶ τούτου τὸ χ. Pal. etiam περὶ, at Angl. vitioſe παρά. *Aeterna in his confuſio*, inquit *D' Oruill.* ad *Charit.* l. VIII. p. 699. vid. quoque ibid. p. 142. & 576. Scripſi cum MSS. περὶ τοῦτο; ſc. δικαίως βιοῦν.

46. Τἀμὰ] Sic ſcripſi cum Lugd. A. B. C. & Angl. vt alibi apud noſtrum. antea fuit τὰ ἐμά.

47. Ὅτι μικρὰ ἑοπὴ ἔτι ἡμῖν] Cl. *Hemſterhuſius* ad marginem ſui exempli, quo aliquando ſum vſus, adſcripſerat ἐστὶ pro ἔτι, quod forte praeſtat: ſed MSS. omnes ἔτι. Mox ſcripſi, δίκαιον καὶ μὴ δίκαιόν τι πράσσειν, pro δίκαιον ἢ μὴ δ. τ. πρ. MSS. ſecutus, in quibus omnibus hoc eſt. Antecedit, εἰς εὐνοιάν τε καὶ μῖσος ἀνθρώπων.

52. Τοῦ δὲ μὴ ἐξεῖναι, κ. τ. λ.] Impeditis iuſtitiam meam, eo, quod illos ad me non mittatis, de quibus iuſta ſumam ſupplicia. BOYL.

καὶ αὐτοὶ τὰ δίκαια ἐν μέρει ποιεῖν ἐθελήσετε, λογισάμενοι, ὅτι οὐχ ἅπασαν ὀργὴν, ἐὰν εἰς δύο ἄνδρας, ἢ τρεῖς, ἅπαντα ἀποστρέψητε τὰ τῇ πόλει ἐπικρεμάμενα δεινά· εἰ δὲ Κόνων ὁ τέως ὑφ' ἑκάστου ὑμῶν εἰς τὸ σῶμα παροινούμενος σώζεται, αὐτοῖς βάθροις ὑπομενεῖτε ἀνάστατον ἅπασαν γενέσθαι τὴν πόλιν. πειράσομαι γὰρ ὑμῖν μηδὲν ἐπιεικέστερος φανῆναι, ἢ ὑμεῖς νομίζετε.

θ'. ΣΤΗΣΙΧΟΡΩι.

Ἀκούω σε καὶ εἰς Ἀλούντιον παρεληλυθέναι, καὶ εἰς Ἀλαισαν, καὶ χρήματα ἀγείρειν, καὶ στρατιώτας παραλαμβάνειν, πέμποντα κατὰ τὰς πόλεις, καὶ ταῦτα συντάττειν ἐφ'

59. Λογισάμενοι, ὅτι οὐχ ἅπασαν ὀργὴν, ἐὰν, κ. τ. λ.] Mutila haec esse, nemo non videt: desideratur enim verbum, quo referas illud, ὅτι οὐχ ἅπασαν ὀργήν. Interpretes variis modis conati sunt sententiae laboranti succurrere; sed reliquis rectius *Boyleus: Reputantes, vos non omnem meam iram experturos.* MSS. nihil adeo suppeditant, quod loco sit accommodatum: Lugd. enim A. B. & Angl. habent Λ. ὅτι οὐχ ἅπασαν ὀργὴν τά τείχη, ἐὰν, κ. τ. λ. atque ita quoque Ed. Ven. in reliquis MSS. & editis, deest τὰ τείχη. Haud dubie in eo, verbum, quod desideratur, latet. puto, excidisse postremas syllabas κατε, &, pro τὰ τείχη κατε, scribendum esse τετυχήκατε. Quartus casus huic verbo iungitur, quia additur ἅπασαν: vt supra, ad ep. v. vidimus construi ἐμφορεῖσθαι. sic ἀπολαύειν apud *Aristoph.* Plut. 236. Λ'γαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε. Alia ratione ab *Homero*, Il. E. 582. dictum, —— ἀγκῶνα τυχὼν μέσον ——, quam constructionem quoque probarunt tragici. vid. eruditissimum *Abresch.* Anim. ad *Aeschyl.* l. II. c. xi. p. 324. &, in Dil. Thucyd. p. 19. Verbi τυγχάνειν vsum, tum etiam, quando in aliquod malum incurrere dicimur, pluribus iam exemplis illustrarunt *Budaeus* & *Stephanus.* Obuiae apud quosuis scriptores Graecos locutiones sunt, τυγχάνειν τιμωρίας, τυγχάνειν κατηγορίας, τυγχάνειν ζημίας, τυγχάνειν ὀργῆς, cet. conf. praeter exempla, ex Atticis scriptoribus ab iis allata, *Diod. Sic.* tom. I. p. 614. l. 10. *Appian.* Lib. p. 38. *Athen.* p. 620. F. cet. Integra sententia haec est: Εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτοὶ τὰ δίκαια ἐν μέρει ποιεῖν ἐθελήσετε, λογισάμενοι, ὅτι οὐχ ἅπασαν ὀργὴν τετυχήκατε, ἐὰν εἰς δύο ἄνδρας, ἢ τρεῖς, ἅπαντα ἀποστρέψητε τὰ τῇ πόλει ἐπικρεμάμενα δεινά· εἰ δὲ Κόνων, κ. τ. λ. Formam orationis habes, quam ἀνανταπόδοτον vocant grammatici, in scriptis Graecorum, & praesertim Atticorum obuiam. vid. *H. Stephanum*, in libro, de Dial. p. 23, sect. xv. & in Annot. ad *Xenophont.* Cyrop. l. VII. p. 116. *Casaubonum*, Anim. ad *Athen.* l. V. p. 332, 333. *Kuster.* &

hilo minore vos dolore afficeremus, iis peperci, & hoſpitio exceptos dimiſi. Quod ſi igitur ipſi quoque, quod iuſtum eſt, facere viciſſim voletis, reputantes, non omnem in vos iram effuſam eſſe, ſi in duo aut tres homines omnia ciuitati impendentia mala auerteritis (, bene erit): ſin autem Conon, cuius corpori etiamnum vos ſinguli illuditis, ſeruatur, exſpectabitis totam ciuitatem funditus euerti: conabor enim nihilo vobis aequior videri, quam vos putatis.

IX. STESICHORO.

Audio, te & Aluntium adueniſſe, & Haleſam, & pecunias cogere, & milites aſſumere, quum mittas per ciuitates, atque haec in nos inſtruere. Non ergo, deſiſtes,

& *Bergler.* ad *Ariſt.* Plut. 468. *Wolfium*, ad *Liban.* Ep. CLXXVIII. p. 85. alios.

61. Εἰ δὲ Κόνων ὁ — εἰς τὸ σῶμα παροινεύμενος] Cononem cogitat auctor, quem, ſupra, ἄνθρωπον πεπορνευκότα, infra, ep. XIII. τὸν καταπορνευθέντα vocat. Aliud eſt παροινεῖν εἰς τινὰ, aliud παροινεῖν εἰς τὸ σῶμά τινος. illud in quamcunque contumeliam ſeu παροινίαν; hoc in ſtuprum praeſertim nefandum conuenit, ac perinde dicitur, atque ὑβρίζειν εἰς τὸ σῶμά τινος, quod de ſtupro per vim illato ſumi monet *Iſ. Caſaubonus*, Anim. ad *Athenaeum*, l. VI. p. 461. l. 25. Verba *Athenaei*, p. 267. A. ſunt, Ἐάν τις εἰς δοῦλον σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. Similiter in epiſtola, quae inter illas, *Hippocrati* adſcriptas, legitur, XXVII. oper. p. 1292. l. 16. Δελφοὺς καταδουλούμενοι, προσοίκους λῃζόμενοι, γεωργοὺς συλέοντες, γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας ἄγειν ἑόντες, καὶ εἰς τὰ σώματα ἐξυβρίζοντες· pro ἄγειν ἑόντες haud dubie reponendum Ionicum ἀγινέοντες. Alterum eſt, in *Iulian.* ep. LIX. p. 445. D. Τ'πὲρ δὲ ὧν εἰς ἐμὲ πεπαρῴνηκας, ἐπιθήσω σοι δίκην τὴν πρέπουσαν. atque ſic lego in illis apud *Suid.* v. Μουσώντος Καπίτωνος. Τὴν παροινίαν, ἣν εἰς ἡμᾶς (vulgo, ἣν ἡμᾶς) ὁ τῆς Ἑλλάδος ἡγεμὼν πεπαρῴνηκεν, οὕτω βαθέως ἤνεγκεν. Sine addito caſu, non ſine ſtupri nefandi, vt puto, ſignificatione, ἐμπαροινεῖν legitur in *Luc.* Alex. tom. II. p. 248. Οὓς (θεσπρώτους, τοὺς ὡραιοτάτους) ἐγκλείσαμενος (Alexander), ὥσπερ ἀργυρωνήτοις ἔχρητο συγκαθεύδων, καὶ πάντα τρόπον ἐμπαροινῶν· Quid veteribus fuerit παροινία, notum: apud citerioris aetatis ſcriptores ſaepe perinde, atque ὕβρις, quamcunque iniuriam & contumeliam, etiam ſine ebrietatis ſignificatione, comprehendit.

67. Ἄλαισαν] Sic ſcripſi ad exemplum librorum editorum, & MSS. Lugd B. & Burm. in eo, *Cluverii* ſecutus ſententiam, Sic. Ant. l. II. c. IV. In MSS. plerisque vitioſum eſt. Mox καὶ, praetermiſſum in plerisque MSS. retinui cum antecedentibus editoribus.

ἐφ' ἡμᾶς. οὐκ ἄρ', ὦ Στησίχορε, παύσῃ τῆς ἀκρασίας τοῦ πολιτεύεσθαι τηλικοῦτος γέρων; οὐδὲ αἰσχύνῃ τὰς θεὰς, ὧν ζηλωτὴς μὲν εἶναι καλλωπίζῃ, λυμαίνῃ δὲ αὐτὰς, ἐν οἷς πολιτεύῃ

69. Οὐκ ἄρ', ὦ Στησίχορε, παύσῃ τῆς ἀκρασίας] In libris, qui adhuc prodierunt in lucem, legitur, Οὐκ ἄρα Στησίχορε, π. τ. ἀ. at in Lugd. A. Οὐκ ἄρ' ὦ Στησίχορε, in Lugd. B. & Pal. Οὐκ ἄρα ὦ Στεσίχορε π. τ. ἀ. in Angl. Οὐ κἀρ ὦ Στ. Haud dubie, pro more ſuo, ſcripſit auctor ὦ Στησίχορε. Praeterea, quod eſt in Lugd. A. ἄρα pro ἄρα, confirmatum codicis Burm. conſenſu, recepi. Nota ſunt, quae de vtriusque differentia vocis vulgo traduntur. confer inprimis *D' Orvill.* Vann. Crit. p. 227. & *Valck.* not. ad *Euripidis* Phoen. p. 214. Noſtro in loco interrogantis eſſe, ipſa ſententia docet. Sic *Alciphron*, l. I. ep. XXVIII. Οὐ παύσῃ τρίκουρον καὶ φάλαντον (ita lego cum *Hemſterhuſio*, viro ſummo, not. ad *Luc.* t. I. Tim. p. 160. l. 73.) γερόντιον πειρῶν τὰς ἀφ' ἡλικίας ἀνθούσας ἡμᾶς, ὥς τις ἄρτι νεάζειν ἀρχόμενος; l. III. ep. XXVII. p. 334. Οὐ παύσῃ τάλαινα τῆς ἀγεραχίας; ἐγώ σοι τὸν ἐραστὴν δείξω δεσπότην, —καὶ τότε εἴσῃ μαθοῦσα, οἵων κακῶν σεαυτὴν ἔνδον ἔθηκας· repone, οἵων κακῶν σεαυτῇ σμῆνον ἔθηκας. notae formae prouerbiales, σμῆνος κακῶν, ſim. De noſtro, ἄρα, in oratione interrogante, aliis poſtpoſito verbis, vix opus eſt, aliquid moneri. paſſim obuia exempla. ſi tanti res eſt, vid. *Lucian.* tom. I. Dial. Mort. XIII. p. 390. XX. p. 417. & alibi.

70. Τηλικοῦτος γέρων] Non monerem in Lugd. B. legi τηλικοῦτος γέρων ὢν, niſi eſſent fortaſſe, qui, huius ſcripturae rationem eſſe habendam, opinarentur, eo inducti, quod eſt infra, γέρων ὢν, ex antecedentibus, vt videtur, repetitum. Sed, ibi ὤν, reliquis iunctum participiis, naturam verbi retinet, hic alia ratio eſt; & aut ſcribendum τηλικοῦτος ὢν, aut τηλικοῦτος γέρων, vt reliqui libri omnes habent. Hanc certe loquendi rationem paſſim ſequuntur optimi quique ſcriptores, *Demoſthenes*, *Plato*, *Xenophon*, alii. Vtriusque generis exemplum vid. in *Plat.* Apol. p. 20. C. Τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος εἶ, τηλικούτου ὄντος, τηλικόσδε ὤν. &, p. 28. E. Καλὸς οὖν ἄν μοι ὁ βίος εἴη, ἐξελθόντι τηλικῶδε ἀνθρώπῳ. vbi, ſubſtantiuo addito, abeſt ὤν.

70. Οὐδὲ αἰσχύνῃ τὰς θεὰς, ὧν ζηλωτὴς μὲν εἶναι καλλωπίζῃ, λυμαίνῃ δὲ αὐτὰς, ἐν οἷς, κ. τ. λ.] Dubium videri poteſt, θεὰς ſit, an τέχνας, legendum. Ac vulgo quidem θεὰς exhibent libri editi; Lugd. tamen B. Angl. Pal. & Marg. Ald. τέχνας, praeterquam quod in Angl. ſupra ſcriptum eſt θεάς. Vtrumque ſententiae accommodatum. Si τέχνας legetur, accipiendum erit, de arte poetica, cuius admirator & aemulus Steſichorus. vt, ep. LXXXVI. ad Steſichorum: Δι' ἃ σεβαστότερος εἶ πολλῶν καὶ θαυμασιώτερος, τὰ ἐπιτηδεύματα ταῦτα καὶ στέργε καὶ τίμα. Neque obſtat, quod ſubiicitur, ὧν ζηλωτὴς μὲν εἶναι κ. Saepe ζηλοῦν, & ζηλωτὴς is dicitur, qui ſtudioſe diligenterque rem aliquam ſectatur. *Arrian.* Epict. l. II. c. XII. Τούτου τοῦ πράγματος ἡμὴν ποτὲ ζηλωτής. *Herodian.* l. VI. c. VIII. iungit ζηλωτὰς καὶ μιμητὰς τῆς ἐκείνου ἀνδρείας· vt noſter ep. II. Ὥ"ρμηκας ἐπὶ τὸ ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι τὸν ἐν τυραννίδι βίον. ſimilia vid. in *Albert.* Obſ. Sacr. in I. Cor. p. 134. Propius ad noſtrum accedit *Porphyr.* de Abſt. l. I. p. 7. Η"ς (φιλοσοφίας) ζηλωτὴς εἶναι ἐσπούδακας. Praeterea, vt hic λυμαίνῃ δὲ αὐτὰς (τέχνας), ita a *Plutarcho*, in Lac. Apophth. p. 228. B. in re licet diuerſa, dicitur, τὰς τέχνας λυμαίνεσθαι. Alterum tamen θεὰς retinui; cui interpretando inſeruire potuit τέχνας, non, e contrario, huic illud: ne dicam, longe maiorem vim ineſſe, ſi θεὰς, quam ſi τέχνας, legamus. In rem ipſius verba auctoris,

ep.

Steſichore, tam ſenex, ab intemperanti reipublicae gerendae cupiditate? neque reuereris deas, quarum aemulum eſſe dum pulchro te titulo iactas, iniuria eas afficis, quum rempu-

ep. XII. Ἀλλὰ ταῖς θεαῖς αὐτὸν (Στησίχορον) ἀφήκαμεν, αἷς ἐστι κατάσχετος. cui ſimile eſt, ep. XIX. Τῷ ὧν κατέχῃ θεῶν, κ. τ. λ. & ep. XCVI. Δι' αὐτοῦ (Στησιχόρου) μέλη καὶ χόρους ἐξήνεγκαν (αἱ Μοῦσαι)· quae conferri velim cum iis, quae, in Ion. p. 364. C. habet *Plato*. Obuia loquendi ratio eſt, in *Arrian*. Epict. ζηλωτὴν εἶναι Σωκράτους, de eo, qui diſciplina & moribus Socratem ſtudioſe imitatur. vid. l. I. c. XIX. p. 104. l. II. c. VI. p. 199. add. *Lucian*. tom. II. Demon. p. 391. alios. Propius a noſtro abeſt, quod eſt in *Arrian*. Epict. l. II. c. XIV. p. 243. Ὡς θεοῦ τοίνυν ζηλωτὴν, τὰ ἐξῆς πάντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν (ἀνάγκη). vbi θεοῦ ζηλωτὴν εἶναι idem, quod paullo ante πείθεσθαι κατὰ δύναμιν ἑξομοιοῦσθαι θεῷ. *Arriani* loco peropportune vſus eſt *Raphelius*, ad Act. Apoſt. XXII. 3. Dicitur Steſichorus λυμαίνεσθαι τὰς θεὰς, quod ad ſtudium nouarum rerum, Muſis indignum, animum applicuerat. Sic, de Arceſilao, *Laert*. l. IV. §. 45. Οἰκτείρω σ' οὐ τόσον, ἐπεὶ θάνες, ἀλλ' ὅτι Μούσας Τ'βρισας, οὐ μετρίῃ χρησάμενος κύλικι. Nec diſſimilis color horum *Pauli*, ad Rom. II. 23. Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου, τὸν θεὸν ἀτιμάζεις. Verbum λυμαίνεσθαι de quacunque iniuria, foeditate, noxa, cet. peruulgatum eſt. *Suid*. Λυμαίνομαί σοι καὶ λυμαίνων, φθείρων, βλάπτων· atque eo ſenſu, a ſcriptoribus *Homero* poſterioribus ἐπὶ βλάβης id poni, notat *Euſtath*. ad Il. A. p. 108. l. 25. cet. quare in *Iſocrat*. Paraen. p. 19. Ῥᾴθυμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ἀφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω δὲ τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε, comparatis grammaticorum locis, nemo dubitabit, quin ἔβλαψε verbo ἐλυμήνατο, quod eſt in MS. Bodl. interpretando adiectum, huic locum cedere debeat. In noſtro, porro obſeruo, quod eſt in Lugd. B. λυμαίνῃ δὲ αὐτοῖς, ἐν αἷς πολιτεύῃ, κ. τ. λ. de qua conſtruendi ratione vid. *I.* & *A. Gronouios*, illum, ad *Harpocrat*. v. Ἡ πρωτηριασμένοι, p. 75. hunc, ad *Aelian*. Hiſt. An. l. I. c. IX. Atque ita *Herod*. l. I. p. 98. E. Λυμαίνεσθαι τῷ νεκρῷ· *Lyſ*. adu. Andoc. p. 113. *Xenoph*. Hell. II. p. 272. l. 37. l. VII. p. 377. l. 5. *Heliod*. l. VII. p. 302. *Iulian*. ad S. P. Q. Ath. p. 274. D. alii. In noſtro tamen malo αὐτὰς, vt in reliquis libris MSS. & edd. ita ille, ep. V. Τὰ τῆς πόλεως ἔμφυτον ἦθος λυμαινόμενος, & optimi ſcriptores quique. Quod praeterea in eodem MS. B. legitur, ἐν αἷς vitioſum eſt. Ἐν οἷς dicitur, vt ep. VIII. Ἐν οἷς πρός με ἐπολιτεύεσθε. Reſtat, rationem reddam verbi προσποίῃ cum καλλωπίζῃ commutati. Antea enim legebatur, Ὧν ζηλωτὴς μὲν εἶναι προσποίῃ: quam loquendi rationem, optimi cuiusque ſcriptoris comprobatam auctoritate, non repudiaſſem, niſi alterum, quod repoſui, καλλωπίζῃ, exhiberent quatuor MSS. optimi, Lugd. A. B. Angl. & Pal. Et hoc quidem in oſtentatorem, qui ſe glorioſe iactet, apprime quadrat, variis in locis quoque vſurpatum a *Platone*. vid. Crit. p. 39. B. Theaet. p. 142. E. Protag. p. 221. F. cet. Idem, virtute diuerſa, haud ſcio, an reſtituendum ſit *Luciano*, tom. III. Cyn. p. 551. vbi nunc: Θύρας δὲ τῶν καλυμμένων ἀνθρώπων οὐ θεραπεύω, τοὺς δὲ χρυσοῦς στεφάνους, καὶ τὴν πορφύραν τύφον νομίζω. *Solanus*, qui locum mendoſum putauit, quod reponeret, non habuit. Fortaſſe pro καλυμμένων ſcriptum fuit καλλωπιζομένων. vt exciderint literae mediae. cuius generis errores librariorum complures correxit *D'Orville*. ad *Charit*. p. 444. & 693. In rem confer dictum Thaletis, apud *Laert*. l. I. §. 37. Μὴ τὴν ὄψιν καλλωπίζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐπιτηδεύ-

μα-

τεύη πρὸς ἄνδρας ἀμείνους; οὐδὲ ἐλεεῖς τοὺς παῖδας, οὐ πολὺ ἀποδέοντας ἄνδρας εἶναι ἤδη; ἀλλὰ προπετὴς εἶ ἀκμήν, [γέρων ὢν στρατιώτας ἔχειν, καὶ χρήματα ἀγείρειν ἐθέλων] μέλλων αὐτοῖς ἐχθρὸν ἐπιτειχίσειν οὕτω βαρὺν, ὡς αὐτοὺς ἐκτρί- 75
ψει πίτυος δίκην; καὶ τοὺς μὲν τῶν Ἀχαίων νόστους πυνθάνομαί σε συγγράφειν, καί τισι τῶν ἡρώων ἐκείνων ἀβουλίαν ἐπιτιμᾷν ἱκανῶς· ὅπως δὲ αὐτὸς ἀπονοστήσῃς ἀπαθὴς ἐξ Αὐλίδος εἰς Ἰμέραν, οὐδὲν φροντίζεις. ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι μένουσί σε καὶ αἱ Καφηρίδες πέτραι,

μασιν εἶναι καλόν. Addo, quod ex *Phylarcho* refert *Athenaeus*, l. XII. p. 521. B. Syracusiis legem fuisse, Τὸν ἄνδρα μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδ' ἐσθῆτι περιέργῳ χρῆσθαι. Si cui tamen pro κκλλωπιζομένων magis placuerit καλλυνομένων, quod propius abest a vulgata scriptura, facile ei assentiar. conf. *Lucian.* tom. II. Lexiph. p. 333. Citatis supra *Platonis* locis propius ad nostrum accedit, quod est in eius Legg. VI. p. 862. E. Καὶ καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δουλεῦσαι μᾶλλον, ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι· &, ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ καλλωπίζομεθα, in eiusdem, de Rep. l. X. p. 755. E. De forma construendi, conferri, velim, *Heliod.* l. II. p. 75. Οὓς καὶ ὑπασπιστὴς εἶναι τοῦ ληστάρχου θρύπτεται· &, ib. p. 122. Ἀχιλλείδης γὰρ εἶναι σεμνύνεται ὁ τῆς θεωρίας ἐξάρχων. nec dissimile hoc *Zachariae Schol.* initio Dial. de Opif. Mund. Καὶ νῦν βρενθυόμενος εἶναι σοφός, κ. τ. λ. Veteres in similibus loquendi generibus praesertim verbo προσποιεῖσθαι vtuntur.

74. Γέρων ὢν, στρατιώτας ἔχειν, κ. τ. λ.] Vix impetrare a me possum, vt, haec tam putida, & quouis sophista indigna, nostri auctoris esse, putem. Quis enim ferat, cum antecesserit iam χρήματα ἀγείρειν, καὶ στρατιώτας παραλαμβάνειν, & τηλικοῦτος γέρων, mox, iisdem fere verbis, repeti γέρων ὢν, στρατιώτας ἔχειν καὶ χρήματα ἀγείρειν ἐθέλων? Quin ipsum αὐτοῖς in verbis, quae sequuntur, indicio esse videtur orationis interpolatae. Pertinet enim ad antecedens παῖδας, quo, interpositis reliquis, minus commode refertur. Suspicor auctoris tantum haec esse: Ἀλλὰ προπετὴς εἶ ἀκμήν, μέλλων αὐτοῖς ἐχθρὸν ἐπιτειχίσειν, κ. τ. λ. ac reliqua ex antecedentibus translata ad explicandum hoc: Ἀλλὰ προπετὴς εἶ ἀκμήν. quare tanquam aliena & auctore indigna vncis inclusi. Verbi ἐπιτειχίζειν, venuste translati, virtutem illustrauit *Hemsterhusius* noster, not. ad *Lucian.* tom. I. Nigr. p. 63. Placuit id vehementer sophistis.

75. Ὡς αὐτοὺς ἐκτρίψει πίτυος δίκην] De hoc loco luculenter expositum *Bentleius*; quem vide, in Diss. V. &, in Respons. ad *Boyl.* Cens. V. Id vnum noto, post *Herodoti*, cui debetur, tempora hoc quoque, sicut alterum, πεύκης τρόπον κόπτειν, generatim per prouerbium dici coeptum esse. *Eustath.* ad Il. A. p. 42. l. 36. Οὕτως καὶ παροιμία τὸ ἐκτριβῆναι πίτυος δίκην. atque sic eo vsi sunt *Aelian.* V. H. l. VI. c. XIII. & auctor, apud *Suid.* v. Δίκην. quem, infirmo valde argumento, *Aelianum* esse, putat *Kusterus*. Nostro in loco, scripturam, quae fuit ante, Οὓς αὐτοὺς ἐκτρίψω πίτ. δ. parumper mutaui. cum enim antecedat οὕτω βαρὺν, concinnius legas ὡς αὐτοὺς ἐκτρίψει. quod non recepissem in contextum, nisi ἐκτρίψει esset in Lugd. A. B. & Angl. Pro ὡς autem Ed. Ven. οὓς, reliqui libri ὃς habent.

76. Ἀχαίων νόστους] Ex hoc loco, Ste-

publicam geris aduerſus viros meliores? neque miſereris liberorum, qui iam non multum a virili abſunt aetate? ſed inconſideratus valde es, [cum ſenex ſis, & milites habere, & pecunias, velis] hoſtem iis oppoſiturus tam grauem, quam qui eos exſcindet pinus in morem. Et Achaeorum quidem reditus, intelligo, te conſcribere, & quibusdam heroum illorum temeritatem ſatis exprobrare: quomodo vero ipſe rediturus ſis incolumis Haleſa Himeram, nihil curas. Sed probe ſcito,

G te

Steſichorum Νόστους ſcripſiſſe, concludit *I. Caſaubonus*, Animadu. ad *Athen.* l. IV. c. XIV. p. 286. Quamquam teſte *Suida*, v. Νόστος, complures fuerunt olim Νόστων ſcriptores, in eorum tamen numero Steſichorum fuiſſe, nondum animum induco credere. Nota, inter alia eius ſcripta, Ἰλίου Πέρσις; de qua praeter *Fabric.* Bibl. Gr. vol. I. p. 596. vid. *Mauſſac.* ad *Harpocrat.* v. Καθελών: de Νόστοις plane ſilent veteres. Fieri potuit, vt in iſto opere praeter excidium Troiae etiam quaedam eorum tractauerit ille, quae ad Νόστους, ſeu reditum Graecorum, pertineant, atque ita, quadam argumenti conuenientia, noſter in errorem fuerit inductus, dum alterum pro altero poſuit. Niſi, eum, exiſtimare malis, Steſichorum, quem Ἰλίου Πέρσιν ſcripſiſſe ſciret, de induſtria, neglecta rei veritate, induxiſſe, tanquam Νόστων ſcriptorem, vt, mutato quodammodo libri argumento & titulo, occaſio eſſet figurae, qua minas ſuas faceret terribiliores. In quam partem hoc magis inclinat animus, quod dicit Νόστους Ἀχαιῶν, non Νόστους Ἑλλήνων, aut ſimpliciter Νόστους, quod commune nomen iſtorum librorum fuiſſe, apparet ex multis veterum teſtimoniis. *Suid.* l. c. οἱ γράψαντες τὸν Νόστον, inquit, & οἱ τοὺς Νόστους ὑμνήσαντες· ſchol. *Apoll. Rhod.* l. I. 558. Ἀυσίμαχος ἐν δευτέρῳ τῶν Νόστων· auctor arg. *Eurip.* Med. ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας· atque ita reliqui ſcriptores, a *Caſaubono* & *Kuſtero*, ad *Athen.* & *Suid.* citati. Imo veri ſimile mihi videtur, noſtrum, cum non ſimpliciter, vt reliqui, Νόστους, ſed Νόστους Ἀχαιῶν, dicat, non tam ſumſiſſe haec a certo Steſichori libro, qui inſcriberetur Νόστων, quam, inſcriptione libri conficta, deriuaſſe ſiue ex *Homeri* Od. A. 326. vbi Phemius inducitur, Ἀχαιῶν νόστον ἀείδων, ſiue ex alio, qui haec *Homeri* expreſſerit. Ita *Athenaeus*, eandem rem reſpiciens, l. I. p. 14. D. Καὶ τοῖς μνηστῆρσιν ᾄδει πρὸς τὴν αὐτῶν βουλὴν ὁ Φήμιος νόστον Ἀχαιῶν.

78. Ἐξ Ἀλαίσης εἰς Ἰμέραν] Lugd. B. & Angl. Ἐξ Ἀ. ὡς Ἰμέραν· quod ſi cui in noſtro ſcriptore alteri anteferendum eſſe videatur, per me licebit. Legi interea poterunt, ne alios nominem, quae, de particularum ὡς & εἰς, cum quarto caſu iunctarum, differentia, quam accurate, tam vere, diſputauit *Valckenarius*, vir ſummus, ad *Eurip.* Phoen. p. 474, 475. In noſtro ſimilibusque ſcriptoribus, plurium MSS. conſenſum rem potiſſimum conficere, arbitror.

79. Μένουσί σε] Lugd. A. Angl. Pal. περιμένουσι; quod alteri interpretando inſeruiiſſe, puto. Noſter, ep. VII. Μένει σε, οἶκε Φημὶ οὐ ποιητὰς, κ. τ. λ.

79. Καφηρίδες πέτραι] Comparatione modo ante facta Νόστων, ſeu reditus Graecorum in patriam, & huius Steſichori Himeram, non inuenuſte auctor Καφηρίδας πέτρας, cet. ante oculos propoſuit Steſichoro, vt, his veluti praebitis ſpectaculis, intelligeret, non minora ſibi Hime-

πέτραι, καὶ Πλαγκταὶ, καὶ Χάρυβδις, [καὶ ὁ Ναύ- 80
πλιος

meram redeunti, ſi in manus incideret Phalaridis, imminere mala, quam olim ad iſta loca perpeſſi fuiſſent Graeci, in patriam redeuntes. Quod ſi diligentius inſpexiſſet *Berkelius*, in not. ad *Stephan. Byz.* v. Καφηρεὺς, non commiſiſſet, vt tanquam prouerbium vulgo notum hoc auctoris noſtri lectoribus apponeret ſuis. *Charybdin* quidem elegantes formas, quae in conſuetudinem prouerbii abierunt, peperiſſe, non ignoro: *Capharea ſaxa* qui iſta virtute, quam opinatur ille, per prouerbium dixerit, noui neminem. Neque id vlla ratione ex noſtro loco confici poterit, niſi idem ſtatuere velis de Πλαγκταῖς; quod ne per ſomnium quidem aliquis cogitauerit vnquam. Reſpicit auctor celebre iſtud naufragium, quod, Nauplii dolo decepti, ad ſaxa Capharea Graeci, Troia nauigantes, fecerunt. Huius magnitudinem cladis deſcriptam verſibus *Baſſi*, quos ad *Stephan.* l. c. in medium adfert *Holſtenius*, reperies in Anthol. Gr. l. I. c. LV. 11. Ipſum epigramma, in rem noſtram accommodatum, hoc eſt: Οὐλόμεναι νήεσσι Καφηρίδες, αἵ ποτε νόστον Ω᾽λέσαθ᾽ Ε᾽λλήνων καὶ στόλον Ἰλίοθεν, Πυρσὸς ὅτε ψεύστης χθονίης δνοφερώτερα νυκτὸς, Ἧ᾽ψε σέλα, τυφλὴ δ᾽ ἔδραμε πᾶσα τρόπις Χειράδας ἐς πέτρας, Δαναοῖς πάλιν Ἴλιος ἄλλη Ε᾽πλετο, καὶ δεκέτους ἐχθροτέρη πολέμου. Καὶ τὴν μὲν τότ᾽ ἔπερσαν, ἀνίκητος δὲ Καφηρεὺς, Ναύπλιε᾽ σοι γὰρ πᾶν Ε᾽λλας ἔκλαυσε δάκρυ. Sunt Καφηρίδες, quae, noſtro in loco, plenius Καφηρίδες πέτραι. Sic *Lycophr.* in Alex. 1285. Συμπληγάδες πέτραι᾽ *Strab.* l. I. p. 50. Σκειρωνίδες πέτραι᾽ ſimilia paſſim alii. Mutata nominis forma Καφηρείην πέτρην vocat *Crinagoras*, in epigrammate, quod, ad *Stephani* l. c. ab *Holſtenio* diuulgatum, inter carmina Ienſiana edidit *Reiskius*, Anthol. n. 803. Verba *Tzetzae*, in Comment. ad *Lycophron.* Alex. 373. quae ſupra, p. 2. n. 1. aliorum exemplo, ad *Phalarin* retuli, haec ſunt: Ὁ δὲ αὐτὸς Ζάραξ κατὰ Φάλαριν καὶ ἑτέρους, Καφηρεὺς λέγεται. Mirabar tunc, quod, cum, noſtro in loco, ſint Καφηρίδες πέτραι, *Tzetzes* dicat, Ζάρακα vocari κατὰ Φάλαριν Καφηρέα᾽ ſed mirari deſii, poſtquam me literatorum ille princeps, *Hemſterhuſius*, monuit, pro Φάλαριν, vel, quod MSS. habent, Φίλωσιν, ſcribendum eſſe Φιλέαν. De hoc autem vid. *Fabric.* Bibl. Gr. vol. III. p. 37.

80. Καὶ Πλαγκταὶ, καὶ Χάρυβδις] Interpretes, qui Latinum fecerunt *Phalarin*, ſic reddiderunt, vt facile appareat, non vnum omnes ſenſiſſe: & *Aretinus* quidem, ſeruato nomine Graeco, *Planctas*; *Naogeorgus*, *Caphareidas petras*, *ac ſcopulos*, *Charybdinque*; interpres, in ed. Aurel. *Capheridas petras*, *& errantes*, *Charybdinque*; *Boyleus Symplegadas* ſubſtituit in locum Πλαγκτῶν; at omnium lepidiſſimum eſt, nec adeo praetermittendum ſilentio, quod interpres *Phalaridis* Gallus comminiſcitur, dum hunc in modum ſententiam conuertit: *Apprends neanmoins*, *que les ecueils de la mer Capharis*, *& des ſimple Gardes*, *& de Caribde*, *& l᾽ Armée de Nauplie t᾽ attende.* De auctoris loco, quid ſit exiſtimandum, tum apparebit, vbi in harum Πλαγκτῶν rationes paullo diligentius inquiſiuero. Etſi variae de his opiniones fuiſſe veterum videntur, aliis cum *Homero* in freto Siculo eas collocantibus, aliis ad fauces Boſpori Thracici aut Ponti: dubium tamen nullum eſt, quin eas cogitauerit noſter, quarum mentionem, dum errores deſcripſit Vlyſſis, fecit *Homerus*, Od. M. 59. cet. Ε Νόστοις enim, qui Caphareorum ſaxorum commemorandorum occaſionem ei praebuerant, haud dubie quoque huc tranſtulit Πλαγκτὰς, vt vna cum his mala, quae ad eas paſſus eſſet Vlyſſes, ante oculos proponeret Steſichoro. Quas dum *Homeri* exemplo reliquis addit, commune inſtitutum ſequitur poetarum, qui Νόστους ſcripſerunt.

pla-

te manere & Capharea ſaxa, & Planctas, & Charybdin, [&

appa-

plane *Suidas*, v. Νόστ. Καὶ οἱ ποιηταὶ δὲ, inquit, οἱ τοὺς Νόστους ὑμνήσαντες, ἔπονται τῷ Ὁμήρῳ εἰς ὅσον εἰσὶ δυνατοί. Vt, ſiue noſter aliquod reſpexerit opus *Steſichori*, ſiue ex alius ſcriptoris Νόστοις ſua hauſerit, e communi tamen fonte deriuata eſſe, aequum ſit, cenſeri. Ipſum *Steſichorum* Ὁμήρου ζηλωτὴν fuiſſe, non vnus veterum teſtatur. v. *Tollius* ad *Longin.* ſect. XIII. p. 98. cet. Atque idem, reſpectu operis, quod Ἰλίου Πέρσιν inſcripſit ille, praeſertim dictum accipio a *Dion. Chryſoſt.* Or. II. de Regn. p. 25. B. Ad Πλαγκτὰς autem *Homericas* quod attinet; duplici potiſſimum via veteres in harum rationibus explicandis inſtituiſſe, videntur. Altera eorum eſt, qui, *Homerum*, ſtatuunt, Πλαγκτὰς ſuas, in freto Siculo, confinxiſſe ad ſimilitudinem *Cyanearum* ſeu *Symplegadum*, in Ponto, atque ita ab hiſtoria ſumſiſſe, quam de Πλαγκταῖς ſuis narret, fabulam: altera inſiſtunt ii, qui, *Cyaneas* ſeu *Symplegades*, quas in Ponto fuiſſe, conſtat, in freto Siculo, opinantur, ab *Homero* fuiſſe collocatas, atque adeo easdem eſſe Πλαγκτὰς *Homericas*, quas *Cyaneas*, ſeu *Symplegades*. Et huius quidem opinionis fuiſſe videntur *Tzetzes*, ad *Lycophron.* Alex. 1285. dum, Πέτραι Συμπληγάδες, inquit, ἃς Ὅμηρος Πλαγκτὰς καλεῖ, κ. τ. λ. & *Heſychius*, qui Πλαγκτὰς reddit per τὰς Συμπληγάδας πέτρας, tum viciſſim, Συμπληγάδες, αἱ παρ' Ὁμήρῳ Πλαγκταί. Longius progreſſus *Plinius*, l. VI. c. XII. *Inſulae*, inquit, *in Ponto Planctae, ſiue Cyaneae ſiue Symplegades.* In eandem ſententiam *Homeri* verba interpretatur vetus eius ſcholiaſta. Imo ipſius temporibus *Ariſtotelis* fuiſſe iam, qui Πλαγκτὰς *Homericas* easdem eſſe, quas Συμπληγάδας, exiſtimarent, intelliges ex illius libro, de Mirab. Auſc. p. 1160. E. quum, Graecos eſſe, doceat, qui ex verbis *Homeri*, vbi ille, *Planctas* eſſe, dicit, propter erumpentis copiam ignis haud peruias nauigantibus, conficiant, ὅτι οὐ διὰ τῶν Συμπληγάδων ἐγένετο ἔκπλους αὐτοῖς (*Argonautis*). Quod breuiter refellit philoſophus, his verbis: Περὶ μὲν οὖν τὰς Κυανέας οὐ λέγεται πῦρ ἀναπέμπειν, περὶ δὲ τὸν πορθμὸν τὸν διαλαμβάνοντα τὴν Σικελίαν. Atque, his quoque adnumerandum eſſe *Caryſtium Pergamenum*, tum apparebit, vbi ante eius verba emendauero, quae nunc in ſchol. ad *Theocrit.* Idyll. XIII. 22. ſic ſcribuntur: Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς φησὶ, Κυανέας μὲν ὑπὸ ἀνθρώπων, ὑπὸ δὲ θεῶν, ὄρκου πύλας κεκλῆσθαι. Nomina diuerſa, quae *Cyaneis* tribuuntur, ex antiquis collegerunt plures; vt *Meurſius*, ad *Lycophr.* l. c. *Gale*, ad *Apollod.* l. I. p. 56. *Barneſ.* ad *Euripid.* Med. 2. & Iphig. in Taur. 241. quem locum, a *Bentleio* tentatum, egregie correxit *Pierſonus*, Veriſim. l. I. c. 11. p. 15. Ab *Apollonio* quoque Πλαγάδας vocari, praeter verſum, quem citat *Tzetzes*, l. c. diſces ex Argon. l. II. 597. —— ἐν δ' ἄρα μέσσαις Πλαγάσι δινήεις εἶχεν ῥόος· qui Πύλας nominauerit, inuenio neminem. Neque id aptum *Symplegadibus* nomen, cum praeſertim viis conueniat, quae ſunt per anguſtias montium; vt recte docet *Fr. Lud. Abreſch*, Animadu. ad *Aeſchyl.* l. II. c. XXXI. p. 465. Multo minus placet, Ὄρκου Πύλας dici: quod ne quidem per ſomnium cogitauerit aliquis; niſi forte opinetur, hic quoque veteres, vt alibi, portas collocaſſe inferorum, atque ad eam rationem deos, vocabulo altero Latino, altero Graeco, *Cyaneas* vocaſſe Ὄρκου πύλας; vt alias inferorum portas, Ἅϊδος πύλας *Homerus*, *Orci fauces Virgilius*, nominauit. Sed eas ipſas Ἅϊδου πύλας etiam periculoſas eſſe criticis, *Caſauboni* diſco exemplo, cum ad haec *Anaxandridae*, apud *Athenaeum*, l. VI. p. 227. D. —— ἥδε γὰρ δαμάζεται Ἐφθοῖς προσώποις ἰχθύων χειρουμένη, Ἄγουσ' ὑπ' αὐτὰ τὰ σώματ' ἀρίστου πύλας Ἀσύμβολον κλίνειν τ' ἀναγκάζει φύσιν· *Pro*

ἀρίστου

ἀρίστου πύλας, inquit, *ſcribendum videtur* εἰς ᾅδου πύλας. *Sed in eo verſu ſatisfacere nobis nondum quiti ſumus. Etiam in ſuperiore, quid appellentur* ἐφθὰ πρόσωπα *piſcium, neſcio. Fortaſſe* ἐφθοῖς πατανίοις, patinis iurulentorum piſcium. Quam enim hic offenderit vir ſummus, apparebit, vbi vnius literae mutatione pro πύλας ſcripſero πέλας: niſi integrum locum ſic emendare velis: —ἥδε γὰρ δαμάζεται Ἐφθοῖς προσώποις ἰχθύων χειρουμένη, Ἄγουσ' ἐπ' αὐτὰ τὰ στρώματ', ἀρίστου πέλας Ἀσύμβολον κλίνειν τ' ἀναγκάζει φύσιν. Cum ante mentio fieret eorum, quibus caperetur μειρακύλλιον, merito aliquis exſpectaret, καλὰ πρόσωπα ἐραστῶν commemorari: ſed poeta, quod artem piſcatoriam commendaret, venuſte, παρ' ὑπόνοιαν, eorum in loco poſuit ἐφθὰ πρόσωπα ἰχθύων; ſicut idem πρόσωπον piſci tribuit, in Nereo, apud *Athen.* l. VII. p. 295. E. Ὁ πρῶτος εὑρὼν πολυτελὲς τιμητὸν μέγα Γλαύκου πρόσωπον. adde ibidem *Eubuli* verba. Per στρώματα, intelligo ἐστρωμένην κλίνην, in qua ſaepe amatores cum ſuis amaſiis ad menſam accumbebant olim: dicitque adeo ille, eſſe hanc artis piſcatoriae virtutem, vt adſpectu ſeu *facie elixarum piſcium allectum, & in ipſum lectum adductum*, πέλας ἀρίστου, ſeu *ad menſam, reclinare faciat hominem, cui ſit* ἀσύμβολος φύσις, id eſt, *ingenium paraſiticum.* Sic, in Synoride, *Diphilus*, apud *Athenaeum*, l. VI. p. 247. C. Ἀνὴρ γὰρ, ὅστις εὖ βίον κεκτημένος Μὴ τὸν λάχιστον τρεῖς ἀσυμβόλους τρέφει, Οἴλοιτο. Inprimis cum *Anaxandridae* verbis componi, velim, quod de Ioue Φιλίῳ, paraſiticae artis inuentore, dicit, inter alia, *Diodorus Sinopenſis*, in Epiclero, ibid. p. 239. C. ſic leuiter corrigendum: Οὗδε, (vulgo οὐδε) ἂν καλῶς ἐστρωμένην κλίνην ἴδῃ, Παρακειμένην τε τὴν τράπεζαν (ſic recte *Caſaub.*) πάνθ' ἃ δεῖ Ἐχουσαν, ἥδη κατακλιθεὶς, καὶ κοσμίως (vulgo, κατακλιθεὶς κοσμίως, Ἀρ.) Ἀριστίσας ἑαυτὸν, ἐντραγὼν, πιὼν, (vulgo, ἐμπιὼν) Ἀπέρχετ' οἴκαδ', οὐ καταβαλὼν συμβολάς. De *Caryſtii*, Ὅρκου Πύλας; cum, Κυανέας, ſeu Συμπληγάδας, apparcat, easdem habitas fuiſſe a *Tzetze*, *Heſychio*, *Plinio*, aliis, quas Πλαγκτὰς *Homeri*, cumque praeterea poeta, πέτρας iſtas ἐπηρεφέας, quas vocat, l. c. a diis Πλαγκτὰς nominatas fuiſſe, tradat, dum v. 61. ſic canit: Πλαγκτὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσι, neminem fore opinor, qui dubitet, quin hunc in modum ſit ſcribendum: Καρύστιος —φησὶ, Κυανέας μὲν ὑπὸ ἀνθρώπων, ὑπὸ δὲ θεῶν Ὀμήρου, Πλαγκτὰς κεκλῆσθαι. Genus loquendi in ſcriptis veterum obuium. *Machon*, comicus, apud *Athen.* l. VIII. p. 341. D. Ὁ Τιμοθέου Χάρων σχολάζειν μ' οὐκ ἐᾷ. ipſe *Athenaeus*, l. XI. p. 505. F. Παρμενίδῃ μὲν γὰρ, καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην, μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ. leg. τὸν Πλάτωνος Σωκράτην. *Hierocl.* in Aur. Carm. p. 4. Ὡς φησι ὁ Πλάτωνος Τίμαιος. Similia apud *Plutarchum* inuenias, vt Symp. l. VIII. p. 745. D. Αἵ γε μὲν δὴ Ὁμήρου Σειρῆνες, &, ibid. F. Καθάπερ Σοφοκλέους Ὀδυσσεὺς φησί. rectius K. ὁ Σοφοκλ. Ο'. Propius ad *Caryſtii* verba accedit, quod eſt in eiusdem libro, de Solert. Anim. p. 978. B. Ἀπομιμουμένη τοὺς Ὁμήρου θεοὺς, κ. τ. λ. Locis ſupra citatis addo e *Plutarchi* Reip. Ger. Praec. p. 807. E. Ἀγησίλαος δὲ περὶ τὰς τῶν φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὑτοῦ γενόμενος (ſic ſcribo pro γινόμενος) ἀσθενέστατος καὶ ταπεινότατος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος, Ἔπτηξ' ὑπείκων μᾶλλον, ἢ μᾶλλον θέλοι. vbi in *Euripidis* verſu, pro μᾶλλον, ſecundo in loco, αὐτὸς dedit *Grotius*, Exc. ex Com. & Trag. Gr. p. 381. quam recte, nolo diſputare, cum, in toto verſu vnicum modo verbum ſine vitio eſſe, veri ſimile ſit; ſcripſiſſe autem in Bellerophonte, vnde hic verſus depromtus eſſe videtur, *Euripidem*, & inde huc tranſtuliſſe philoſophum, Ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερὸν, quod Pegaſo alato accommodatum, humilibus, quibus hic, occaſionibus fabulare fuit *Plutarcho*, vt, Amat. p. 762. E. Ὁ ἐρωτικὸς — ἅμα τῷ γε καλὸν ἰδεῖν, Ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερὸν, κ. τ. λ. &, in Alcib. p. 193. C. Ἀλκιβιάδης, — ἐλέγχοντος (Σωκράτους) τὸ σωθρὸν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ πιέζοντος τὸν κενὸν καὶ ἀνόητον τύφον, Ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν. Conſtituta vera

Ca-

Caryſtii, ſiue ſcholiaſtae *Theocritei* ſcriptura, cum reliquis, quos ſupra nominaui, in eandem ſententiam conuenire, apparebit, auctorem Peripli Pont. Eux. qui, p. 15. Ἀ᾽πὸ δὲ Φρυγίας τῆς Φιλέας, inquit, ἐς Κυανέας, ἤτοι Κύλας σταδία τ᾽, κ. τ. λ. Sicut, in altero loco, in Πύλας, ſic, in hoc, in Κύλας, mutatum Πλαγκτάς. Dubium autem videri poteſt, an ſimile mendum ſit in verbis *Ptolemaei Hephaeſt.* Nou. Hiſt. l. V. apud *Photium*, p. 483. vbi, Ὡ᾽ς περὶ τὰς Θύλας τῆς Σικελίας ναυαγήσαντος Ὀ᾽δυσσέως, inquit, ἡ Ἀ᾽χιλλέως ἀσπὶς ἐξεβράσθη, κ. τ. λ. *Mylas* voluit *Schottus*, στήλας *Hoeſchelius*; ſed forte verum Πλαγκτάς. Πλαγκτὰς Σικελικὰς ſaepe vocat *Euſtath.* ad *Dionyſ.* Per. 144. Videtur autem ea, de *Symplegadibus* ſiue *Cyaneis*, in freto Siculo ab *Homero* collocatis, opinio adeo etiam peruagata fuiſſe, vt, ipſas Πλαγκτὰς *Homericas*, *Symplegades* dicere, non dubitauerit *Ouidius*, dum, Heroid. ep. XII. 121. ſic ſcribentem facit Medeam: *Complexos vtinam Symplegades eliſiſſent, Noſtraque adhaererent oſſibus oſſa tuis! Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendos. (Debuit ingratis Scylla nocere viris.) Quaeque vomit fluctus totidem, totidemque reſorbet, Nos quoque Trinacriae ſupposuiſſet aquae!* Cum enim, in hiſtoria Medeae, vna cum *Symplegadibus* iungat *Scyllam* & *Charybdin*, certum eſt, non alias eum *Symplegades* voluiſſe, atque Πλαγκτὰς *Homericas*, in freto Siculo, non illas in Ponto, quas putauerunt interpretes, fontis, vnde ſua hauſerit *Ouidius*, aut ignari, aut, cum ſua ſcriberent, haud memores. Quamquam autem, hanc, de Πλαγκταῖς, opinionem non vnius ex veteribus fuiſſe, apparet: tamen praeter ſcriptores memoratos, qui, ſiue in carmine, ſiue alio ſcripturae genere, Πλαγκτὰς *Homericas*, *Symplegades* vel *Cyaneas*, aut contra has, Πλαγκτὰς, nominauerit, inueni neminem. Vt non iniuria *Euſtathius*, ad *Dionyſ.* Per. 144. Περὶ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον τὰς Κυανέας πέτρας, dicat, κατὰ κυριωνυμίαν οὕτω καλεῖσθαι, (vid. p. 26. n. 2.); & dein, poſſe quidem has, ad *Homericarum* exemplum, Πλαγκτὰς dici, quod, vt *Herodotus* (l. IV. p. 286. B.) teſtatur, πλαγκτὰς πρότερον οἱ Ἕλληνες ἔλεγον εἶναι αὐτάς· tamen κληρώσασθαι ἰδίως τὸ τοιοῦτον ὄνομα τὰς παρ᾽ Ὁμήρῳ Σικελικὰς Πλαγκτάς. quae citantur, *Herodoti* verba, ſua quoque fecerunt *Arrian.* Periplo Pont. Eux. p. 25. & auctor Per. Pont. Eux. l. c. Vides autem non alia ratione nomen πλαγκτῶν *Cyaneis* concedi ab *Euſtathio*, atque multis aliis olim inſulis datum fuit. v. *Cluuer.* Sic. Ant. l. II. c. XIV. & *Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Del. p. 484. eſtque nihil aliud, quam *errans*, *vagus*, qua virtute ipſis nauium tabulis tribuitur ab *Aeſchylo*, Perſ. 277. Κατθανόντα (φίλων σώματα) λέγεις φέρεσθαι Πλαγκτοῖς ἐν διπλάκεσσιν, &, altius ab eodem translatum, animo, in Agamemn. 602. Λέγοις τοιούτοις πλαγκτὸς οὖσ᾽ ἐφαινόμην, praeeunte iam *Hom.* Od. Ψ. 363. Imo, ſi interpreti credimus, de *diſcis* poſitum idem in *Orphei* Argon. 401. —— ἀδαιδάλτοις δ᾽ ὑπὸ πλαγκταῖς Κρεῖα χύδην προύθηκε συῶν ἐλάφων τε ταχειῶν: ſed proprium eo in loco πίναξ. apud *Homer.* Odyſſ. Δ. 57. coquus —— κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας παντοίων, &, Od. Π. 49. Τοῖσιν δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκε συβώτης Ὀ᾽πταλέων. Quid, ſi igitur in loco *Orphei* ſcribam ἀδαιδάλτοις δὲ πίναξι Κρεῖα χ. προύθηκε? Forte, voci πίναξι adſcriptum, nomen λάγυλαις vitio originem dedit. de vtroque vid. *Polluc.* l. VI. 84. & ad eum locum notas virorum doctorum. Cum *Euſtathii* teſtimonio conuenire videtur praeſtantiſſimorum quorumque ſcriptorum, inter Graecos, conſuetudo loquendi. Sane, qui vtrarumque, in ſuis Argonauticis, meminit, *Apollonius Rhod.* diligenter diſtinguit, dum illas in Ponto Κυανέας πέτρας vocat, l. II. 318. (per viam corriges ſcholiaſtae verba: Οἱ δὲ διὰ πάντων καὶ ἐκ πράτης ἀκοῆς δεδίσσεται τοὺς ἥρωας, διά τε τῆς ποιᾶς χρειᾶς (lego διά τε τῆς παλιῤῥοίας) τῶν πετρῶν, καὶ διὰ τοῦ ἐν θαλάσσῃ στενεῦ, ὅπερ καὶ ἐπὶ γῆς ἄγαν (leg. ὅπερ καὶ ἐπ᾽ εἰσαγωγὴν) κινδυνῶδες καὶ φοβερόν ἐστι. De his in freto Siculo, ſic idem, l. IV. 860. —— δι᾽ ἐκ πέτρας, αἵ τε πλαγκταὶ

καλέσνται. Similiter *Aristoteles*, loco supra citato, p. 1160. C. Iasonis ἔσπλουν κατὰ τὰς Κυανέας commemorat: dein, dum has cogitat, Ἔτι δὲ, inquit, λέγουσιν, ὡς οὐκ ἂν παρέπλευσε (Iason) τὰς Πλαγκτὰς καλουμένας, εἰ μὴ ἐκεῖθεν ἀπέπλει. Notari velim, quae adduntur verba καλέσνται, & καλουμένας: quibus haud dubie voluerunt eas πέτρας, quas, imitatione *Homeri*, poetae cyclici, aliique vulgo, in erroribus Iasonis, & Vlyssis enarrandis, Πλαγκτὰς soleant vocare, ignotas ceteroquin in historia & geographia. Apud *Plutarchum*, in Sept. Sap. Conu. p. 156. F. Cleodemus, Σὺ δὲ, ὦ Χερσία, inquit, εἰ τὴν ἀμβροσίαν τῷ Διῒ πελειάδες τινὲς κομίζουσιν, (ὡς ὑμεῖς λέγετε) τὰς Πλαγκτὰς ὑπερπετόμεναι χαλεπῶς καὶ μόλις, οὐ νομίζεις, κ. τ. λ. Non dicit Cleodemus τὰς Πλαγκτὰς ὑ. sed, ὡς ὑμεῖς (ποιηταὶ) λέγετε, τὰς Πλαγκτὰς ὑπερπετόμεναι, ad poetas dictum referens: *Sicut vos poetae vulgo dicitis*; quod est *Apollonii* αἳ τε Πλαγκτὰὶ καλέονται, & *Aristotelis* Πλαγκτὰς καλουμένας. Apparet, vt opinor, *Aristoteli*, & *Apollonio* etiam in illo cum *Eustathio* conuenire, alias esse Πλαγκτὰς, quas voluit *Homerus*, alias *Symplegades*. Quo mihi rectius instituere videntur ii, qui, altera, quam supra memoraui, via insistentes, cum in freto Siculo nullas inueniant Πλαγκτὰς, eas ad exemplum *Symplegadum* siue *Cyanearum* ab *Homero* confictas esse, existiment; in quorum numero *Strabonem* fuisse atque *Eustathium*, comperio, illum, Geogr. l. I. p. 39. A. & l. III. p. 222. C. hunc, in comm. ad *Homer.* Od. M. p. 1711. l. 55. cet. Neque tamen dissentior, tantam mihi, quantam hi volunt, inter illas similitudinem intercedere non videri. Negat *Homerus*, eas πέτρας ἐπηρεφέας, quas Πλαγκτὰς a diis vocari, dicit, unquam columbas, Iouis administras, praeteruolare, quin aliquam earum auferat λὶς πέτρη; negat, vllam nauem, quae accesserit, eas effugisse, sed mox fluctus, & ignem eam auferre vna cum viris: solam autem Argo ab Aeeta nauigantem, Iunonis beneficio, quod ei carus esset Iason, praeternauigasse. Habes omnia, quae de Πλαγκταῖς dicit ille; in qua descriptione nihil adeo inuenio simile, nisi vnum hoc, quod vtrasque praeternauigasse dicitur Iason. Fit quidem a nonnullis, in historia Argonautarum, mentio columbae, ab Argonautis emissae, & Symplegadum concursu extrema cauda priuatae, sed alia huius, alia columbarum *Homericarum* ratio. Nihil praeterea de concursu Πλαγκτῶν *Homerus*; a quo illae etiam Συμπληγάδες nominatae, dum hoc potissimum nomine communiter a poetis celebrantur. Adhaec, notat ipse *Eustathius*, l. c. p. 1712. 9. ὅτι ταύτας μὲν (Πλαγκτὰς) ἔτι κινουμένας οἶδεν ὁ ποιητὴς ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Ὀδυσσέα πλάνης· τὰς δὲ τοῦ Θρακικοῦ Βοσπόρου ἔπαυσεν ἤδη πάλαι ὁ μῦθος τῆς συνεχοῦς κινήσεως. vsus testimonio *Pindari*, quod est Pyth. od. IV. str. 10. Atqui in hanc de *Cyaneis* sententiam conueniunt omnes, qui res Argonautarum conscripserunt. v. *Theocrit.* Id. XIII. 24. *Orph.* Arg. 708. *Apoll. Rhod.* l. II. 606. *Val. Flacc.* Argon. l. IV. 583, & 708. cet. alios. Causam igitur nullam inuenio, cur cum *Strabone* l. c. *Homerum*, existimemus, παρὰ τὰς Συμπληγάδας suas fecisse Πλαγκτὰς; aut cum *Eustath.* l. c. has, ὡς διά τινος πετροβόλου τεραστίας μηχανῆς, ἐκ τοῦ κατὰ Θράκην πορθμοῦ εἰς τὸν Σικελικὸν ἐκτινάξαι ὑπὸ ἀρχιτέκτονι τῷ μύθῳ, καὶ ῥιζώσαντα ἐκεῖ ἐκτοπίσαι (forte ἐκτυπῶσαι) κατὰ ὁμοιότητα τῶν κατὰ Θράκην Συμπληγάδων· inprimis, cum nihil obstet, quo minus *Homerus*, aeque ac multi alii e veteribus, Iasonem, Colchis profectum, ac longis actum erroribus, tandem potuerit, per fretum Siculum nauigantem facere, & sic ad has Πλαγκτὰς, deferre. Quam in rem legi possunt, praeter *Aristotelem*, *Apoll. Rhod. Orpheum*, *Eustathium*. ll. cc. alios, scholia ad *Apoll. Rhod.* l. IV. 259. & *Diod. Sic.* p. 300. At nullae iis in locis Πλαγκταὶ, nisi quas fingit *Homerus*. Fateor nullas, si peruagatam veterum de verbis *Homeri* opinionem sequemur: sin ipsum poetam diligentius inspiciamus, apparebit, non alias esse istas πέτρας ἐπηρεφέας, quas deos Πλαγκτὰς dicit vocare, atque ipsam *Scyllam* & *Charybdin*; quod vbi

con-

conſtiterit, tum vero corruet, quidquid olim ſiue de *Symplegadibus*, in fretum Siculum ab *Homero* translatis, ſiue de Πλαγκταῖς, ad harum ſimilitudinem confictis, opinati ſunt veteres. Poſtquam Circe generatim expoſuit de *πέτραις*, quas Πλαγκτὰς dii vocarent; nullam eas nauem praeternauigaſſe, vti dictum ſupra: tum, v. 73. hunc in modum pergit: Οἱ δὲ δύω σπόπελοι, ὁ μὲν, οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει Ο'ξείῃ κορυφῇ, cet. ac dein, verſ. 101. Τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει Ο'δυσσεῦ, cet. Conſentiunt quidem in illo omnes, eſſe *ſcopulos* hos, ipſas *Scyllam* & *Charybdin*, quas in iis collocat poeta; diuerſos tamen faciunt a Πλαγκταῖς. Quis eſt autem, qui non animaduertat, Circen, periculi, quod adeundum eſſet, generatim quadam deſcriptione facta, dein, cum dicat Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, κ. τ. λ. quaſi ad propoſitum redire, vt diſtinctius naturam ſaxorum deſcribat, de quibus ante generatim inſtituerat dicere, atque adeo σκοπέλους vocare, quas antea, verſ. 59. πέτρας ἐπηρεφέας? Quod autem ait, δύω σκοπέλους, reſpectu *Scyllae* & *Charybdeos* quidem dictum accipi debet, idem tamen ſimul referendum ad id, quod verſu 58. eſt—— ἐρέω δέ τοι ἀμφοτέρωθεν. Neque enim puto cum *Euſtathio* & aliis, hoc voluiſſe poetam, quaſi ab altera eſſent πέτραι Πλαγκταὶ, ab altera *Scylla* & *Charybdis*, ſiue δύω σκόπελοι; quod vt efficiat, v. 73. orationem ſic ſupplet: Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, οἱ ἑτέρωθεν δηλαδή· vt inter ſe reſpondeant ἔνθεν & ἑτέρωθεν. Quod enim eſt Ε'νθεν, v. 59. haud dubie poſuit poeta, reſpectu eorum, quae ſupra ſcripſerat, v. 39. Σειρῆνας μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, κ. τ. λ. &, v. 55. Αὐτὰρ ἐπειδὴ τάς γε παρὲξ ἐλάσωσιν ἑταῖροι· quibus apte ſubiicitur, Ε'νθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες· *Inde (a Sirenibus cum nauigauerint ſocii, apparebunt)* πέτραι ἐπηρεφέες, κ. τ. λ. Compone iam totam Odyſſ. M. nihil inuenies, de Πλαγκταῖς, praeter ea, quae generatim expoſuit Circe; vt oportuerat, ſi diuerſa a *Scylla* & *Charybdi* loca, eaque, vt putat *Euſtathius*, periculoſiſſima & omnino ἁπλωτα, cogitaſſet poeta: ſed de iis altum ſilentium, cum poſtea, ſolius *Scyllae* & *Charybdeos* facta deſcriptione, vitandam *Charybdin*, & quam proxime *Scyllam* eſſe curſum dirigendum, docet Circe, v. 108. nihil de iis Vlyſſes, vbi Circes excipit orationem, v. 113. nihil ille, vbi euitatis Sirenibus, ad iſta loca peruenit, ad ſocios, cum, v. 219. tantum modo dicit, extra fumum & fluctus curſum dirigendum, cauendum autem eſſe a ſcopulo, ne temere illuc delabatur nauis, atque ita pereant ipſi: vbi haud dubie *Scyllam* & *Charybdin*, a Circe deſcriptam, reſpexit; vt apparet, ex iis quae dein ſequuntur, dum dicto audientes ſocii nauis curſum inter *Scyllam* & *Charybdin* dirigunt, atque ſex eorum a *Scylla* auferuntur. confer, quae, de curſu inter vtramque dirigendo, tradit ſchol. *Apoll. Rhod.* IV. 825. Sed quid plura, cum ipſe poeta declaret, non alias πέτρας, atque *Scyllam* & *Charybdin*, ſe cogitare, cum vs. 260. ſic pergit: Αὐτὰρ ἐπεὶ πέτρας φύγομεν, δεινήν τε Χάρυβδιν, Σκύλλην τ'——; vbi niſi πέτρας easdem, quas *Scyllam* voluiſſet & *Charybdin*, ſcripſiſſet potius, πλαγκτάς τε, Χάρυβδίν τε, Σκύλλην τε, vel ſimile: ſicut etiam, Od. Ψ. 327. non fuerat ſcribendum, Ω'ς θ' ἵκετο πλαγκτὰς πέτρας, δεινήν τε Χάρυβδιν, Σκύλλην τε· ſed, Ω'. θ. ἱ. πλαγκτάς τε πέτρας, δεινήν τε Χάρυβδιν, Σκύλλην τε. Nunc autem ſimile genus orationis eſt ei, quod, Il. Z. 47. Πολλὰ δὲ—— κειμήλια κεῖται, Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος. vbi, dum κειμήλια dicit poeta, cogitat ipſum χαλκὸν, cet. quemadmodum πλαγκτὰς πέτρας cum vocat, ipſam *Scyllam* atque *Charybdin* vult: ac πλαγκτὰς dicit, quod huiusmodi ſcopulis ὑφάλοις, quos veteres Graeci πλαγκτοὺς, Latini *errantes*, vocabant, eſſent infeſtae (vid. ſchol. *Apoll. Rhod.* IV. 825.); ſiue putes, Argonautas aut Vlyſſem cum ſuis, voluiſſe *Homerum*, cum primum per ea loca nauigarent, πλαγκτὰς has πέτρας dixiſſe, ſiue aliorum deorum μακάρων cogitaſſe linguam. quam in rem vid. not. *Sam. Clarke*, ad Il. A. 403. & Il. Ξ. 291. Omitto, quod tandem in extrema Od. M. habet poeta; vbi, cum ad inſulam, vbi paſce-

ban-

πλιος στόλος,] ᾗ οὐκ ἂν ἐκφύγῃς ὅλως τὰς ἐμὰς χεῖ-

bantur Solis boues, soluisset Vlysses, in naufragii ab eo facti descriptione, nulla πλαγκτῶν, sed solius *Scyllae* & *Charybdeos*, fit mentio; secus, atque, facturum fuisse poetam, veri simile est, si diuersas ab his Πλαγκτὰς, easque periculosissimas omnium in iis locis collocasset. Sufficere haec arbitror ad refellendam *Eustathii* & aliorum opinionem, de *Planctis Homericis*: quas cum easdem fuisse, atque *Scyllam* & *Charybdin*, appareat, corruit quidquid de iis commenti sunt *Homero* posteriores scriptores; tum illud consequitur, *Homerum* de situ *Scyllae* & *Charybdeos* non aliter, atque reliquos scriptores omnes existimasse, & ab altera freti parte *Scyllam*, ab altera *Charybdin*, collocasse, non autem, hinc *Planctas*, illinc *Scyllam* & *Charybdin*: tametsi non tantum *Eustathii*, sed communis multorum inter veteres hic fuisse error videtur, ab eorum inde temporibus ductus fortasse, qui primum Πλαγκτὰς *Homericas*, aut easdem, quas *Symplegades*, fecerunt, aut ad harum exemplum illas confictas, voluerunt; cum *Planctas* a *Scylla* & *Charybdi* distinguant omnes. Sic, *Ouidium*, vidimus, supra, Heroid. ep. XII. 121. diuersas habere, dum dicat *Symplegades*, *aut Scyllam*, cet. quemadmodum quoque, Metam. l. VII. 62. *Quid? quod nescio qui mediis concurrere in vndis Dicuntur montes, ratibusque inimica Charybdis, Nunc sorbere fretum, nunc reddere; cinctaque saeuis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo.* vbi primo loco, *Symplegades* describens, *Homericas Planctas* cogitauit. In eadem opinione fuisse *Strabonem*, loca supra citata docent. Cum *Eustathio* plane consentit *Apoll. Rhod.* l. IV. 922. Τῇ μὲν γὰρ Σκύλλης λισσὴ προὐφαίνετο πέτρη, Τῇ δ' ἄμοτον βοάασκεν ἀναβλύζουσα χάρυβδις, Ἄλλοθι δὲ πλαγκταὶ μεγάλῳ ὑπὸ κύματι πέτραι Ῥόχθεον. *Ouidio* adiungo *Apollod.* l. I. p. 60. Μετὰ δὲ τὰς Σειρῆνας τὴν ναῦν Χάρυβδις ἐξεδέχετο καὶ Σκύλλα, καὶ πέτραι πλαγκταί; quo cum conuenit noster, dum dicit Πλαγκτὰς καὶ Χάρυβδιν. Solam Charybdin nominat, praetermissa Scylla, in hoc etiam veteres imitatus. v. *Eurip.* Troad. 436. *Orph.* Arg. 1252. *Thucyd.* l. III. p. 253. l. 18. alios. De vtraque, Scylla & Charybdi, legendus *Cluuer.* Sic. Ant. l. I. c. v.

81. Καὶ ὁ Ναύπλιος στόλος.] *Naupliam classem* reddidit *Aretinus*; alii aliter: sed reliquis rectius *Boyl. Nauplii apparatum.* Haud dubie accipiendum est de facto *Nauplii*, facem a Caphareo monte suspendentis. Ei enim praesertim in Νόστοις, cum reliquis, quae ab auctore nominantur, locus est. Celebratur quidem *Nauplii* expeditio, quam is suscepit, vt filii Palamedis vlcisceretur mortem, cum, Graecis ad eam vindicandam frustra sollicitatis, reuersus Troia circa Graeciam nauigaret, & complurium stuprorum, quae mulieribus Graecis inferrentur, auctor esset: vid. *Tzetz.* ad *Lycophron.* 384. sed ante hoc, quam Troia redirent Graeci, accidit, neque, tanquam e Νόστοις sumtum, Stesichoro commode potuit ante oculos proponi, in exemplum grauissimi mali, quod ei Halesa redeunti immineret. De altero igitur *Nauplii* facinore cogitandum, de quo legendi commentatores, ad *Lycophron.* l. c. *Kuhnius*, ad *Pausan.* l. II. p. 168. *Casaub.* ad *Sueton.* Ner. c. XXXIX. *Broekhuis.* ad *Propert.* l. IV. el. I. 115. Nota tragoedia, quam, argumento ab hoc facinore sumto, Ναύπλιον πυρκαέα inscripsit *Sophocles*, (de qua, praeter *Fabric.* Bibl. Gr. vol. I. p. 629. vid. *Casaubon.* ad *Athen.* l. VI. p. 490, 491. & *Gul. Canter.* Nou. Lect. l. VII. c. XXI.) diuersam fortasse ab ea, quam Ναύπλιον καταπλέοντα nominant grammatici; cui subiecta materia fuisse videri potest modo, e *Tzetzae* commentariis commemoratum facinus Nauplii, cum is, infectis rebus, e castris rediret Graecorum, & Graeciae regiones infestaret. Vtrumque attingere potuit ἡ Ναύ-

apparatum Nauplii], qua meas manus omnino non effugies,

Ναυπλίου ὀργὴ, quam inter varia ſaltationum genera habet *Lucian.* tom. II. de Saltat. p. 295. qua cum conferenda *Nauplii mala*, quae Nero cantitaſſe dicitur, apud *Sueton.* l. c. Ναυπλίου πυρκαέως facinus reſpexit inter alios *Syneſius*, ep. IV. p. m. 175. Καὶ πρὶν ἐσπέραν εἶναι πέντε γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου πρεσβύτου περισωθεῖσαι φορτίδες, πρᾶγμα ἐναντιώτατον τῷ Ναυπλίῳ ποιοῦντος· καὶ γὰρ οὐχ ὁμοίως τοὺς ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ἐδέξατο. ſcripſi, litera maiuſcula, Ναυπλίῳ pro ναυπλίῳ, quod imperite interpres reddidit, *nautis*. Mendum, quod ineſt in *Quinti Calabr.* l. XIV. 621. eluam: —— ὃ δ' (Ναύπλιος) ἀναιμένην χερὶ πεύκην Αἰθομένην ἀνάειρε, δόλῳ δ' ἀπείλησεν Ἀχαιούς. eruditorum coniecturas non moror. Haud dubie, in loco verbi ἀπείλησεν, legendum ἀπόλεσσεν, quod, e verſu 612. manifeſtum, olim etiam, quando hic ſtudia tractabat literarum, animaduertit, & inter alias coniecturas mecum communicauit *Henricus Sypkens*, vir reuerendus, & vario doctrinae genere eruditiſſimus. Pro ἀναμένην, quod in αὐαλέην mutauit *Rhodomannus*, ſcribo αἰνομανὴς vel αἰνομανεῖ. Habes ὃ δ' αἰνομανεῖ χερὶ πεύκην Αἰθομένην ἀνάειρε, δόλῳ δ' ἀπόλεσσεν Ἀχαιούς. Noſtro in loco, vt in his *Quinti*, pro στόλον fortaſſe maluerit aliquis δόλον; conuenientibus in eandem ſententiam *Euripide*, in Helen. 1142. vbi Nauplii facem, δόλιον ἀστέρα nominat, *Sophocle*, dum, apud *Ariſtid.* tom. I. Eleuſin. p. 259. dicit Ναυπλίου πάγας ὑποπύρους, *Lycophrone*, qui l. c. Nauplium inducit—— ἀγρύπνῳ προσκαθήμενον τέχνῃ, *Seneca*, in Med. 658. *ignem* dicente *fallacem*, aliis. Sed probum alterum: στόλον enim dici, notat ſchol. *Apollon. Rhod.* l. I. 704. ἐπὶ πρᾶξιν τινὰ πορευόμενον πλῆθος, εἴτε ἐπὶ νεῶν, εἴτε καὶ πεζῇ· καὶ σχεδὸν ἐπὶ πάσης ὁρμῆς, καὶ μείζονος παρασκευῆς. exempla vid. in not. *Caſaub.* ad *Strabon.* l. III. p. 246. *D'Oruill.* ad *Charit.* l. VI. p. 423. *van Stauer.* in Obſ. Miſc. Nou. ad A. CIↃIↃCCXLIV. p. 534. Vtroque modo ſaepe varie hoc nomine vtitur *Herodotus*. Quid autem ὁ Ναύπλιος στόλος? dixeris, fuiſſe olim ὁ Ναυπλίου στόλος, vt vidimus ſupra τὴν Ναυπλίου ὀργὴν, ſim. ſed repugnant libri veteres, in quibus, etſi varie hoc ſcribitur, tamen terminatio ος ſeruatur. Dicitur quidem λιμὴν Ναύπλιος, vt *Eurip.* Electr. 453. —— ἐν λιμέσι Ναυπλίοισι· cuius loco λιμένα Ναυπλίειον idem habet in Oreſt. 54. vbi inter alia ſcholiaſta dum, ſic vocari portum, monet, ὅτι (ὁ Ναύπλιος) ἐν λειμῶνι διέτριβεν, legendum eſſe ἐν λιμένι, nemo non videt. ibidem, v. 242. praetermiſſo nomine λιμὴν, ἐν Ναυπλίῳ, eſt, pro ἐν Ναυπλίῳ λιμένι, monente ſcholiaſta; in Hel. 1602. ἐπ' ἀκτὰς Ναυπλίας· in Oreſt. 369. Ναυπλία χθὼν, & Ναυπλίαν ibid. vs. 473. quod ſchol. ſuppleuit, addito γῆν. Sed alia noſtri dicti ratio: in quo praeterea hoc offendit, quod, cum ante auctor Καφηρίδας πέτρας dicat, non alio conſilio, quam vt naufragium, quod, Nauplii dolis circumuenti, ad eas fecerunt Graeci, ante oculos proponat Steſichoro, denuo, poſt Πλαγκτὰς & Χάρυβδιν, commemoret τὸν Ναύπλιον στόλον, quaſi rem plane diuerſam reſpiciat. Vidimus enim iam, non alii, atque illi Nauplii, vt claſſem perderet Graecorum, ignem in Caphareo monte accendentis, facto locum eſſe. Aut igitur alio ordine collocanda verba, vt ſaltem iungantur, αἱ Καφηρίδες πέτραι καὶ ὁ Ναύπλιος στόλος, aut orationem auctoris interpolatam eſſe, aequum eſt cenſeri. Neque enim, qui has Epiſtolas ſcripſit, ſophiſtam tam omnis rudem antiquitatis putem fuiſſe, vt, quae Nauplii opera paſſi ſunt Graeci, Troia redeuntes, diuerſa eſſe, opinaretur, a naufragio, quod hi ad ſaxa Capharea fecerunt. In qua quidem opinione non parum me confirmat codicum Lugd. A. B. & Pal. conſenſus: cum in iis verba, ὁ Ναύπλιος στόλος, deſint; adſcripto in margine Lugd. A. ἀνάπλιος στό-

λος

χεῖρας, οὐδ' ἂν εἰ θεῶν σέ τις καθ' ὑμᾶς τοὺς ποιητὰς ἀϊστώσῃ.

ι'. ΙΜΕΡΑΙΟΙΣ.

Στησίχορον ἴστε, καὶ Κόνωνα, καὶ Δρωπίδαν, περαιουμένους ἀπὸ Παχύνου εἰς Πελοπόννησον, ἀντὶ Κορινθίων, πρὸς οὕς γε ἐπέμφθησαν ὑφ' ὑμῶν, πρὸς ἐμὲ ἀχθένθας. καὶ Δρωπίδαν μὲν ἴσως ἀποδώσομεν ὑμῖν· Κόνωνα δὲ εὐθὺς ἀπεσφάξαμεν· Στησίχορος δὲ σῶός ἐστιν, ἕως ἂν τὸν τρόπον λογισώμεθα, ὃν χρὴ αὐτὸν τιμωρηθέντα ἀποθανεῖν.

ια'. ΙΜΕ-

λος, quod in ipso contextu Angl. pro altero, ὁ Ναύπλιος στόλος, legitur. Quo mihi verisimile fit, verba, ὁ Ναύπλιος στόλος, a recente manu addita primum ad interpretandas voces, Καφηρίδες πέτραι, dein a librariis in contextum esse illata. Tum autem, ὁ Ναύπλιος στόλος pro ὁ Ναυπλίου στόλος scribi, neminem offenderit. Quin potius id ipsum recentis manus indicium videbitur: quare tanquam alienum, & auctore nostro indignum interpositionis distinxi notis. In reliquis, quae sequuntur, ἢ οὐκ ἂν ἐκφύγῃς ὅλως, vulgo pro ἢ legitur καί. scripsi ἤ cum Lugd. B. cuius loco Lugd. A. habet ἢ. in Angl. plane abest. *Xenoph.* de Equit. p. 544. l. 15. Βουλόμεθα καὶ τοῖς νεωτέροις τῶν φίλων δηλῶσαι, ἢ ἂν νομίζωμεν αὐτοὺς ὀρθότατα ἵπποις προσφέρεσθαι. & sic passim quique.

82. Οὐδ' ἂν εἰ θεῶν σέ τις καθ' ὑ. τ. π. ἀϊστώσῃ] Id quod fugae suae praetexuit *Horatius*, Od. 7. l. 2. *Sed me per hostes Mercurius celer Denso paventem sustulit aere.* Alludit fortasse Phalaris ad eos, quos Homerus deorum ope nebula obductos fingit, Il. 3. 382, Odyss. 7. 14. BOYL. Scripsi θεῶν σέ τις, pro vulgato θεὸς σέ τις, cum MSS. omnibus, si recentissimum Lugd. C. exceperis. Apud *Herodotum*, l. I. p. 40. A. Cyrus, βουλόμενος εἰδέναι, εἴ τις μιν (τὸν Κροῖσον) δαιμόνων ῥύσεσαι τοῦ μὴ ζῶντα κατακαυθῆναι, κ. τ. λ. Notus, quem auctor respicit, poetarum mos. facete, qui subinde huiusmodi poetarum tanquam flosculis distinguere orationem suam solet, *Plutarchus*, de Solert. Animal. p. 978. A. Τὴν γὰρ καλουμένην μύστιν παρὰ τὸν τράχηλον ἔχουσα (ἡ σηπία) πλήρη ζοφερᾶς ὑγρότητος, ἣν θόλον καλοῦσιν, ὅταν καταλαμβάνηται, μεθίησιν ἔξω, τεχνωμένη τῆς θαλάττης διαθολωθείσης, ποιήσασα περὶ αὐτὴν σκότος, ὑπεκδῦναι καὶ ἀποδρᾶναι τὴν τοῦ θηρεύοντος ὄψιν· ἀπομιμουμένη τοὺς Ὁμήρου θεούς, κυανέῃ νεφέλῃ πολλάκις, οὓς ἂν σῶσαι θέλωσιν ὑφαιρουμένους καὶ διακλέπτοντας. Similiter, sepiae naturam describens, *Aelian.* Hist. An. l. I. c. xxxiv. ad quem locum, in *Plutarchi* verbis pro μύστιν recte μύτιν, ex *Aristotelis* l. IV. Hist. Anim. c. 1. p. 814. D. reponit *A. Gronouius.* Poetarum inuento, deorum auxilio e praesentissimo periculo homines eripientium, non dissimile est, quod

etiamſi deorum aliquis te, vt vos poetae loquimini, occultauerit.

X. HIMERENSIBVS.

Steſichorum, ſcitote, Cononem & Dropidan, cum a Pachyno in Peloponneſum traiicerent, pro Corinthiis, ad quos miſſi erant a vobis, ad me adductos eſſe. Ac Dropidan fortaſſe reddemus vobis: Cononem vero ſtatim iugulauimus: Steſichorus ſaluus eſt, quoad exputauerimus, quo ſupplicii genere affectum, eum mori, oporteat.

quod de nubibus imbribusque, Apollinis beneficio ſubito obortis, ac rogum, in quo Croeſus eſſet, extinguentibus, narrat *Herodotus*, l. I. p. 41. A. In noſtro immoderatam ſophiſtae ſuperlationem noto, in quo genere etiam alibi peccat. Modeſtius *Polybius*, Hiſt. l. III. p. 279. Ὥ"στε εἰ μὴ θεὸς ἤ τις ἥρως ἀπαντήσας τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν ὑπέδειξε τὰς ὁδοὺς, ἐξαπορήσαντας ἂν καταφθαρῆναι πάντας. Conferri poterit, quod, e veterum ſapientum diſciplina hauſta ſententia, Iaſon dicit, in *Euripidis* Med. 1296. Δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, Ἢ" πτηνὸν ἄραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος, Εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει δίκην. Similia collegit Cl. *Valckenarius*, ad *Euripid.* Phoen. p. 414. Noſtro in loco, ἄϊστοῦν ſimili virtute accipiendum, qua, de ſepia loquens, *Aelianus* l. c. verbo ἀφανίζειν vtitur, cum, ἐκείνη, inquit, παρῆκε τὸ ἐξ αὐτῆς ἀπόσφαγμα, καὶ καταχεῖται αὐτῆς, καὶ περιλαμβάνει, καὶ ἀφανίζει πᾶσαν, καὶ κλέπτεται τὴν ὄψιν ὁ ἁλιεύς. Nota grammaticorum, ἄϊστοῦν verbo ἀφανίζειν interpretantium conſuetudo; aliis tamen, quam, qua hic cernitur, virtute. Veteribus ἀϊστοῦν idem fuit, quod *abolere*, *delere*, *extinguere*, cet. *Pindar.* Pyth. Od. III. 67. Πολλὰν τ' ὄρει πῦρ —— ἀΐστωσεν ὕλαν. *Sophocl.* Aiac. Maſt. 518. πατρὶδ' ἠΐστωσας δορί. vid. not. ad *Heſych.* v. Ἀΐστώσας. In *Aeſchyli* Prometh. 232. quod eſt, ἀϊστώσας γένος Τὸ πᾶν (ἀνθρώπων) ſuum fecit *Plato*, Protagor. p. 224. A. Ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο (Ἐπιμηθεὺς) εὐλάβειαν ἔχων, μή τι γένος ἀϊστωθείη. Reliquis ex eadem *Aeſchyli* fabula adde v. 151. & 669. Apud *Herodot.* l. III. p. 215. B. eſt *interficere*, atque ita in *Orphei* Argon. 471. & 662. & alibi. Generatim ἄϊστοῦν pro ἀφανίζειν, ſiue *occultare*, *e conſpectu auferre*, e veteribus poetis, qui dixerit, adhuc ſcio neminem. Spectauit forte noſter vim verbi propriam, quae, in veterum poetarum ſcriptis, in ἄϊστος manifeſta eſt (vid. *Kühn.* ad *Pauſan.* p. 558. & loca ab *Albertio*, ad *Heſych.* v. Ἄϊστος, notata), atque ita, verbo antiquo cum poetis vſus, notionem ei ſubiecit nouam, quae ex vſu veterum non verbo ἄϊστοῦν, ſed, quo id interpretari ſolent grammatici, ἀφανίζειν conueniat: hoc autem patet latiſſime.

ια'. ΙΜΕΡΑΙΟΙΣ.

Ἡμῖν μὲν, ὦ Ἱμεραῖοι, τὴν ἑαυτῶν γνώμην καὶ σφόδρα δήλην ἐποιήσατε, ὅτι ὑμῖν οὐδὲν διαφέρειν ἡγεῖσθε Φάλαριν ἐχθρὸν ἢ φίλον εἶναι. τὸ θεῖον δὲ καλῶς ἐποίησε, καὶ πείθομαι, ὅτι ἔχω ἰσχυρὸν παρ' αὐτοῦ σύμβολον τοῦθ', ὅτι καὶ τἄλλα χωρήσει μοι κατὰ νοῦν. ἐγὼ δὲ Κόνωνα μὲν, ὥσπερ καὶ πρότερον ὑμῖν ἐπέστειλα, ἀποσφάξαι εὐθέως ἐκέλευσα, εἰδὼς πονηρὸν 95

92. Τὴν ἑαυτῶν γνώμην] Sic ſcripſi cum Lugd. A. B. C. Angl. & Marg. Ald. antea edebatur τὴν γνώμην τὴν ἑαυτῶν.

94. Τὸ θεῖον δὲ καλῶς ἐποίησε, καὶ π.] Ante *Boyleum*, ediderunt Τὸ——ἐποίησέ τε καὶ π. quod ille in edit. Angl. ne monito quidem lectore, mutauit in Τὸ——ἐποίησέ με, καὶ π. reddiditque *bene autem nobis obſecundauit deus.* ſed recte dictum illud, hoc ne Graecum quidem. Conſueta loquendi forma eſt εὖ vel καλῶς ποιεῖν. exempla e *Xenophonte* in medium attulit *Raphelius*, ad Act. Apoſt. x. 33. Cum noſtro loquendi genere conferri velim illud *Libanii*, ep. CIↃCLXXIX. Καλῶς ἐποίησαν οἱ θεοὶ, σοί τε δείξαντες τὴν οἰκίαν, κ. τ. λ. &, mutata verborum conſtructione, ep. DCCLXI. Οἱ θεοὶ καλῶς ποιοῦντες ἔδοσαν ἡμῖν τὸ σοὶ δοῦναι δύναμιν. Saepe nihil aliud valet, quam *iure*, *merito*. vid. *D'Oruill.* ad *Charit.* l. II. p. 159. noſtro in loco alia ratio eſt. Cum dicit τὸ θεῖον καλῶς ποιῆσαι, haud dubie reſpicit auctor ad id, quod antecedente epiſtola ad Himerenſes ſcripſit, Steſichorum, Cononem & Dropidan in ſuas peruenisſe manus. In quo cum auxilium diuinum, hic, pie agnoſcit, tum ſimul, ſe, declarat, hoc tanquam omen, diuinitus ſibi oblatum, habere, proſperi exitus, qui ſit reliquarum rerum, ſe inter & Himerenſes, futurus. quare non dubito, ſic legendum eſſe: Τὸ θεῖον δὲ καλῶς ἐποίησε, καὶ πείθομαι, ὅτι ἔχω ἰσχυρὸν παρ' αὐτοῦ σύμβολον τοῦθ', ὅτι καὶ τἄλλα χωρήσει μοι κατὰ νοῦν. Particulam τε ante καὶ cum plerisque MSS. omiſi; τοῦθ' pro eo, quod ante legebatur τοῦ, e Lugd. C. & Ed. Ven. huc reuocaui. cogitauit auctor, id, quod antecedit, τὸ θεῖον καλῶς ἐποίησε. Huic noſtro ſimile fere eſt, quod legitur ep. LIII. οἰωνῷ τοιούτῳ κέχρησαι, ὅτι καὶ τἄλλα σοι κατὰ νοῦν γενήσοιτο. vid. locum ipſum.

96. Ὥσπερ καὶ πρότερον] Nempe in ep. CVIII. (X.) BOYL.

97. Εἰδὼς πονηρὸν ὄντα] Qui reliquas epiſtolas, vbi hic Conon commemoratur, contulerit, facile, vt opinor, in illam cogitationem veniet, eſſe fortaſſe ſcribendum, Εἰδὼς πόρνον ὄντα. Vidimus ſupra, ep. VIII. Οὐ γὰρ Κόνωνος μὲν ὑμῖν πεπορνευκότος ἀνθρώπου ἐστί τις πρόνοια· &, ibid. Εἰ δὲ Κόνων ὁ τέως ὑφ' ἑκάστου ὑμῶν εἰς τὸ σῶμα παροινούμενος σώζεται. atque ſic infra, ep. XIII. Κόνων ὁ καταπορνευθείς· &, quod propius etiam accedit, ep. XII. Ἀλλ' ἠδέσθην ἱερὸν ἄνδρα (Στησίχορον) —— συγκατατάξαι τῷ πόρνῳ καὶ βδελυρῷ Κόνωνι, καὶ βιάσασθαι ἀποθανεῖν. Simili ratione, ep. XXXV. inter alia flagitia, quae Lyceno exprobrat, noſter in primo loco πορνείαν ponit: Οὕτως εἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον μὲν ἐν παισὶ, κ. τ. λ. Vt res, ita nomen, turpe valde, in probri loco obiectum fuit olim. Cum noſtro componi velim *Libanium*, ep. CCCCXX.

Ἐχθρὸς

XI. HIMERENSIBVS.

Sententiam veſtram etiam valde manifeſtam nobis feciſtis, Himerenſes, quod, veſtrum nihil intereſſe, exiſtimatis, Phalarin inimicum, an amicum, eſſe. Numen autem bene fecit, credoque, me certum ab eo omen habere hoc, reliqua quoque ex animi ſententia mihi ſucceſſura. Ego vero Cononem, ſicut etiam ante ſcripſi vobis, ſtatim iugulari iuſſi, quum

Ἐχθρὸς μέν ἐστιν (ὁ Ἀνδρονίκου θεῖος) ἀδελφοῦ παιδὶ, καὶ τῷ τούτου διδασκάλῳ, φίλος δὲ Παυσανίᾳ τῷ πόρνῳ, καὶ Φρονεῖ μὲν μεῖζον Ἀλκιβιάδου, ποιεῖ δὲ τὰ Σίκωνος. De vltimo, Σίκωνος, ſuſpicatus eſt *Wolfius*, id commutandum eſſe cum Sinonis nomine, quem celebrem fecit equus Troianus. ego non dubito, ſcribendum eſſe, ποιεῖ δὲ τὰ Σίμωνος. Reſpicit haud dubie Simonem, quem ἅρπαγα τῶν δημοσίων vocat *Ariſtoph.* Nub. 350. vbi plura ſcholiaſta. prouerbium inde natum, Σίμωνος ἁρπακτικώτερος, eſt apud *Suid.* v. Σίμων. De rapacitate hominis ſui ipſe *Libanius*, ep. ccccxxix. ad eundem Andronicum, ſic: Δοκεῖ γάρ μοι πρὸς τὸ δυγάτριον βλέπων καὶ τὰ Κινύρου μικρὰ νομίζειν, ὥστε πανταχόθεν ἁρπάζειν, κἂν αἰτήσας μὴ λάβῃ, ἐχθρὸς εὐθέως, καὶ κακὸς (lego ἐχθρὸς εὐθέως κακῶς, partim e MSS.) οὐκ ἀκήκοεν, ἀλλὰ πέπονθεν. Noſtro in loco ſi πόρνον reponatur, pro πονηρὸν, infra quoque, in hac epiſtola, pro οὔτε γὰρ πονηρὸς ὑμῖν, legendum eſſe, ὁ. γ. πόρνος ὑμῖν, apparet. Sed diſplicet iungi πόρνον ἔντα: nec eſt in vulgato πονηρὸς, quod offendere poſſit: quin ipſum, quod infra, poſt οὔτε γὰρ πονηρὸς ὑμῖν, ſequitur, οὔτε ἠδικηκὼς ἡμᾶς poſtulare πονηρὸς videtur. Saepe πονηροὶ iidem fere, qui πανοῦργοι, dicuntur. praeſertim conuenit in *verſutum*, *malitioſum*, *veteratorem*, *vafrum*, ſim. Apud *Ariſtophanem*, Plut. 31. iunguntur, ἱερόσυλοι, ῥήτορες, καὶ συκοφάνται καὶ πονηροί. *Dinarchus*, contra *Demoſthen.* p. 178. fin. habet κατὰ τῶν ἐπιόρκων καὶ πονηρῶν· nec diſſimili virtute *Lucian.* tom. I. Tim. p. 137. l. 5. ἐκ πολλῶν ἐπιορκιῶν καὶ ἁρπαγῶν, καὶ πανουργιῶν. De πανοῦργος, vide inprimis *Ariſtoph.* Equit. 248. quem locum reſpiciens *Suid.* πανοῦργον, notat, ab Atticis, ἐπὶ σφοδραῖς βλασφημίαις poni. adde ib. *Kuſter.* Πονηρὸν, de plano, Phalaridis pecuniam ſibi retinente, poſuit noſter, ep. cxxii. Conuicium eſt, apud *Ariſtoph.* Veſp. 464.—— ὦ πόνῳ πονηρὲ (vulg. πονωπόνηρε) καὶ Κεμηταμυνία· quorſum pertinet *Heſychii* Ω᾽πὸν, ὦ πονηρὲ, mutandum in Ω᾽ πόνῳ πονηρέ· ſic enim ſcriptum fuit, praetermiſſa interpretatione. Apud eundem, v. Πον * πονηρὸς, vel, vt corrigunt eruditi, πόνῳ πονηρὸς, addita interpretatio (ſiue cum *Sopingio* ſcribas, Κακὰ κακῷ προσέπεσεν, ſiue, vt ego malo, κακὰ κ. πρόσεστιν, cet.) alio forte ſpectat, & quidem id, quod eſt apud *Suidam*, Πόνος πόνῳ πόνον φέρει, ſumtum ex *Sophoclis* Aiac. Maſt. 882. vbi ſchol. eadem, quae *Suidas*. Illud eſt quoque in *Ariſtoph.* Lyſiſtr. 350. Vtrumque πανοῦργος & πονηρὸς iungit *Plat.* Hipparch. p. 510. B. vbi πανούργους habet καὶ πονηροὺς, καὶ ἥττους τοῦ κέρδους. Meretricias artes, reſpiciens, *Alciphron*, l. I. ep. xxxviii. p. 174. nominat πονηρὰς καὶ ἀπίστους, καὶ πρὸς τὸ λυσιτελὲς βλεπούσας μόνον. vid. ib. *Bergler.* nec

νηρὸν ὄντα, καὶ οὐδὲ γονεῖς αὐτῷ, οὐδὲ συγγενεῖς ἐν τῇ πόλει ὄντας. Δρωπίδαν δὲ ὑμῖν ἀπέπεμψα, τιμήσας ὡς ἐνῆν. οὔτε γὰρ πονηρὸς ὑμῖν, οὔτε ἠδικηκὼς ἡμᾶς οὐδέν. περὶ δὲ Στησιχόρου βουλευσόμεθα.

ιβ'. ΙΜΕΡΑΙΟΙΣ.

Ἀπελύσαμεν Στησίχορον, ὦ Ἱμεραῖοι, παρέντες αὐτῷ τῶν πεπολιτευμένων πρὸς ἡμᾶς τὰς αἰτίας, οὐ δι' ὑμᾶς ἀξιοῦντας, ὡς ὑμῶν γε ἕνεκα κἂν ἀπολώλει πολλάκις, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ ταῖς θεαῖς αὐτὸν ἀφήκαμεν, αἷς ἐστι κατάσχετος, καὶ ὅσοι ἔχουσι τὴν Ἱμερίδα γῆν θεοί τε καὶ ἥρωες· οὐδὲν γὰρ ἔχω ἐκείνοις ἐγκαλεῖν, εἰ καὶ ὑμῖν πάνυ πολλά. καὶ αὐτοὶ δὲ ὑμεῖς ἴστε, οἷα ἐπεχείρησε ποιῆσαι κακά. ἀλλ' ἠδέσθην ἱερὸν ἄνδρα, καὶ κατὰ σοφίαν εὐκλεᾶ, καὶ ταῖς μούσαις ὡς ἀληθῶς κατα-πεπιστευμένον, συγκατατάξαι τῷ πόρνῳ καὶ βδελυρῷ Κόνωνι, καὶ βιάσασθαι ἀποθανεῖν· ὡς εἴθε γε καὶ τὴν μοῖραν ἐπέχειν τῶν τοιούτων ἐνῆν. καὶ ὑμῖν δὲ ἐπισκήπτω λιπαρῶς ὡς οἷόν τε, ὦ Ἱμεραῖοι, μὴ κατασύρειν αὐτὸν εἰς ἐκμελῆ καὶ ἀπῳδὰ τῶν ἐσχάτων

nec dissimili virtute ab *Euripide*, Hippol. v. 1400. cum ipsa Κύπρις πανοῦργος dicitur, tum, v. 742. τὸ πανοῦργον ἐντίκτειν Ἐν ταῖς σοφαῖσι (γυναῖξι.) Nostro in loco, si quis, pariter respectu Κόνωνος τοῦ πόρνου dictum esse, putet, non repugno quidem; malo tamen generatim accipere pro *versuto*, & *malitioso*, quomodo a nostro aliis in locis saepe vsurpatur. Quod infra legitur, πονηρὸς ὑμῖν conf. cum *Liban.* ep. cccxxii. vbi, mutata structura, Εἰ μὲν γὰρ πονηρὸς γέγονε περὶ ὑμᾶς Διονύσιος, κ. τ. λ.

98. Οὐδὲ γονεῖς ἀ. ὀ. συγγενεῖς ἐν τῇ πόλ.] Hanc inter alias adfert rationem, cur Cononem interfecerit, vt neminem praeter ipsum peccantem contristare velle videatur. BOYL. Ep. cm. quartum casum nominis γονεὺς format γονέας, Atticorum consuetudinem priscam secutus, de qua vid. *Graev.* ad *Lucian.* tom. III. Soloec. p. 575. & *Pierson.* ad *Moerin Att.* p. 204. Mox pro τῇ πόλει cum Lugd. B. C. malui ἐν τῇ πόλει.

100. Περὶ δὲ Στ. βουλευσόμεθα] Stesichorum liberatum videbis ep. xcm. (xii.) De Cononе, Dropida & Stesichoro, a Phalaride captis, ita *Tzetzes*, in Chil. v. Κόνωνα Φάλαρις ἀπέσφαξεν εὐθέως, Τὸν δὲ Δρωπίδαν ἔπεμψεν ἐντίμως τῇ πατρίδι, Στησίχορον δὲ ὁμόψυχον εἶχεν αὐτῷ, καὶ φίλον. BOYL.

4. Οὐ

ſcirem, malitioſum eſſe, neque parentes ei, neque cognatos, eſſe in ciuitate. Dropidan vobis remiſi, honore, quantum poteram, affectum: neque enim malitioſus vobis, neque vllo modo in nos iniurius fuit. De Steſichoro deliberabimus.

XII. HIMERENSIBVS.

Abſoluimus Steſichorum, Himerenſes, remiſſa ei culpa eorum, quae in republica aduerſus nos geſſit, non propter veſtram petitionem, nam veſtra cauſa vel ſaepe periiſſet, non ſemel, ſed deabus eum remiſimus, a quibus poſſidetur, & quotquot agrum Himerenſem habent, dii & heroes. Nihil enim eſt, cur eos, etiamſi multa ſunt, cur vos, accuſem. Etenim vos met ipſi noſtis, qualia mala perpetrare aggreſſus ſit. Sed reueritus ſum virum ſacrum, & ſapientia clarum, & Muſis re vera concreditum, in eodem numero habere cum Conone, exoleto & impuro homine, & cogere mori: vt ſi talium etiam cohibere fatum liceret. Ac vero, quanto maximo ſtudio poſſum, a vobis contendo, Himerenſes,

4. Οὐ δι' ὑμᾶς ἀξιοῦντας] Ante *Boyleum* omnes ediderunt Οὐδ' ὑμᾶς ἀξιοῦντας; reddiderunt autem, quaſi eſſet, vt *Boyleus* edidit, οὐ δι' ὑμᾶς ἀ. Atque ita olim ſcriptum fuiſſe, docent MSS. Lugd. A. B. Angl. Pal. & Burm. praeterquam quod in Burm. pro ἀξιοῦντας eſt ἀξιοῦντες: quod defendi poſſet, ſi legeretur, οὐδ' ὑ. ἀξιοῦντες. ſed illud haud dubie verum.

7. Οἵσοι ἔχουσι τὴν Ἱμερίδα γῆν θεοί τε καὶ ἥρωες] Conueniunt haec *Xenophontis*, Cyr. Inſt. II. p. 23. l. 3. Προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι τοῖς τὴν Περσίδα γῆν κατέχουσιν. quibus ſimilia *Herodoti* ſunt, l. VII. p. 460. B. Νῦν δὲ διαβαίνωμεν, ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι. Qui alibi *Thucydidem* imitatus fuiſſe videtur, noſter hic fortaſſe ante oculos habuit illud Archidami, quod eſt l. II. p. 145. l. 42. Θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιΐδα ἔχετε, καὶ ἥρωες. Ἱμερίδα γῆν dixit, vt ſimilia multa a poetis primum profecta in communem loquendi conſuetudinem tranſtulerunt alii.

14. Εἰς ἐκμελῆ κ. ἀ. τῶν ἐσχάτων αὐτοῦ πολιτευμάτων] Plerosque codices, Lugd. A. B. Angl. & Pal. ſecutus, dedi πολιτευμάτων; atque ita *Boyleus*. Reliqui libri πολιτεύματα. Conſtruendi rationem illuſtrarunt multi, ſed omnium accuratiſſime *Hemſterhuſius*, ad *Lucian.* tom. I. p. 117.

των αὐτοῦ πολιτευμάτων. καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς ἐκὼν εἶναι παραδίδωσιν αὐτὸν, ὡς πυνθάνομαι παρὰ τῶν εἰς Ἄλαισαν ἀφικνουμένων, ἀλλ' ἥττων ὢν τῆς ὑμετέρας ἀγνωμοσύνης καὶ βίας. παύσασθε οὖν βιαζόμενοι αὐτὸν, καὶ χρῆσθε τοῖς ἐπιτηδειοτέροις. Στησίχορον δὲ ἄνετον εἶναι, καὶ σχολάζειν πρὸς τῇ λύρᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἄφετε· καὶ μὴ ὁμοίους ἐμοὶ ἐχθροὺς αὐτῷ κατασκευάζετε, οὐχ ὁμοίως ἴσως αὐτῷ προσοισομένους. εἰ δὲ δεῖσθε πάντως τῶν προσπολιτευομένων, προχειρίσασθε τοιούτους ἑτέρους ἐξ ὑμῶν τινὰς, οὓς ἐγὼ λαβὼν, ὡς ἄν μοι φίλον ᾖ, καὶ ὑμῖν τύχῳ κεχαρισμένος, μετ' οὐδεμιᾶς δεισιδαιμονίας καταχρήσομαι.

ιγ'. ΣΤΗΣΙΧΟΡΩι.

Μὴ φρόντιζε, ὦ Στησίχορε, τῆς Εὐβούλου καὶ Ἀριφάντου πρός με κατηγορίας, μήδ' ὅσον ἀχθεσθῇς, εἰ τῆς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν εἰς σὲ ἀναφέρειν, καὶ τὰ σὰ κάλλιστα ἔπη, ἠξίουν. παρ' ὅσον μὲν γὰρ ἤλθομεν ἐν Ἱμέρᾳ κινδύνου, καὶ σὺ οἶσθα· μηδὲν δὲ ἡμῶν ἀνήκεστον παθόντων, ἥδεσθαι προσήκει σοι κατὰ γε

15. Οὐδὲ αὐτὸς ἐκὼν εἶναι παραδίδωσιν αὐτόν] Vulgo ἑαυτον. MSS. omnes vel αὐτὸν vel αὐτόν. malui hoc. Post ἐκὼν interpolui εἶναι, vt est in Ed. Bas. consentientibus Angl. & Lugd. C. idem supra scriptum in Lugd. A. in reliquis libris omittitur. De genere loquendi vid. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 3. & not. ad *Thom. M.* p. 290.

16. Τῶν εἰς Ἄλαισαν ἀφικνουμένων] Notanda verbo codicum Lugd. A. B. & Angl. scriptura, παρὰ τῶν εἰσαφικνουμένων, praetermisso nomine Ἄλαισαν. Reliqui libri omnes εἰς Ἄλαισαν ἀφικνουμένων; quare hoc repraesentaui. Si epistolam, siue Halesae, siue non longe ab Halesa, datam fingimus, Phalaris, ea, quae de Stesichoro hic scribit, παρὰ τῶν εἰς Ἄλαισαν ἀφικνουμένων potuit audire. Melius tamen scripsisset παρὰ τῶν ὡς vel πρὸς ἡμᾶς vel ἐμὲ ἀφικνουμένων, vt ep. v. Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς Περίλας, κ. τ. λ. & alibi.

19. Στ. δὲ ἄνετον εἶναι] Haud dubie ἄνετον hic positum ea virtute, qua, quae deo alicui sacra sunt, ἄνετα & ἄφετα dicuntur. vid. *Harpocr.* v. Ἄνετον. & not. ad *Hesych.* v. Ἄφετοι. De Stesichoro itaque accipio, quem Musis dicatum esse & vacare lyrae, vt sinant, Himerenses hortatur auctor. Supra, in hac ep. Ἀλλὰ ταῖς θεαῖς αὐτὸν ἀφήκαμεν, αἷς ἐστι κατάσχετος. & dein, ἀλλ' ἥδεσθην ἱερὸν ἄνδρα——καὶ ταῖς Μούσαις ὡς ἀληθῶς κατεπεπιστευμένον. adde not. ad ep. IX.

22. Τῶν

ſes, ne eum abripiatis ad abſona & abſurda, quae nouiſſima eius fuerunt, reipublicae gerendae ſtudia: neque enim ipſe voluntarius ſe tradit, ſicut intelligo ex iis, qui Haleſam adueniunt, ſed victus veſtra iniquitate & vi. Deſiſtite igitur a vi ei inferenda, & vtimini aptioribus. Steſichorum vero ſacrum eſſe, ac lyrae ſuae vacare, ſinite: nec ſimiles mihi hoſtes ei inſtruite, non ſimiliter fortaſſe eum tractaturos. Quod ſi omnino ſociis in gerenda republica indigetis, tales e vobis alios deligite, quos ego, dum cepero, prout mihi libuerit, ac meus in vos animus fuerit, ſine vlla religione conficiam.

XIII. STESICHORO.

Ne cura, Steſichore, Eubuli & Ariphanti apud me accuſationem, neque aliquantum graueris, quod conſpirationis in nos cauſam in te conferre tuaque pulcherrima carmina voluerunt. In quantum enim Himerae venimus diſcrimen, etiam tu noſti: cum vero nihil inſanabile ſimus paſſi,

I gau-

22. Τῶν προσπολιτευομένων] Reddunt plerique, quaſi ſit τῶν πολιτευομένων. Dum προσπολιτευομένους dicit auctor, ſocios factionis cogitat, qualis fuerat Steſichorus, Himerenſium. Si qui codex adiuuaret, non alienum videretur τῶν πρὸς ἡμᾶς, vel ἐμὲ πολιτευομένων, vt loqui ſolet noſter. v. ep. VII. VIII. IX. & hac ipſa, ſupra, τῶν πεπολιτευμένων πρὸς ἡμᾶς: ſed nihil variant MSS. nec opus eſt mutatione.

23. Καὶ ὑμῖν τύχω κεχαρισμένος] Inſolentius, vt opinor, dictum πρὸς ὑμᾶς τύχω κεχαρισμένος, vt adhuc editum fuit. In MSS. varie exhibentur verba, & quidem in Lugd. A. & Angl. καὶ ὑμᾶς τ. κ. in Lugd. B. & Marg. Ald. καὶ ὑμῖν τ. κ. Lugd. C. καὶ ἡμῶν τ. κ. cum illis itaque ſcripſi καὶ ὑμῖν τ. κ. Quod in Lugd. C. eſt, ἡμῶν forte ortum ex πρὸς ὑμῶν; quod, ſi plures haberent libri, ſophiſtae eſſe, videri poſſet.

29. Εἰς σὲ ἀναφέρειν] Qui ſolus ex omnibus MSS. hanc epiſtolam exhibet, Burm. habet ἐπί σε ἀναφ. atque ita noſter, ep. ex. alibi tamen, εἰς σὲ ἀ. vt hic editi. vid. ep. XIV. XCIV. cet.

30. Παρ' ὅσον μὲν γὰρ ἤλθομεν ἐν Γ'μέρᾳ κινδύνου] *Thucydideum* eſt, vt l. III. p. 199. l. 11. Παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου. l. VII. p. 448. l. 63. Παρὰ τοσοῦτον μὲν αἱ Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου. Loquendi rationem illuſtrant *Duker.* ad libr. VIII. p. 550. & *Abreſch.* Dil. Thucyd. p. 606. Γὰρ, omiſſum in Burm. cum editis retinui, referri poteſt ad ἐπιβουλῆς.

γε τὴν ἐκείνων αἰτίαν μᾶλλον ἢ ἀνιᾶσθαι, τῆς τε ῥώμης ἕνεκα τῶν ποιημάτων, ἃ σοι ἐπιπνέουσιν αἱ θεαὶ, καὶ ἡμῶν περιόντων, εἴ σοι ἄρα τὶ μέλομεν. ἀντεξήτακας γὰρ καὶ τὰ μέλη πλέον, ἢ κατὰ λύραν, δυνάμεως ἔχειν, καὶ Φάλαριν μεῖζον, ἢ κατὰ τυ- 35
ραννοκτόνους. ἡμεῖς δὲ παρακινδυνεύσαντες ἐσχάτως, καὶ εἰς τύραννον ὡρμήσαμεν, καὶ εἰς ἑταιρείαν ἐμήναμεν, καὶ οὐ μεμφόμεθά σε

33. Α'' *σοι ἐπιπνέουσιν αἱ θεαί*] Insolentius dictum *πνέειν*, vt libri habent editi, consentiente quoque, vt plerumque Burm. Infra, in hac epist. rectius, *μὴ δὴ δόξῃς — κατ' ἐμοῦ τι τῶν ἐπῶν — ἐπιπνεῖσθαι*. atque ita, ep. XIX. vbi quaedam a me notata vide. Verbum in hoc loco proprium in orationis contextum recipere non dubitaui.

34. *Εἴ σοι ἄρα τὶ μέλομεν.*] Crebra in libris MSS. confusio verborum *μέλειν* & *μέλλειν* hic quoque in Burm. & Ed. Ven. peperit *μέλλομεν*. alterum temere sollicitandum non est, etsi dictum rarius. Facilis quidem mutatio, *Εἴ σοι ἄρα τὶ μέλει ἡμῶν*. sed *μέλομεν* similibus poetarum, quos non raro sequitur noster, exemplis se facile tuetur. vid. *D' Orvill.* Anim. ad *Charit.* l. III. p. 252.

34. *Ἀντεξήτακας γὰρ καὶ τὰ μέλη πλέον, ἢ κ. λ. δ. ἕ. κ. Φ. μεῖζον, ἢ κ. τ.*] Nescio, an in versione auctoris sensum assecutus sim. Graeca obscura sunt & mendosa passim in hac & CXLV. (LXXXVI.) epistola. quibus nullum habeo e MSS. subsidium. BOYL. Graeca, vt adhuc in exemplis omnibus edita sunt, sic sonant: *ἃ παρεξήτακας γὰρ κατὰ μέλη πλέον ἢ κατὰ λύραν δυνάμεως ἔχειν, καὶ Φάλαριν μεῖζον' ἢ κατὰ τυραννοκτόνους.* quae, non iniuria, *obscura esse & mendosa* dicit *Boyleus*. & sane parum aut nihil hic vidisse interpretes, ipsumque *Boyleum*, exempla *Phalaridis*, quae fecerunt, Latina inspicienti facile apparebit. quare ea excutere nolo. Vitium manifestum est: si enim retinebis *ἃ παρέξήτακας*, non erit, vnde pendeat *ἔχειν*: hoc si mutabis in *ἔχει*, vt saltem constructio grammatica constet, tum magis etiam haerebis in illis, *καὶ Φάλαριν μεῖζον' ἢ κ. τ.* De sententia ipsa autem; nihil est, quo referas *ἃ* vel *ἃ παρεξήτακας*, nec aliud verba *κατὰ μέλη πλέον ἢ κατὰ λύραν δυνάμεως ἔχειν*, atque sonitus inanis, nulla subiecta sententia. Addo, auctorem, si voluisset, *ἃ παρεξήτακας*, scripturum fuisse non *ἃ παρεξήτακας γὰρ*, sed *ἃ γὰρ παρεξήτακας*, verisimile videri. Quidquid inest mendosi, elues facillime. Dixerat ante, duplici nomine, oportere, Stesichorum laetari, cum propter vim carminum, eo quod culpam coniurationis in haec conferrent *Eubulus*, ceteri, spectatam, tum quod superstes etiamnum esset Phalaris. Vtrumque dum voluit illustrare, causis additis, haud dubie haec subiecit: *Ἀντεξήτακας γὰρ καὶ τὰ μέλη πλέον, ἢ κατὰ λύραν, δυνάμεως ἔχειν, καὶ Φάλαριν μεῖζον, ἢ κατὰ τυραννοκτόνους.* Vsitatum verbum *ἀντεξελάζειν*, cum dicimur res, ex aduerso veluti positas, considerare, atque comparatione facta, quid haec illaue valeat, expendere. Exempla obuia sunt. inprimis huc quadrat, quod est, apud nostrum, ep. XXXII. *Ε'πυνθάνου, τίσιν ἀντεξήτακα τὸ δύνασθαι Λεοντίνων — περιγενέσθαι* Eadem virtute *παρεξετάζειν* aut *ἀντιπαρεξετάζειν* in quibusdam libris scriptum olim fuisse, nostro in loco, videri potest. malui tamen *ἀντεξετάζειν*, quo alibi quoque vtitur noster. Etsi autem respectu comparationis, cum carmina Stesichori & lyram, tum Phalarin inter & *τυραννοκτόνους*, quasi institutae, dictum quodam modo censendum est, tamen non aliter commo-

de

gaudere te decet, pro eo atque illi accuſarunt, magis quam dolere, cum propter vim carminum, quae tibi adflant deae, tum quod ſuperſtites nos ſumus, ſi quidem aliqua noſtri tibi cura eſt. Compertum enim habes, & carmina plus, quam pro lyra, virium habere, & Phalarin maius aliquod eſſe, quam pro tyrannicidis. Nos autem, extrema periclitati, & in

de reddi poteſt, quam verbo *expendere*, *comperiri*. Quod praeterea mutaui κατὰ in καὶ τὰ, hoc promtius in contextum orationis recepi, quo frequentior horum in MSS. confuſio eſſe ſolet. Etſi talia ſectari nolo, in re nota vnum tamen tango, vbi contrario modo peccatum, apud *Lucian.* tom. II. de Aſtrol. p. 365. l. 11. Ἀμφὶ δέ μιν (Ὀρφέα) ζῶα μυρία ἕστηκεν, ἐν οἷς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ταῦρος καὶ λέων· καὶ τῶν ἕκαστον· εὖτ' ἂν ἐκεῖνα ἴδῃς, μέμνησό μοι τουτέων, κοίη — Vitium in καὶ τῶν ἕκαστον animaduertit *Solanus*, non correxit. ſcribo & interpungo ſic: — καὶ λέων· κατ' ὧν ἕκαστον εὖτ' ἂν ἐκεῖνα ἴδῃς — Ionicum eſt ὧν pro οὗν, pro conſueta, in hoc dialogo, dialecto. Vt hic καθ' ἕκαστον ἐκεῖνα ἰδεῖν, ſic, de Paraſ. p. 864. l. 93. θεῶ δὴ τοὺς ἄνδρας καθ' ἕκαστον, & tom. I. Contempl. p. 491. l. 45. πάντα μὲν οὖν σε ἰδεῖν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς, ἀμήχανόν ἐστιν. Noſtro in loco quod eſt, μεῖζον MS. Burmanniano debetur. in editis erat μεῖζον'. illud, dictum exquiſitius, ſtudio ſectari potuit ſophiſta. Nota ſunt, quae de adiectiuo neutro cum nomine alius generis notant eruditi. Noſtro par omnino exemplum non memini me legiſſe. Dicuntur τὰ μέλη πλέον, ἢ κατὰ λύραν, δυνάμεως ἔχειν, κ. τ. λ. fere, vt in hoc *Antiphan.* apud *Athen.* l. X. p. 444. B. Ὅστις δὲ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. *Plat.* de Rep. II. p. 592. E. Νεκρὸν, ὡς φαίνεσθαι, μείζω ἢ κατ' ἄνθρωπον. *Alciphron.* l. I. ep. XVII. p. 64. Καὶ τὸ βάρος μεῖζον ἦν ἢ κατὰ Φορτίον ἰχθύων. vbi ſimilia leges notata a *Berglero*.

36. Καὶ εἰς τύραννον ὡρμήσαμεν, καὶ εἰς ἑταιρείαν ἐμήναμεν] *Tyrannum quidem egimus, & pariter in Himerenſium amicitia perſtitimus.* i. e. Nollem meam cum Himerenſibus amicitiam violari. etſi quosdam eorum ciues mihi inſidiantes ſuppliciis affecerim. Poteſt etiam ita reddi: Quidquid in me tyranni erat, vici & in tua, *Steſichore*, amicitia perſtiti. BOYL. *Boyleum* non moror. Scripſi ἐμήναμεν, cum ante legeretur ἐμείναμεν, quod ita acceperunt interpretes, quaſi de amicitia, in qua permanſerit, loqueretur Phalaris: ſed tum ſaltem ſcribendum ἐν ἑταιρείᾳ ἐμείναμεν. ne dicam, nullam amicitiam cogitari poſſe, cuius nominandae commoda hic occaſio ſit. Facta ſtudii, quo in tyrannidem ferretur, mentione, dein factionis, quam ad eam obtinendam comparaſſet, commemorandae locus erat. Haud dubie igitur ſcripſit noſter καὶ εἰς ἑταιρείαν ἐμήναμεν, *& cupiditate factionis comparandae exarſimus.* Cernitur inprimis ea poteſtas in copulatis vocabulis, vt γυναικομανὴς ἀνδρομανὴς cet. qualia magno numero cum ſuis declinatis in conſuetudinem loquendi introduxit praeſertim citerior Graecia. Vim eorum explicat *Athenaeus*, p. 464. D. Noſtro ſimile plane exemplum apud antiquos nondum inueni; quod tamen, quin probum & verum ſit, non dubitare me, praeſtitit auctor, ep. LXVIII. Μεμήνασι δὲ ὅμως τινὲς εἰς τοῦτο (τὸ δήμῳ πολιτευόμενον ζητεῖν ἀρέσκειν) ἀνοήτῳ καὶ δυσκαθέκτῳ ὁρμῇ, μᾶλλον δὲ λύσσῃ χρώμενοι. Μαίνεσθαι πρὸς πόλεμον dixit ſchol. ad *Aeſchyl.* Sept. c. Th. 692. Eadem verba confuſa vid. apud *Polyaen.* l. IV. p. 408.

Alia

σε μελλήσαντες ἀναιρεθῆναι, μᾶλλον δὲ ἀναιρεθέντες· οὐ γὰρ, εἰ καὶ ἐτελέσθη τὸ ἄδικον βούλημα, Στησίχορος ἡμῖν παθεῖν ταῦτα ἐπῃνέσατο. σὺ μὲν γὰρ ἴσως ἐπῶν κόσμῳ θεοειδεστάτῳ τυραν- 40
νοκτονεῖν ἐπαινεῖς, καὶ οὐκ ἀποτρέπομεν, εἴ τις θαυμάσει τὸν λόγον, ἀλλ' οὐ Φάλαριν· ἀνδροφονεῖν γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' οὐ τυραννοκτονεῖν. οὗ γὰρ οἶσθα, ἄρχομαι πείρᾳ μαθὼν, οὐδὲ Δρω-

Alia ratio vocis ἑταιρεία, qua de *factione* vel *fodalitio conſpirantium*, etiam optimi vtuntur ſcriptores. A *Platone*, Theaet. 127. C. commemorantur σπουδαὶ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχὰς, καὶ σύνοδοι, κ. τ. λ. In lege, apud *Demoſthen.* in Steph. II. p. 985. E. eſt: Ε'άν τις——ἑταιρίαν συνίστῃ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου——τούτων εἶναι τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς θεσμοθέτας. adde *Plutarch.* Pericl. p. 161. A. Κατέλυσε δὲ (Περικλῆς) τὴν ἀντιτεταγμένην ἑταιρείαν. *Polyaen.* Strat. l. III. p. 247. alios.

39. Τὸ ἄδικον βούλημα] Ep. CIV. Γ'να ——ἐσαεὶ Φυλάττῃς τὸ βούλημα, conſentientibus etiam MSS. quod niſi eſſet, ſuſpicarere, legendum βούλευμα.

40. Σὺ μὲν γὰρ ἴ. ἐπῶν κόσμῳ θ. τ. ἐ.] Libri editi omnes, σὺ μ. γ. ἴσως εἰπὼν, κόσμῳ θ. τ. ἐ. Quid autem ἐπαινεῖν κόσμῳ θεοειδεστάτῳ? Scio, de carminum ſplendore accipiendum eſſe. ſed tum ſententia poſtulat ἐπῶν κόσμῳ θ. Id autem haud dubie latet in εἰπὼν; quod, quum otioſum eſſet, mutare in ἐπῶν, non dubitaui. Loquendi genus ſimile huic *Plutarchi*, Platon. Quaeſt. p. 1010. D. Ο"μηρος ἐπῶν κόσμῳ περιγενόμενος, κ. τ. λ. Eadem ratione, ſed virtute diuerſa, κόσμος ὀνομάτων dicitur a *Dion. Halicarn.* Vit. Lyſ. p. 82. l. 45. *Thucydidi*, l. III. p. 210. l. 64. λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες, προκαλύμματα ſunt ἁμαρτανομένων. ſed alia ibi vocis ἔπεσι ratio. v. integrum locum, quem confer cum *Eurip.* Phoen. 472. & ibi not. a *Valckenario*. Noſter, dum ἐπῶν κόσμον dicit, carmina cogitat *Steſichori*, ante etiam, in hac epiſtola, κάλλιστα ἔπη nominata; quibus Steſichorum, fingit, pro more veterum, laudes tyrannicidarum ceciniſſe, idque interpretatos eſſe Eubulum, ceteros, quaſi eſſent in Phalarin ſcripta. De eo carminum genere, vid. *Cicer.* pro Mil. c. XXIX. &, ibi, commentatores, quique *Ciceronis* quoque meminit, *S. Petitum*, ad Legg. Att. p. 229.

43. Οὗ γὰρ οἶσθα, ἄρχομαι πείρᾳ μαθὼν, οὐδὲ Δρωπίδας, κ. τ. λ.] Haec & proxime ſequentia in editis exemplaribus pleriſque ſic exhibentur: Οὐ γὰρ οἶσθα ἄρχομαι πείρᾳ παθὼν, οὐδὲ Δρωπίδας, οὐδ' ἄλλος ἐπιεικὴς ἀνὴρ, οὐδὲ εἷς, ἀλλ' οὐδὲ ὁ σωτὴρ ἐν ἡμῖν Ζεὺς, ἐνέμεινεν ἐν τῷ ἱερῷ κάρτερος· Εὐβούλου καὶ Α'ριφάντου, δυοῖν ἀδίκοιν εἷς δίκαιος ἐγενόμην, τὸν τύραννόν με περιεσώσατο. *Boyleus*, tanquam aliquid deeſſet ante οὐδὲ Δρωπίδας, edidit——παθὼν. .....: οὐδὲ Δρωπίδας ——, inductus forte nota, quam, in margine edit. Baſ. addiderat *Naogeorgus: Graeca valde ſunt hic obſcura, arbitrorque nonnihil deſiderari.* Interpretationes eorum, qui Phalarin Latinum fecerunt, alias aliis deteriores, excutere, atque iis refellendis moleſtus eſſe lectori, nolo. Qui Graeca inſpexerit, niſi plane ſtupidus, animaduertet facile, nec conſtructionem verborum, nec iis ſubiectam ſententiam, vlla ratione ſibi conſtare, quin potius membra quaedam eſſe inuicem diuulſa, atque ita inordinate iuncta, vt, in quamcunque partem conuertantur, cohaerere nullo modo poſſint. Ac primum quidem quod eſt οὐ γὰρ οἶσθα ἄρχομαι πείρᾳ παθὼν, in eo ἄρχομαι, quod de Phalaridis imperio dictum acceperunt interpretes, non

alia

tyrannum erupuimus, & factionis inſaniuimus ſtudio, nec accuſamus te, quod ſtatutum fuit, de medio nos iri ſublatum, quin potius ſumus ſublati: neque enim, etiamſi ad exitum perductum fuiſſet iniquum conſilium, Steſichorus nos haec pati approbaſſet. Enimuero fortaſſe tu carminum apparatu diuino tyrannicidium laudas, neque de-

alia virtute poſitum exiſtimo, quam qua paſſim eo, quum aliquid narrare incipiunt, vel nouum aliquod aggrediuntur argumentum, in ſcriptis ſuis vtuntur veteres. *Demoſthenes*, pro Megalop. p. 155. B. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὕστερον —— λέξω· ἀπὸ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ὑφ' ἁπάντων ἄρξομαι, ἃ κράτιστα νομίζω διδάσκειν. atque ita alibi ſaepe. *Platoni* formula conſueta eſt, ὅπερ ἐγὼ ἀρχόμενος ἔλεγον. vid. Apol. p. 19. A. Theaet. p. 127. F. cet. Apud eundem, in Timaeo, p. 1059. A. Θεὸν δὲ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων, σωτῆρα —— ἐπικαλεσάμενοι, πάλιν ἀρχόμεθα λέγειν. In *Arriani*, de Exp. Alex. l. VII. c. IX. §. 2. Alexander, Καὶ πρῶτά γε, inquit, ἀπὸ Φιλίππου τοῦ πατρὸς, ἥπερ καὶ εἰκὸς, τοῦ λόγου ἄρξομαι. Idem poetis familiare. nota haec *Arati*: Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα ——. Inprimis componi velim *Heſiodi* initium Theog. Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν. Ad quam rationem noſtro in loco ſcribo, Οὗ γὰρ οἶσθα, ἄρχομαι, i. e. *Inde enim, quod noſti, ordior*. Narrationem cogitat eorum, quae Himerae fuiſſet paſſus Phalaris, quaeque feciſſet ipſe; & quidem ab eo, quod ſciret Steſichorus, ſe ordiri, dicit, quod cognita ei repeti inutile erat. Hanc ob cauſam mox, quaſi narrationem quodam modo continuaret, ſubiecit, Οὐδὲ Δρωπίδας, κ. τ. λ. Eſt autem, quod adhuc offendat, πείρᾳ· παθὼν, conſueta in MSS. verborum μαθὼν & παθὼν confuſione corruptum, & haud dubie mutandum in μαθών; vt, apud *Alciphron.* l. I. ep. III. p. 14. Ὀρθῶς ἐγὼ τοῦτο κρίνω πείρᾳ καὶ διδασκαλίᾳ μαθών. Quid autem id, quod mox ait, οὐδὲ ὁ σωτὴρ ἐν ἡμῖν Ζεὺς, ἐνέμεινεν ἐν τῷ ἱερῷ κάρτερος. Adeone impotens & imbellis Iupiter ille σωτὴρ, vt ne ipſe quidem perſiſtere potuerit in templo, ſed Phalaridis oppugnatoribus vna cum reliquis ſuccubuerit? Dixeris, ſophiſtam non raro mediocritatem excedere, &, vt ep. IX. immoderata ſuperlatione vſum eſſe. Concedam, niſi ipſe reſiſtat auctor. Epiſtola enim XIV. vbi idem haud dubie factum reſpicitur, tantum abeſt, vt Iupiter inducatur, tanquam qui ceſſerit vi in templo ſibi illatae, vt e contrario repraeſentetur tanquam iudex eorum, quae in templo acciderint, οὗ Φαῦλος, quique ex iuſto & aequo diremerit certamen. Quid igitur? Dicam, quod ſentio, vbi de reliquis videro. Ibi autem, quid, amabo, δυοῖν ἀδίκοιν εἷς δίκαιος ἐγενόμην? quid dein τὸν τύραννόν με περιεσώσατο? Ac de illo quidem, dubitari non poteſt, quin περιεγενόμην pro ἐγενόμην, ſit ſcribendum: niſi malis, addita particula δὲ, Εὐβούλου δὲ καὶ Α'ρ. δ. ἀ. ἑ. δ. περιεγενόμην. eo tamen opus non eſt. *Thom. M.* Περιεγένετο, ἀντὶ τοῦ ἐνίκησε. In re nota exempla mitto. Paſſim hic verbi vſus obſeruari in noſtro poteſt. conf. ep. XX. XXXII. XLVIII. XCVII. & quo vno res conficitur, ep. XIV. vbi in eodem argumento, Καὶ σὲ καὶ πάντας Ἱμεραίους —— οἶομαι γινώσκειν τοῦτο, ὅτι τῆς ἐν Ἱμέρᾳ συντεθείσης καθ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς, δικαιότερος ὢν τῶν ἐπιχειρούντων περιεγενόμην. In altero, τὸν τύραννόν με περιεσώσατο, apparet, vt opinor, nomen deſiderari eius, qui dicatur περισώσασθαι τὸν τύραννον. Et hae quidem

Δρωπίδας, οὐδ' ἄλλος ἐπιεικὴς ἀνὴρ οὐδὲ εἷς, ἐνέμεινεν ἐν τῷ ἱερῷ κάρτερος· Εὐβούλου καὶ Ἀριφάντου, δυοῖν ἀδικοῖν, εἷς δίκαιος περιεγενόμην, μᾶλλον δὲ ὁ σωτὴρ ἐν ἡμῖν Ζεὺς τὸν τύραννόν με περιεσώσατο. Κόνων δὲ ὁ καταπορνευθεὶς, καὶ Θεαγόρας ὁ τοὺς ὀλέθρους ἡμῖν μηχανησάμενος, καὶ Ἀντιμήδης, καὶ Περικλῆς, καὶ ὅσοι δὴ τούτοις παραπλήσιοι, ἀνῃρέθησαν ὑπ' ἐμοῦ, τῷ δικαιοτάτῳ τῆς ἀμύνης νόμῳ· οὓς, εἰ μὴ καὶ τοσαύτης ἐξουσίας εἰχόμην, ἀποθανεῖν ἂν εἱλόμην ἀντιτιμωρησάμενος. λεγέτωσάν με μιαφόνον, ἄθεον, ἐναγῆ, τύραννον, πολλοῖς πεφυρμένον καὶ ἀνηκέστοις μιάσμασι, καὶ τούτων ἂν δεινότερόν τι εἰπεῖν καθ' ἡμῶν ἔχωσι, μὴ φειδέσθωσαν. ἐπαινοῦντες γάρ με διαβάλλειν ἐοίκασι πρὸς τοὺς χρηστοὺς οἱ πονηρότατοι· ὧν οἱ μὲν ἐπυρώθησαν ὑφ' ἡμῶν ἔμφρουροι τῷ ταύρῳ, οἱ δὲ ἀνεσκολοπίσθησαν, ἵνα ἔμελλον ἐμπρόσωποι ἔσεσθαι τοῖς λοιποῖς, μηδὲν καθ' ἡμῶν τεκταίνειν κακόν. ἄλλοι δ' ὄψεις ἐξηράνθησαν, τινὲς δ' ἄκρα

dem partes, in quem conuenient, niſi in deum aliquem σωτῆρα, quem ſalutis ſuae auctorem praedicauerit Phalaris? Adeſt autem, quem, ſupra, alieno in loco, commemorari, vidimus, ὁ σωτὴρ ἐν ἡμῖν Ζεύς; qui, vt *Ariſtides*, orat. in Iou. p. 8. teſtatur, Ἐν νόσοις καὶ πᾶσι καιροῖς βοηθῶν, σωτὴρ (κέκληται). Monet *Plutarchus*, Reip. Ger. Praec. p. 816. D. Τοὺς μεγάλους καὶ δαίμονα καὶ τύχην τοῖς κατορθώμασι συνεπιγράφειν, vſus inter alia exemplo Pythonis, quem quum ob Cotys necem admirarentur Athenienſes, Ὁ θεὸς, inquit ille, ταῦτα ἔπραξε τὴν χεῖρα παρ' ἐμοῦ χρησάμενος. Apud *Herodian.* l. IV. c. v. §. 14. Antoninus, interfecto fratre, Geta, ſiue, vt ille loquitur, vltus hoſtem; Τί μᾶς δὲ, inquit, χρὴ πρῶτον μὲν θεοῖς εἰδέναι χάριν, ὅτι καὶ τὸν ἕτερον ὑμῖν τῶν βασιλέων ἔσωσαν. Quo in loco praeſertim Iouem Σωτῆρα reſpici, apparet, quum mox additur Βασιλείαν δὲ ὁ Ζεὺς, ὥσπερ αὐτὸς ἔχει μόνος θεῶν, οὕτω καὶ ἀνθρώποις ἑνὶ δίδωσι. Et hae quidem partes paſſim Ioui σωτῆρι conceſſae. De noſtro, ne dubites, quin Iouem ſalutis ſuae auctorem haberi voluerit, inſpici poterit ſupra citata epiſtola XIV. Οὐ γὰρ δήπου Φαῦλος ἂν κριτὴς τῶν ἐν τῷ σφετέρῳ τεμένει τολμωμένων ὁ Ζεὺς ἐγένετο, ὥστε τοὺς δικαιόν τι πράξαντας, ἐν ἱερῷ ὡς ἀδικοῦντας ὑποχειρίους παραδοῦναι τῷ προσκόντως ἂν ὑπ' αὐτῶν ἀπολουμένῳ. His igitur rationibus adductus, verba ἀλλ' οὐδὲ ὁ σωτὴρ ἐν ἡμῖν Ζεὺς, ex antecedentibus transfero ad verba τὸν τύραννόν με περιεσώσατο: vbi, vt omnia apte cohaereant, pro ἀλλ' οὐδὲ, mutatione non magna ſcribendum puto μᾶλλον δέ. *Plutarch.* l. c. E. Θεόπομπος δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων πρὸς τὸν εἰπόντα σώζεσθαι τὴν Σπάρτην διὰ τοὺς βασιλεῖς ἀρχικοὺς ὄντας, Μᾶλλον, ἔφη, διὰ τοὺς πολλοὺς πειθαρχικοὺς ὄντας. Eſt autem in correctionibus particularum μᾶλλον δὲ vſus notiſſimus, & noſtro inprimis familiaris. conf. ep. v. XIV.

hortamur, si quis dictum admirabitur, non autem Phalaridis: homicidium enim huiusmodi res est, non tyrannicidium. Etenim ab eo, quod nosti, ordior, experientia doctus, neque Dropidas, neque alius vir bonus, ne vnus quidem, firmo animo permansit in templo. Eubulum & Ariphantum, duos iniustos, vnus superaui iustus, quin potius ille inter nos seruator, Iupiter, me tyrannum conseruauit. Conon vero, exoletus iste, quique perniciem nobis machinatus est, Theagoras, & Antimedes, & Pericles, & quotquot horum similes, de medio a me sunt sublati iustissima vltionis lege; a quibus etiam, nisi tantam habuissem potestatem, dignas sumsisse poenas, morte mea redimere voluissem. Dicunto me pollutum caedibus, impium, nefarium, tyrannum, multis contaminatum inexpiabilibusque sceleribus, nec, si quid his grauius in nos habeant dicere, parcunto. Quum enim laudant, me traducere videntur apud probos improbissimi; quorum hi con-

XIV. L. LXVIII. LXXXII. CXIII. CXXIII. CXLI. Apparet, quibus fundamentis nitatur, quidquid in orationis contextu mutauerim. Qua in re, etsi fortasse erunt, qui temeritatis me accusent, quod, nullo MSS. codicum subsidio adiutus, mea inuenta fecerim auctoris: malui tamen displicere his, quibus in veterum scriptis vel literam mutare sine MSS. codicum auctoritate, religio est, quam malam ab iis gratiam inire, qui, praesertim in opere confecto, quale nostrum est, legendo, cupiant, sine offensione progredi.

50. T. δ. τ. ἀ. νόμῳ] Insidiatori enim (vt ait *Cicer.* in Mil.) quae potest afferri iniusta nex? est autem haec non scripta, sed nata lex, &c. BOYL.

57. Ε'μπρόσωποι] Sententia perspicua est & clara. de voce, dubito, an proba sit. Apud *Appian.* Lib. p. 53. in re simili est εὐσύνοπτος. Ο' Α'σρούβας — ὅσα Ρ'ωμαίων εἶχεν αἰχμάλωτα ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀγαγὼν, ὅθεν εὐσύνοπτα Ρ'ωμαίοις ἔμελλε τὰ δρώμενα ἔσεσθαι, τῶν μὲν ὀφθαλμοὺς, ἢ γλώττας, ἢ νεῦρα, ἢ αἰδοῖα σιδηρίοις ἐξεῖλκε καμπύλοις. Forte noster scripsit εὐπρόσοπτοι. Sed nihil temere definio: & habet fortasse ille, vt alia multa, ita hoc ἐμπρόσωπος sibi priuum.

58. Ο'ψεις ἐξηράνθησαν] De *oculis exustis* accipiendum est, ac notum iam ab antiquissimis inde temporibus cruciatuum genus: sed verba aliquid singulare habent; saltem, qui sic locutus sit, scriptorem desidero. Habes quidem Ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι, apud *Aeschyl.* Sept. c. Th. 702. &, in *Euripidis* Orest. 389. Oresti —ὀμμάτων ξηραὶ κόραι tribuuntur; sed vtrumque virtute longe diuersa. Vsitata loquendi forma, hac in re, ἐκκαῆναι τοὺς ὀφθαλμούς. vid. *Plat.* Rep. II. p. 594. B. *Parthen.* Erot. c. xx. alios. in *Euripid.* Cyclop. 590. legitur — πυρσοῦν Κύκλωπος ὄψιν. Si ab antiquioribus scripto-

δ' ἄκρα περιεκόπησαν, καὶ κατὰ τροχῶν ἐλυγίσθησαν, καὶ κεφαλὰς ἄλλοι περιεσκυθίσθησαν. οἱ δὲ ὡς ἔτυχεν ἀδικίας προ- 60
ἄρξαν-

ptoribus receſſeris, praeſertim hoc in loco, placuiſſe Graecis videtur πηροῦσθαι τὰς ὄψεις. *Apollod.* l. I. c. VII. §. 21. Ἔνθα ᾤκει Φινεὺς μάντις, τὰς ὄψεις πεπηρωμένος. adde *Laert.* l. X. §. 119. *Herodian.* l. VIII. c. IV. §. 29. alios magno numero. Polyphemi πήρωσιν ὀφθαλμῶν habet *Lucian.* tom. I. D. Mar. p. 294. Non minus frequens, apud eosdem, iſta virtute ſimpliciter poſitum, πηροῦσθαι. ſic *Apollod.* l. c. *Parthen.* Erot. c. XXIX. alii. Vtroque modo ſaepe loquuntur ſcholiaſtae veteres, vt, ad *Apoll. Rhod.* II. 177. *Euſtath.* ad *Hom.* Od. M. p. 1712. l. 15. Ad eandem rationem ὄψεις ἐπηράνθησαν pro ὄψεις ἐξηράνθησαν legendum eſſe noſtro in loco fortaſſe coniecerit aliquis. Ego non temere vulgatum ſollicitandum puto.

59. Τινὲς δὲ ἄκρα περιεκόπησαν] Idem eſt, quod ἠκρωτηριάσθησαν, quod eſt apud *Diodor. Sic.* l. XIII. p. 586. l. 75. & Exc. e l. XXV. p. 567. l. 17. *Polybium*, Hiſt. I. p. 118. alios. Inprimis de naſi, aurium, manuum, ſimiliumque partium abſciſſione accipiendum eſſe, multa tyrannicae ſaeuitiae exempla docent. conf. *Plutarch.* libr. de Exil. p. 606. B. *Appian.* Lib. p. 53. alios. Saepe, addito nomine, partem, quam abſciſſam intelligi volunt, ſcriptores definiunt. Sic ἀκρωτηριάζειν τὰς ῥῖνας ex *Clearcho* habet *Athenaeus*, l. XII. p. 524. Conf. inprimis *Diodor. Sic.* l. XVII. p. 213. l. 46. Quae *Platoni* Legg. XII. p. 983. C. aliis, τὰ ἀκρωτήρια, manus, pedes, aliaeue corporis extremitates, noſtro τὰ ἄκρα ſunt. Paullo aliter *Plutarchus*, de San. T. p. 123. A. Ἡ τῶν ἄκρων περίψυξις εἰς τὰ μέσα συνελαύνουσα τὸ θερμὸν, ὥσπερ τινὰ συνήλειαν ἢ μελέτην ἐμποιεῖ πυρετοῦ. Addo Leontii verba, apud *Alciphron.* l. II. ep. II. p. 220. Ὡς ἐνθυμηθεῖσα τοῦ Τιμάρχου τὸν χωρισμὸν, ἄρτι ἀπέψυγμαι. καὶ ἰδρῶ. καὶ τὰ ἄκρα καὶ ἡ καρδία μου ἀνέστραπται. quam ſententiam ſi leuiter refingas hunc in modum, —ἄρτι ἀπέψυγμαι, καὶ ἰδρῶ τὰ ἄκρα (vel κατὰ τὰ ἄκρα), καὶ ἡ καρδία μ. ἀ. apparebit, vt opinor, quod ignorabat *Bergle-rus*, quid ſibi velit τὰ ἄκρα. Sudorem voluit Leontium, quo, prae ſummo animi aeſtu, maderent inprimis corporis extremitates. Ac frequens quidem ſudoris mentio, vbi vehemens animi perturbatio, ſiue ex amore, ſiue moerore, ſiue metu, ſiue aliunde, orta deſcribitur: prae ceteris tamen conferri *Ariſtotelem*, velim, Problem. Sect. II. 26. & 31. vbi quaerit, Διὰ τί οἱ ἀγωνιῶντες ἱδροῦσι τοὺς πόδας, τὸ δὲ πρόσωπον οὔ; *Alciphronis* locum aliter tentantibus vt non aſſentior, ita, quemadmodum, τὰ ἄκρα ἀνέστραπται dici, placuerit *D' Oruillio*, Anim. ad *Charit.* p. 327. nondum exputo. Τὰ ἄκρα de manibus pedibusque praeſertim accipio, in *Lucian.* tom. II. de Gymn. p. 910. Καὶ ὁ πόνος οὗτος ὠμούς τε αὐτῶν κρατύνει, καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησιν. Plura collegit *D' Oruille*, l. c. vt τὰ ἄκρα Graeciae vindicaret, loci *Lucianei* non immemor.

59. Καὶ κατὰ τροχῶν ἐλυγίσθησαν] Meminit huius loci *H. Stephanus*, App. Th. L. Gr. p. 1393. redditque *torti ſunt & in rotis diſtenti*. Sub nomine *Luciani* citat *Cuiacius*, Obſ. l. III. c. XXVIII. De re ipſa conſule, inter alios, *Barthium*, Aduerſ. l. IX. c. I. p. 410. & *D' Oruill.* ad *Charit.* p. 293. Conſueta loquendi ratio erat στρεβλοῦσθαι, & ἐπὶ τοῦ τροχοῦ στρεβλοῦσθαι, quorum hoc apud *Ariſtoph.* Plut. 876. & *Demoſthen.* III. in Aphob. p. 915. D. illud apud Plat. Rep. II. p. 594. B. & alios paſſim. Apud *Polybium*, Hiſt. l. IX. p. 773. corruptum fortaſſe, Καταφανεῖς γὰρ γενόμενοι, παράχρῆμα προβληθέντες ἀπέθανον, & legendum στρεβλω-

concremati sunt a nobis, inclusi tauro, illi crucibus affixi, vbi spectaculo forent reliquis, ne quid in nos fabricarentur mali: aliorum oculi sunt arefacti, nonnulli, extremis partibus ab-

sciſſis,

βλωθέντες ἀπέθανον. Idem haud dubie reſtituendum *Plutarcho*, de Ad. & Am. Diſcr. p. 60. A. Ὠ̓μότητι δὲ χρωμένου (Πτολεμαίου) καὶ ὕβρει, καὶ τυμπανίζοντος καὶ τελοῦντος, οὐδεὶς ἐνέστη τῶν τοσούτων. pro τελοῦντος ſcribo στρεβλοῦντος, vt in eiusdem libello, ad Princ. Iner. p. 778. E. Τοὺς δ' Ἀπολλοδώρου τοῦ τυράννου καὶ Φαλάριδος καὶ Διονυσίου φίλους καὶ συνήθεις ἀπετυμπάνιζον, ἐστρέβλουν, καὶ ἐνεπίμπρασαν, — Quod aliis ἐπὶ τοῦ τροχοῦ στρεβλοῦσθαι, noſtro qui rariora hic ſectatur, κατὰ τροχῶν λυγίζεσθαι eſt. De verbi autem λυγίζεσθαι virtute conſule *Spanhemium*, ad *Ariſtoph.* Ran. v. 787. Vtrumque iungit *Fl. Ioſeph.* Bell. Iud. II. c. VIII. p. 164. vbi vid. not.

60. Καὶ κεφαλὰς ἄλλοι περιεσκυθίσθησαν.] Verborum Σκυθίσαι, ἀποσκυθίσαι, & περισκυθίσαι vſus rarior effecit, vt ſaepius eorum meminerint grammatici. De ſignificatione non idem omnes ſentiunt. Plerique in id conuenire videntur, eſſe *pellem capitis cum crinibus detrahere* (v. Etymol. M. v. Ἀποσκυθίσαι, *Suid.* v. Ἀπεσκύθιζεν, Ἀποσκυθίσαι & Περισκυθίσαι, alios) quod a Scytharum more, hoſtium, bello interemptorum, capita pellibus nudantium, hisque vtentium pro mantilibus, repetunt *Stephanus*, App. Th. L. Gr. part. I. p. 509. F. p. 1646. F. & *Salmaſius*, Plin. Ex. p. 581. D. Morem Scytharum accurate deſcripſit *Herodotus*, l. IV. p. 277. B. cuius verba praeclare nuper illuſtrarunt duumuiri ſummi, *Weſſelingius* & *Valckenarius*: tametſi, quod ibi eſt, καὶ λαβόμενος τῆς κεφαλῆς ἐξίει, mutatum in — ἐκσείει, defendi forte poteſt non diſſimili *Herodoti* loco, l. II. p. 136. A. Τῇ δὲ τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, τὴν ἐσῆκαν πρότερον. Alterum ſic accipio: Καὶ λαβόμενος τῆς κεφαλῆς ἐξίει (τὴν κεφαλὴν ἐκ τοῦ δέρματος). Cum *Herodoto*, praeter *Plinium*, Hiſt. N. l. VII. c. II. inprimis *Heſychium* componi velim, v. Σκυθιστὶ χειρόμακτρον. Οἱ Σκύθαι, inquit, τῶν λαμβανομένων πολλοῖς ὧν τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες ἦσαν, ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο. quae ſic emendo: Οἱ Σκύθαι τῶν λαμβανομένων ἐν πολέμοις ἀνθρώπων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες, τοῖς δέρμασιν ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο. Nota confuſio in MSS. vocum πολέμοις & πολλοῖς, de qua alibi plura. ἀνῶν, pro ἀνθρώπων ſcriptum, tranſiit in ὧν; ac tandem voces τοῖς δέρμασιν, exeſis vetuſtate forte primis ſyllabis τοῖς δέρμ, reliquerunt ασιν, mutatum deinceps in ησαν. Diuerſa a *Salmaſio* & *Stephano* via inſiſtit *Barneſius*, dum, quod in *Euripidis* Electr. 241. eſt, ἐσκυθισμένον de *tonſura* poſitum, interpretans, vel a more Scytharum, in luctu caput tondentium, repetendum eſſe, monet, vel a Σκύθης, *ferrum* interdum ſonante. Et hoc quidem plane dicere *Stephan. Byz.* videtur, v. Σκύθαι. Καὶ Σκύθης, ὁ σίδηρος. Ὅθεν ἀποσκυθίσαι, τὸ τῷ σιδήρῳ τὰς τρίχας τεμεῖν. Sed *Aeſchyli* eſſe Σκύθης σίδηρος, vt reliqua Σκύθης ὅμιλος, Σκύθην οἶμον iam obſeruauit *Holſtenius*, vid. *Aeſchyl.* Prom. V. 2, & 417. & Sept. c. Th. 823. vbi Σκύθῃ σιδήρῳ, vt in reliquis locis, pro Σκυθικῇ. Genus loquendi notauit iam *Euſtathius*, ad Hom. Il. Ω. p. 1339. inprimis inſpici velim Obſ. Miſc. vol. X. p. 421. ſimilia ſunt in *Lycophronis* Caſſ. 200. χῶρον Σκύθην, v. 917. — βαιβᾷ Σκύθῃ Δράκοντι, v. 1336. Σκύθας ἵππους. Scripſit itaque *Stephanus*, non Σκύθης ὁ σίδηρος, ſed vel Σκύθης σίδηρος vel Σκύθῃ σιδήρῳ, nec aliud voluit, atque *Aeſchyli ferrum Scythicum*, quod eidem tragico Theb. 734. Ξένος — Σκυθῶν ἄποικος eſt, & v. 948. ὁ πόντιος ξεῖνος. Reliqua, quae apud *Stephanum* leguntur, Ὅθεν ἀποσκυθίσαι

ἄρξαντες, ὀλέθρου πικροῦ κατὰ δίκην ἐνεφορήσαντο· δι' οὓς ὁμολογοῦμεν ἀνασταθῆναι τύραννοι, καὶ οὐκ ἀρνησόμεθα κατὰ πονηρῶν μοναρχίας ὀρεχθῆναι, οὐδὲ παυσόμεθά ποτε τῆς ὠμότητος, καὶ ἀπανθρωπίας· πρὸς δὲ τοὺς χριστοὺς ὅμοιοί γε ἔσμεν ἄρχοντες, οἷοί περ ἐγενόμεθα πρὶν ἄρξαι. μὴ δὴ δόξῃς, ὦ Στησίχορε, 65
κατ' ἐμοῦ τι τῶν ἐπῶν, ὅταν κατὰ δυνάστου γράφῃς, ἐπιπνεῖσθαι· ὑποδέχου δὲ ἄσμενος τὰς θεὰς, δι' ἡμᾶς μηδὲν τῶν ἐπὶ νοῦν ἡκόντων ἀποδιοπομπούμενος. ἴσθι γὰρ, ὡς μηδεὶς τυραννοκτονήσει Φά-

θισαι κ. τ. λ. cum non alio consilio *Aeschyli* Σκύθης σίδηρος notauit, quam vt, Σκύθης pro Σκυθικὸς dici, ostenderet, non huius esse, sed alterius, apparet; qui, cum legisset Σκύθης, ὁ σίδηρος, adscripserit reliqua Ὅ'θεν κ. τ. λ. quod, cum nullo idonio testimonio probari possit, Σκύθην per se posse *ferrum* dici, plane a veritate abhorret. In *Theognidis* versu notissimo, Ἀ'λλ' ἄγε δὴ, Σκύθα, κεῖρε κόμην, κ. τ. λ. Σκύθην, non *ferrum*, sed *Scythan*, siue hominem Scythicis praeditum moribus valere, reliqua, quae adduntur, abunde declarant. In alteram sententiam cum *Barnesio* conueniunt *Reinesius*, Var. Lect. l. III. p. 458. eiusque vestigia secutus *Kusterus*, ad *Suid.* v. Περισκυθίσαι; dum locis quibusdam deprauatis, vbi τ pro θ scribitur, apud *Hesychium* & *Suidam*, decepti, duplex comminiscuntur verbum ἀποσκυτίσαι & ἀποσκυθίσαι, quorum illud sit *cutem detrahere*, hoc conueniat in *ignominiosam tonsuram*, qua Scythas vsos fuisse, ex *Athenaeo*, docent illi. Verba eius haec sunt e l. XII. p. 524. F. Διὰ τὸ πλῆθος οὖν τῶν κατασχουσῶν αὐτοὺς συμφορῶν, ἐπεὶ διὰ τὸ πένθος ἅμα τόν τε τῶν βίων ὄλβον, καὶ τὰς κόμας περιεσπάσθησαν παντὸς ἔθνους, οἱ ἔξω τὴν ἐφ' ὕβρει κουρὰν ἀποσκυθίσαι προσηγόρευσαν. Sed difficile dictu fortasse, quid sibi velint haec: ἐπεὶ διὰ τὸ πένθος —— περιεσπ. π. ἔθνους. Quam enim dedit *Kusterus*, interpretationem Graeca nullo modo ferunt, nec video, quemadmodum populi deuicti commode dici possint *spoliari comis* διὰ τὸ πένθος. Ipsa verborum compositio declarare videtur, vel περιέσπασαν legendum, vel saltem περιεσπάσθησαν actiue accipiendum esse, vt sententia sit, *quoniam propter luctum, vna cum opibus comas omnis gentis abripuerunt*, sc. Scythae; quibus opponuntur οἱ ἔξω. Et hoc quidem, generatim dictum de Scythis, falsum esse, opinor: si vero eam tonsuram cogitaueris, cuius vsus erat, quando regis mortui cadauer efferebatur, intelliges, cur διὰ τὸ πένθος illud factum dicatur. De hac ita *Herodotus*, l. IV. p. 279. E. Καὶ κομίζουσι ἐν ἀμάξῃ ἐς ἄλλο ἔθνος· οἱ δ' ἂν παραδέξωνται κομισθέντα τὸν νεκρὸν, ποιεῦσι τάπερ οἱ βασιλῆϊοι Σκύθαι· τοῦ ὠτὸς ἀποτάμνονται, τρίχας περικείρονται, βραχίονας περιτάμνονται, μέτωπον καὶ ῥῖνα καταμύσσονται, κ. τ. λ. Quo autem magis animum induco credere, non aliud tonsurae genus respiciendum esse, in verbis *Athenaei*, siue, vnde ea sunt hausta, *Clearchi*, hoc est, quod idem ibidem p. 524. D. tradit: Τρυφήσαντες (οἱ Σκύθαι) —— εἰς τοῦτο προῆλθον ὕβρεως, ὥστε πάντων τῶν ἀνθρώπων, εἰς οὓς ἀφίκοιντο, ἠκροτηριάζον τὰς ῥῖνας ——. Hoc enim si ad eum morem speciatim retuleris, qui locum habuit in funere regio, cum *Herodoti* testimonio plane conueniet (Tum enim quaeque gens siue ἔθνος, ἐς ὃ κομίζουσι

ſciſſis, torti rotis, atque ex aliorum capitibus cutis detracta, alii, vt quisque iniuriam fecerat ante, diro ſupplicio, vt fas erat, affecti: propter quos, confitemur, tyrannos nos ſurrexiſſe, neque infitiabimur, aduerſus improbos dominatum appetiuiſſe, neque ceſſabimus vnquam a crudelitate, atque immanitate: erga probos vero ſimiles erimus principes, quales fuimus ante, quam principatum obtinuimus. Ne putes igitur, Steſichore, aduerſus me aliquid carminum, ſi quando aduerſus dynaſten ſcribas, afflari: ſed lu-

 bens

ζουσι τὸν νεκρὸν, vt *Herodotus*, l. c. ait, μέτωπον καὶ ῥῖνα καταμύσσονται, ſiue vt *Clearchus*, πάντων τῶν ἀνθρώπων, εἰς οὓς ἀφίκοιντο, ἠκρωτηρίαζον τὰς ῥῖνας): ſin generatim dictum accipis, a ratione abhorret. Tametſi non diffiteor, in ea opinione fuiſſe *Clearchum* ſiue *Athenaeum* videri. Sicut autem, quod de naſo ſauciato ſpeciatim in funere regio, tradidit *Herodotus*, vniuerſe ad omnes, εἰς οὓς ἀφίκοιντο Scythae, retulit *Athenaeus*, ſic tonſuram, διὰ τὸ πένθος in funere regio duntaxat inſtitui ſolitam, ita deſcripſit, quaſi generatim in ſubiectas gentes ea vſi ſuiſſent Scythae, vt cauſam redderet, quare τὴν ἐφ' ὕβρει κουρὰν verbo ἀποσκύθίσαι expreſſerint οἱ ἔξω. Cum autem in iſto tonſurae genere, cuius meminit *Herodotus*, nihil adeo eſſet aut ignominioſi, aut ab humanitate remoti, veri ſimile non eſt, Graecos inde verbum ἀποσκυθίσαι in ignominioſam tonſuram transtuliſſe. Lubens igitur *Salmaſii* amplector ſententiam, a more Scytharum, quum cutem cum crinibus ex capitibus hoſtium detraherent, verbum repetentis: quem ſi quis imitaretur, is proprie σκυθίσαι, ἀποσκυθίσαι, vel περισκυθίσαι videtur potuiſſe dici. Vt hoc vno diſſentiam a viro ſummo, quod Marſyae ſupplicio aptum putauit verbum. Vt mittam *Etymologi*, aliorumque interpretationem, ipſum auctorem noſtrum non alio conſilio verbo περισκυθισθῆναι vſum eſſe, additum τὰς κεφαλὰς declarat; tametſi in hoc ſophiſtam agnoſcas, qui, ne quis temere verbum rariſſimum aliter acciperet, quam de cute detracta ex capite, illud otioſe adiecit, cum per ſe ſuffeciſſet περιεσκυθισθῆσαν, vel ἐσκυθίσθησαν. De altera *tondendi* virtute, cum nullo idoneo teſtimonio conſtet, tale tonſurae genus, quale *Athenaeum* cogitaſſe volunt, Scythis in vſu fuiſſe, imo ſilentio *Herodoti*, non fuiſſe, veri ſimile fiat, non dubito, illam a notione cutem capitis cum capillis detrahendi repetendam eſſe, vt *Etymologus*, alii, inſtituerunt. In rem *Sophoclis* hoc, apud *Athen.* l. IX. p. 410. C. Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος. quo in loco, ſi quid mutandum, fortaſſe pro ἐκκεκαρμένος praeſtabit ἦν κεκαρμένος. Recte *Caſaubonus*, p. 698. de *homine propius cutem detonſo*, interpretatur. Habes manifeſtum verbi ἀποσκυθίσαι a more Scytharum, cutem capitis cum crinibus detrahentium, in illum radendi ἐν χρῷ translati indicium. Atque ita verba ἐσκυθισμένην & ἀπεσκυθισμένην in locis *Euripideis* accipienda eſſe, nemo dubitabit.

68. Α'ποδισποµπούµενος] Verbi vim egregie illuſtrarunt politiſſimus *Ruhnkenius*, ad *Timaeum*, p. 29. & *Pierſon.* ad *Moerin.* Vſum, quem apud citerioris Graeciae ſcriptores habuit, ſecutus eſt noſter, dum id pro *reiicere* poſuit.

Φάλαριν ἔξω τῆς ἰδίας μοίρας, ἣν ἀπὸ νεότητος ἔχομεν καθ' ἑαυτῶν, ἐὰν καὶ τὰ τῶν ὑμνοπόλων σιγηθῇ μέλη· ὅθεν ἥκουσαν αὐτὴν ἀναγκαίως, ὁπόταν θέλῃ, ὡς ὀφειλομένην ἑαυτοῖς ὁμοίως ὑποδεξόμεθα. τοῖς δὲ περὶ Εὔβουλον τυραννοκτόνοις, ἐπεὶ παρὰ ταύτην ἐπεχείρουν, ἆθλα ἀπεδώκαμεν, οὐχ ἃ παρὰ νόμων προσήκει ἀνδράσι κενὴν δόξαν θηρωμένοις ἐπὶ καθαιρέσει μονάρχου, ἀλλ' ἃ παρὰ τυράννου πλέον ἰσχύοντος νόμων. καταπαρέντες γὰρ εἰς τὴν Ἱμεραίων θηρόβοτον ἄχρι τῶν στηθῶν, μετὰ πολλοὺς ἄλλους αἰκίας τρόπους, τῇ λώβῃ διενυκτέρευσαν. σὺ δὲ ὡς ἐπὶ μήκιστον εὐτυχοίης. ἔῤῥωσο. καὶ τὸ μὲν μηδὲν παθεῖν τοιοῦτον οὐκ ἂν συνευξαίμεθά σοι, παρὰ γὰρ τῆς ἰδίας δικαιοσύνης τοῦτ' ἔχειν φαίης ἄν, ἀλλὰ μηδὲ δρᾶσαί ποτε ἀνάγκην γενέσθαι Φάλαριν παραπλήσιον. μέλοιεν δέ σοι μουσῶν εὐκλεεῖς πόνοι, πέμπε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς τῶν ποιημάτων, ἃ τὰς παρούσας ἐπανήσει Φροντίδας.

ιδ'. ΕΤΑΝΔΡΩι.

Καὶ σὲ, καὶ πάντας Ἱμεραίους, μᾶλλον δὲ τοὺς πλείστους Σικελιωτῶν οἶομαι γινώσκειν τοῦτο, ὅτι τῆς ἐν Ἱμέρᾳ συντεθείσης κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς, δικαιότερος ὢν τῶν ἐγχειροῦντων, πε-

69. Ἔξω τῆς ἰ. μοίρας, ἣν ἀ. ν. ἔχομεν καθ' ἑαυτῶν] *Gatakerus*, Ann. in *M. Antonini* l. XI. p. 429. hoc vſus loco, *Forſan*, inquit, *καθειμαρμένην. atque ita interpres*, definitum & conſtitutum. In exemplo, quod *Cuiacii* nomen mentitur, eſt, *contra proprium fatum, quod a primis annis nobis eſt definitum & conſtitutum.* Propius Graeca ſecutus, *Aretinus reddidit praeter proprium fatum, quod — in nos habemus.* *Gatakeri* coniecturae refellendae ſufficit, quod legitur, ep. xx. Ἔπεὶ δὲ ἐκείνη (μοῖρα) καθ' ἡμῶν, καὶ οὐχ ἡμεῖς κατ' ἐκείνης τύρννοι ἀπεδείχθημεν, ἠπίως χρὴ φέρειν.

75. Καταπαρέντες γὰρ εἰς τὴν Ἱμεραίων θηρόβοτον ἄχρι τῶν στηθῶν, κ. τ. λ.] A Graecis plane abit *Aretinus*, dum reddit, *Palis enim pectorum tenus coram Himerenſibus affixi, — in cruciatu pernoctarunt.* Videtur καταπαρέντες accepiſſe, quaſi eſſet a καταπείρω. ſed obſtat, quod additur, εἰς τὴν Ἱ. θηρόβοτον, vnde apparet, referendum eſſe ad καταπαρεῖναι. Aliter *Naogeorgus: Defixus e. in Himerenſium ſolitudinem*, cet. Conſeruato vocabulo Graeco, in Ed. Aurel. eſt, *Detruſi e. in H. therobotum*, cet. *Boyleus* Latine reddidit, *antrum ferarum*, in reliquis

bens ſuſcipe deas, propter nos nihil eorum, quae in mentem veniant, auerſans. Scito enim, neminem tyrannicidam Phalaridis fore, extra proprium fatum, quod a iuuentute aduerſus nos habemus, etiamſi poetarum ſiluerint carmina. Quare id, quum veniat neceſſario, quandocunque velit, perinde atque debitum nobis, ſuſcipiemus. Qui vero cum Eubulo ſunt, tyrannicidis, quoniam praeter id aggreſſi ſunt, praemia reddidimus, non quae a legibus, conuenit, iis, qui inanem gloriam venantur, ob caedem tyranni, ſed quae a tyranno plus legibus pollente. Defixi enim in beſtiarum, quae Himerae eſt, caveam ad pectus vsque, poſt multos alios cruciatuum modos, in vexatione noctem tranſegerunt. Tu vero quam diutiſſime feliciter agas. vale. ac, ne quid tale patiaris, ſane non optauerimus tibi: nam a tua ipſius iuſtitia hoc habere te dixeris; ſed ne quando, facere Phalarin ſimile, neceſſe ſit. Sint tibi curae nobilia muſarum opera, & e carminibus ad nos mitte, quae praeſentes alleuabunt ſolicitudines.

XIV. EVANDRO.

Et te, & omnes Himerenſes, imo vero plerosque Siculorum, hoc, puto, ſcire, me, Himerenſi conſpiratione in me conflata, cum iuſtior eſſem aggreſſoribus, ſuperiorem

 fuiſ-

liquis hanc ſecutus. Dubium videri poteſt, quid ſit ἡ θηρόβοτος. Epiſt. cxxxv. commemorantur τὰ θηρόβοτα Νομάδων ἐνδιαιτήματα, diciturque ἡ θηρόβοτος, vt *Homerica* ἡ αἰγίβοτος, ἡ βούβοτος, cet. Fortaſſe noſter, dum haec ſcripſit, cauernam cogitauit beſtiarum, quales in Oriente fuiſſe, hiſtoria Danielis docet: niſi malis, ſumtum eſſe a ſpecu in amphitheatro Romano, vnde beſtiae in damnatos emitterentur. Eo enim reſpicere ſophiſta potuit. Vt vt eſt, nouum ſupplicii genus eſt, quod fingit ille, dum Eubulum, ceteros, dicit, ad pectus vsque in cauernam beſtiarum demiſſos, noctem in cruciatibus tranſegiſſe, a tyrannica ſaeuitia haud alienum illud. Cum enim ea ratione inferiores corporis partes tantum diſcerpi a beſtiis in cauerna poſſent, diutius viuere cogebantur, quam ſi, quod factum aliquoties legimus, toti obiicerentur beſtiis, aut vna cum his cauea includerentur.

85. Τῆς ἐν Ἱμέρᾳ συντεθείσης κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς.] Eubuli & Ariphanti inſidias intelligit. De quibus, ep. LXXI. (CIX.) quas etiam in templo inſtructas fuiſſe memorat, ep. CXLVII. (XIII.) BOYL.

περιεγενόμην. οὐ γὰρ δή που Φαῦλος ἂν κριτὴς τῶν ἐν τῷ σφετέρῳ τεμένει τολμωμένων ὁ Ζεὺς ἐγένετο, ὥστε τοὺς δίκαιόν τι πράξαντας, ἐν ἱερῷ ὡς ἀδικοῦντας ὑποχειρίους παραδοῦναι τῷ προσηκόντως ἂν ὑπ' αὐτῶν ἀπολουμένῳ. ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἂν ἄλλως ὑπολάβοι. Στησίχορον δὲ πυνθανόμενος ἀνιᾶσθαι, διότι τῆς ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν εἰς τὰς ἐκείνου ποιήσεις οἱ περὶ Εὔβουλον ἀνέφερον, οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὡς ἐμοῦ ταῦτα πεπεισμένου δυσχεραίνειν. εἰ γὰρ τοῖς τοῦτου ποιήμασι προσεῖχον, ὡς φασὶν αὐτοὶ, οὐ πονηρίας ἂν ἀπεγνωσμένης, ἀλλὰ χρηστότητος ὑπερβαλλούσης ἔπαθλον ἤραντο.

ιε'. ΠΕΡΙΣΘΕΝΕΙ.

Τὴν Εὐβούλου καὶ τὴν Ἀριφάντου γυναῖκα, τῶν ἐπιβουλευσάντων μοι, Περίσθενες, ἃς ἑλὼν αἰχμαλώτους ἔπεμψας ὡς ἀπολουμένας πρός με, σφόδρα σπουδάσας τὸ πρῶτον ἀνελεῖν, σέσωκα. καὶ πάντως που θαυμάζεις, ὅτι ὑφῆρκα τῆς ὀργῆς· εἰ δὲ καὶ πύθοιο τὴν αἰτίαν, ὅτι δι' εὐγενείας ὑπερβαλλούσης ἀπόκρισιν,

87. Ἐν τ. σ. τεμένει] Cum quibusdam interpretum reddidi *templum*. infra ἱερὸν dicit; &, hoc ipsum factum respiciens, ep. XIII. Οὐδὲ εἷς ἐνέμεινεν ἐν τῷ ἱερῷ καρτερός. Atque ea virtute τέμενος praesertim obuium est apud citerioris Graeciae scriptores. Nota sunt, quae de voce notat *Eustath.* ad *Hom.* Il. M. p. 907. l. 28. & aliis in locis. Noster pro more cum suis hominibus, non cum Phalaride, locutus est.

90. Ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἂν ἄλλως ὑπολάβοι.] Me scilicet crudelem adeo tyrannum diuina prouidentia conseruatum. BOYL. Quod adhuc fuerat vulgatum, Ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἂν τῶν ἄλλων ὑ. mutaui in T. μ. ο. ο. ἂν ἄλλως ὑ. vt postulat sententia. nec valde repugnant libri scripti. In Angl. est, T. μ. οὖν δὴ οὐδεὶς ἂν τῶν ἄλλως ὑπολάβῃ; sed δὴ & τῶν punctis notantur, tanquam reiicienda; scribiturque οι supra vltimam syllabam verbi ὑπολάβῃ. Dissentit hoc vno Lugd. A. quod pro ἄλλως habet ἄλλων, & ὑπολάβῃ, sine οι supra scripto. Cum edit. conueniunt Lugd. B. & Pal. preterquam quod in his additur δή. Lugd. C. denique id ipsum, quod edidi, exhibet. *Aretinus*, dum reddidit *aliter*, haud dubie legit, aut saltem voluit, ἄλλως. Nisi resistere MSS. viderentur, suspicarere, τῶν remansisse ex ἀνῶν, pro ἀνθρώπων, idque latere in ἂν τῶν; cuius generis vitium notatum quoque supr. p. 73. Haberes aptam sententiam hanc: Ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἀνθρώπων (vel οὐδεὶς ἂν ἀνθρ.) ἄλλως ὑπολάβοι, sed MSS. libros hic quidem sequi malui.

98. Καὶ τὴν Ἀριφάντου γυναῖκα] Argumentum epistolae sumtum forte ex historia Charitonis & Melanippi; de qua conf. prae-

fuiſſe. Nec vero malus iudex auſorum in ſuo templo fuiſſet Iupiter, vt, qui iuſti aliquid feciſſent in templo, tanquam iniuſte facientes in poteſtatem traderet ei, quem illorum manibus interire, par eſſet. Haec autem nemo aliter conceperit: quod vero audio, Steſichorum contriſtari, propterea quod conſpirationis cauſam in eius carmina contulit cum ſuis Eubulus, nolim, quaſi ego haec credam, eum moleſte ferre. Si enim ad huius carmina attendiſſem, vt illi dicunt, non malitiae deteſtandae, ſed bonitatis exſuperantis praemium tuliſſent.

XV. PERISTHENI.

Eubuli & Ariphanti, inſidiatorum meorum, vxores, Periſthenes, quas captiuas miſiſti perituras ad me, cum primum valde ſtudui de medio tollere, ſeruaui. Atque in vniuerſum miraris fortaſſe, me moderatum eſſe irae; ſi vero factum cognoueris propter exſuperantis nobilitatis reſponſionem,

praeter alios, *Aelian.* V. H. l. II. c. IV. Apud *Stobaeum*, S. VII. p. 93. vbi fere tota exſtat, ſcribitur Α'ριστοφάντου: vt quoque in Lugd. B. & Marg. Ald. Α'ριφράντου eſt in Lugd. A. & Angl. in reliquis Α'ριφάντου, vt ep. XIII.

1. Καὶ πάντως που θαυμάζεις, ὅτι ὑφῆρηκα τῆς ὀργῆς] Retinui που cum *Stobaeo*, libris editis, Lugd. C. ac Burm. omiſſum in reliquis. Recte libri omnes ὑφήρηκα τῆς ὀργῆς. *Plutarch.* de Lib. Ed. p. 10. E. τὸ πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαιρεῖν ὀργῆς, & alibi. Sic ἀφαιρεῖν; vt ἀφαιρεῖν τῆς λύπης, *Liban.* ep. DCXLVI. cuius loco, apud eundem ep. CIↃIↃLXXXVI. τῆς λύπης ὑφῆκας, atque ita *Theophylactus Simoc.* ep. XXVIII. τῆς ὀργῆς ὑφῆκας, quod, altero longe frequentius, praeſertim *Herodoto* placuit.

2. Δι' εὐγενείας ὑπερβαλλούσης ἀπόκρισιν] Pro ἀπόκρισιν in libris editis eſt ἀπόδειξιν, quod, etſi probum videri poteſt, tamen in ἀπόκρισιν mutaui; quae codicum MSS. omnium conſtans ſcriptura eſt, ſi a Lugd. C. receſſeris, vbi ἀπόδειξιν. Α'πόκρισιν quoque habet *Stobaeus*; ſed in marg. ἀπόδειξιν, vt marg. Lugd. A. & Angl. Vocat Phalaris εὐγενείας ὑπερβαλλούσης ἀπόκρισιν, *excellentis nobilitatis reſponſionem*, eam, quam mox ſubiicit, harum mulierum. Qui ἀπόδειξιν in locum nominis ἀπόκρισιν ſubſtituerunt, vim infregerunt ſententiae. Illud enim praeſertim mirum videri poterat Periſtheni, propter ſolam reſponſionem mulierum Phalarin abſtinuiſſe a puniendo. Laudatur ſaepe a veteribus τὸ εὐγενὲς in oratione. Apud *Longinum*, Sect. XLII. 9. ὅσα εὐγε-

σιν, μᾶλλον ἂν ἔτι θαυμάσειας. ἐρωτώμεναι γὰρ ὑπ' ἐμοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, εἰ συνήδεσαν τοῖς ἀνδράσιν, οὐ μόνον ἔφασαν, ἀλλὰ καὶ συνορμῆσαι τυραννοκτονεῖν. ἀντὶ ποίας ἀδικίας, εἰπόντος μου, μείζονος ἢ ἐλάττονος εἰς ὑμᾶς ἐξ ἐμοῦ γενομένης; ἰδίας μὲν οὐδεμίας, τῆς δὲ κοινῆς, ἀπεκρίναντο· κοινὴν γὰρ ἀδικίαν ὑπολαμβάνειν τὸ καταδουλοῦσθαι πόλεις ἐλευθέρας. τί παθοῦσαί, τοι γάρ τοι πάλιν ἐπανερομένου, δίκην ἀποτίσαιτ' ἄν μοι τοῦ μίσους τὴν κατ' ἀξίαν; ἀποθανοῦσαι, προσέθηκαν. ζῆν δὲ, οὐ τεθνάναι, κρίνας, τοὺς μετὰ τοιαύτης ἀρετῆς ἀποθνήσκοντας, Φρονήματός τε τοσούτου, Περίσθενες, ἐγώ δικαίως ἐφεισάμην· σύ τε πάνθ' ὅσα μετὰ τούτων ἔλαβες, ὅτε ἡλίσκοντο, μεταπεμψάμενος αὐτῶν τοὺς ἀναγκαίους ἀπόδος, ἵνα περὶ μηδενὸς ὡς ἠδικημέναι μέμψωνται.

ις'. ΑΝΔΡΟΚΛΕΙ.

Κἀγὼ μὲν ἐσπουδασμένως ἐπέσταλκα Στησιχόρῳ, μηδὲν ἀχθεσθῆναι περὶ τῆς διαβολῆς, ἣν κατ' αὐτοῦ πεποίηνται πρός με οἱ περὶ Εὔβουλον. καὶ σὺ δὲ δός μοι ταύτην τὴν χάριν, ἀνάδοχος αὐτῷ γενόμενος, περὶ τοῦ μηδὲν ἐμὲ πονηρὸν κατ' αὐτοῦ πε-

εὐγενεῖς καὶ ὑψηλοὺς ἐργάζεται τοὺς λόγους, contraria sunt iis, quae ταπεινοὺς ποιεῖ, καὶ ἀσχήμονας. In *Stobaeo* quod est δι' εὐγενείας ὑπερβάλλουσαν ἀπόκρισιν, ferri nequit, nisi scribitur εὐγενείᾳ ὑπερβάλλουσαν ἀ. vt ὑπερβάλλειν τῇ μοχθηρίᾳ, in *Aristoph.* Plut. 109. & similia. sed malo alterum. Quae post ἀπόκρισιν sententiae supplendae gratia adduntur a *Stobaeo*, οὐδὲν πρὸς ἐμοῦ πεπόνθασι, auctoris nostri non sunt; qui ex antecedentibus repeti voluit, ὀφήρηκα τῆς ὀργῆς.

5. Συνορμῆσαι] Sic Lugd. A. B. Angl. & Burm. consentiente *Stobaeo*. reliqui libri συνορμηθῆναι; atque ita marg. Lugd. A. & Angl. meliores libros secutus sum. Infra ἀντὶ ποίας ἀδικίας scripsi pro ἀντὶ ποίας δὲ ἀδ. cum *Stobaeo* & MSS. omnibus, excepto recentissimo Lugd. C. vbi sicut in editis, additum δέ. Ad sententiam quod attinet, ouum ouo vix similius, quam haec illis *Aelian.* l. II. c. iv. p. 76. Ὁ Μελάνιππος ἦκεν ἐπὶ τὸν Φάλαριν, καὶ ὡμολόγησεν οὐ μόνον, κοινωνὸς εἶναι τῷ Χαρίτωνι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἄρξαι τῆς ἐπιβουλῆς. Τοῦ δὲ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν, κ. τ. λ.

7. Τ' πολαμβάνειν] Pro ὑπολαμβάνειν *Stob.* εἶναι; atque sic Burm. & marg. Lugd. A. & Angl. Fortasse scripserat no-

nem, magis etiam mirabere. Interrogatae enim a me, an insidiarum cum viris fuerint consciae, non solum fassae sunt, sed etiam vna tyranni interficiendi impetum cepisse: pro qua iniuria, inquiente me, siue maiore, siue minore, vobis a me facta? priuata nulla, sed publica, responderunt: nam publicam iniuriam existimare, in seruitutem adducere liberas ciuitates: quomodo igitur, rursus quaerente, paenas mihi solueritis odii dignas? moriendo, subiecerunt. Viuere autem ratus, non mori, qui cum tali virtute moriantur, tantae animi elationi, Peristhenes, & ego iure peperci; & tu, quaecunque cum iis accepisti, quum caperentur, arcessitis earum necessariis, redde, vt nulla de re, tanquam iniuriam passae, querantur.

XVI. ANDROCLI.

Et ego studiose scripsi Stesichoro, ne quid solicitudinis haberet de calumnia, quam aduersus eum instruxerunt apud me Eubuli socii: & tu hanc mihi fac gratiam, vt sponsor ei sis, nihil me mali aduersus eum credidisse. Prius enim

L per-

noster, κοινὴν γὰρ ἀδικίαν ὑπολαμβάνειν εἶναι τὸ κ. vt ep. LX. Τ'μᾶς — οὔτε μικροπρεπεστέρους ἔσεσθαι Γελώων, ὑπολαμβάνω. Sed sine εἶναι, ep. CXXXV. Τὴν ἀοίκητον ἐρημίαν — αἱρετωτέραν ὑπολαμβάνω. quare nihil muto.

9. Α'ποτίσαιτ' ἄν μοι] Reuocaui veterem scripturam, quam repraesentant libri editi plerique, ἀποτίσαιτ' ἄν μοι, consentientibus Lugd. B. C. Pal. In reliquis est ἀποτίσαιντ' ἄν μ. quomodo etiam edidit *Boyleus*, editionem *Commelinianam* forte secutus: male. Marg. Ald. habet ἀποτίσαντ' ἄν μ. Oratio directa ad mulieres est, vt ante; Α'ντὶ ποίας ἀδικίας — εἰς ὑμᾶς ἐξ ἐμοῦ γενομένης. Quod antecedit ἐπανερομένου, pro ἐπανερομένου μου, est e codd. Lugd. A. Angl. & Pal. in reliquis additur μοῦ.

10. Ζῆν δὲ, οὐ τεθνάναι κρίνας —] *Euripidis* est, Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; sed sententia diuersa. vid. *Plat.* Gorg. p. 336. C.

12. Ε'γὼ δικαίως ἐ.] Scribitur vulgo, ἐγώ τε δ. ἐ. male. nam aut legendum ἔγωγε δ. ἐ. aut ἐγὼ δ. ἐ. quorum hoc cum Lugd. B. & Burm. in orationis contextu expressi. Si quis liber scriptus haberet φρονήματος τοσούτου, Π. ἐγώ τε δ. ἐ. hoc anteferrem.

πεπιστευκέναι· μᾶλλον γὰρ ἂν πεισθείην, ὡς τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπεβουλεύθην ὑπ' αὐτῶν, ὅπερ ὡμολογήκασιν, ἢ ὡς διὰ τὰς ἐκείνου

21. Ὡς τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπεβουλεύθην ὑπ' αὐτῶν] Quod in Angl. Med. A. B. Lugd. C. & Marg. Lugd. A. eſt ἀρχὴν νὴ δία, non dubito, quin ortum ſit ex οὐδὲ, repetita vocis ἀρχὴν poſtrema litera. hic ſaltem neceſſarium οὐδέ. Parum autem refert, ſiue τὴν ἀρχὴν οὐδὲ, vt alii, ſiue, vt alii libri habent, ἀρχὴν οὐδὲ ſcribatur: quare, in hoc, antiquiores codices, Lugd. A. Angl. Pal. nec non Burm. & plerosque libros editos, ſecutus ſum. Ad ipſam loquendi rationem quod attinet; male τὴν ἀρχὴν οὐδὲ reddiderunt, *initio non*; cum neceſſario deberent, *omnino non*. Quod non monerem, niſi, ab hoc *ſcopulo*, (quem vocat *Hemſterhuſius*, ad *Lucian.* t. I. Nigr. p. 66.) *interpretum*, viros doctiſſimos etiamnum, viderem, haud ita ſibi poſſe cauere, vt non aliquando ad eum offendant. Cum enim, τὴν ἀρχὴν, vel ἀρχὴν, promiſcue modo *omnino*, modo *initio*, ſignificare poſſe, opinentur, & quisque ſoleat, quod ſententiae magis congruum videatur, eligere, nonnunquam fit, vt, dum alios reprehendant, deteriora ſequantur ipſi. Id autem certum videtur, veteres nusquam τὴν ἀρχὴν, vel ἀρχὴν, pro *omnino* poſuiſſe, niſi ſimul propriae poteſtatis habita ratione. Vt, quum dicunt, aliquid τὴν ἀρχὴν οὐδὲ, *omnino non*, factum eſſe, hoc dicunt, quaſi, id *ne inceptum quidem* intelligi, velint; contrario modo, atque aliquid εἰς τέλος, *omnino*, fieri dicitur. de quo ad ep. XXXVIII. Cernitur id in centenis locis, vbi huius formae vſus; vt in *Platonis* Amat. p. 96. F. — πρᾶγμα —, ὃ μὴ εἰδείη τὶς τὴν ἀρχὴν ὅ, τι ἐστίν. Gorg. p. 326. D. ὁ μηδὲ κάμνων ἀρχὴν, cet. quae, ab interpretibus Latinis non intellecta, commode redduntur per *omnino non*. Atque eadem ratio conſtans reliquorum omnium, eſt, vbi particula negans voci ἀρχὴν additur. Cuius generis exempla in ſcriptis antiquiorum Atticorum pauciora, apud *Herodotum*, & reliquos ſcriptores Graecos inueniuntur longe plurima. Non alia ratio eorum eſt, licet rariora ſint exempla, in quibus, loco particulae negantis, ſiue interrogatio, ſiue prohibitio, ſiue aliud ſimile orationem efficit negantem. Ita *Plato*, Lyſ. p. 504. D. Πῶς οὖν οἱ ἀγαθοὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῖν φίλοι ἔσονται τὴν ἀρχήν; interrogando efficit, vt intelligatur — φίλοι οὐκ ἔσονται τὴν ἀρχὴν, *omnino non erunt*. *Lyſias*, Or. pro Mil. p. 162. Οἱ δὲ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντος, inquit, ἀπαγγείλαντος τινὸς, ὡς ἐγὼ λοιδοροῖμι, τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος, ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ, παρὰ τὸν νόμον ζημιῶσαι ἠξίωσαν. Recte doctiſſimus *Taylorus*, argumento e iuriſprudentia Attica ducto, ἀρχὴν, oſtendit, hic, non *magiſtratum*, ſed *omnino*, valere; ſi cauſam vocis ἀρχὴν perſpexiſſet, potuiſſet addere, ἀρχὴν non *magiſtratum* (quando τὴν ἀρχὴν fuiſſet ſcribendum), ſed *omnino*, reddendum eſſe, quia, antecedente ἀπαγορεύοντος, in verbis legis lateat ἀρχὴν οὐδ' ἐν συνεδρίῳ λοιδορεῖν. Verba παρὰ τὸν νόμον, quae vulgo, vt opinor, male antecedentibus iunguntur, tranſpoſita interpunctionis nota, ad ſequentia ζημιῶσαι ἠξίωσαν retuli. Cum lex haberet, τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορουῦντας ζημιοῦν, is autem, cuius agitur cauſa, ne quidem ingreſſus fuiſſet εἰς τὸ ἀρχεῖον, Οἱ μετὰ Κτησικλέους — παρὰ τὸν νόμον ζημιῶσαι ἠξίωσαν. Ad idem genus porro pertinet, licet diſſimili paullum ratione, quod eſt in *Heliodori* l. IX. p. 409. Ὀργὴν τὸ πρᾶγμα ποιησάμενος (ὁ Τ'δάσπης), εἰ τὴν ἀρχὴν ὅλως ἀντιστῆναι διενοήθησαν, ἀλλὰ μὴ τὴν πρώτην (ſic lego e cod. Pal. pro παρὰ τὴν πρώτην. vid. *Ariſtoph.* Theſmoph. 669.) ἑκοντὶ Φέροντες αὐτοὺς ἐνεχείρησαν. Cogitauit is, Hydaſpen exſpectaſſe, Syenitas, de quibus lo-

perſuaſum haberem, me nullis omnino inſidiis ab iis petitum, quod confeſſi ſunt, quam propter illius carmi-

loquitur, τὴν ἀρχὴν οὐδὲ reſtituros: vbi, quod additur, ὅλως, plane otioſum, facile abeſſe poteſt. Atque haec quidem rariora. Propius ad primum genus accedit illud *Heliodori*, l. IV. p. 180. Τὸ μὲν ἀπείρατον γενέσθαι τὴν ἀρχὴν ἔρωτος, εὔδαιμον· quod idem atque Τὸ μὲν μὴ πεῖραν ἔχειν τὴν ἀρχὴν ἔρωτος, id eſt, *omnino imperitum eſſe*, cet. Atque ita vbique, vbi τὴν ἀρχὴν ſiue cum negatione, ſiue in oratione negante, aut priuante, ponitur, per *omnino* reddendum. E contrario, quaecunque aientia, aut horum ſimilia, ſunt, in iis omnibus ſemper *in initio*, *primum*, vel ſimile ſonat. In rem *Herodoti* locus, l. VIII. p. 574. D. Ὁ'ντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπαι. vbi, ſi ἀρχὴν poſteriori parti adiungas, ἀρχὴν οὐκ erit *omnino non*, ſin priori, verba, Ὁ'ντινα τρόπον ἀρχὴν, ſonabunt, *quomodo in initio*, vt reddendum eſſe monuerunt *Weſſelingius* & *Valckenarius*, quod, infra, reſpondeat τέλος. vid. not. p. 679. Non alia ratione accipiendum eſſe, in *Herod.* l. VIII. p. 576. D. E. (vbi ab omnibus *omnino* redditur) ipſa orationis docet contextus: Οἱ στασιῶται σφι γενόμενοι, ἐπεβούλευον θάνατον Στράττι——, ἐόντες ἀρχὴν ἑπτά· ἐπιβουλεύοντες δὲ ὡς φανεροὶ ἐγένοντο, ἐξενείκαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἑνὸς τῶν μετεχόντων, οὕτω δὴ οἱ λοιποὶ ἓξ ἐόντες ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου——. dicit, eos, qui inſidias ſtruerent Stratti, *initio*, vel *primum*, ſeptem fuiſſe: conſilio vero patefacto ab vno eorum, reliquos, qui aufugerent, ſex fuiſſe. Similia qui deſideret, inſpiciat *Herod.* l. I. p. 40. C. l. II. p. 166. E. IV. p. 313. B. *Plat.* Conu. 1185. D. *Conon.* Narr. I. ap. *Phot.* p. 423. cet. in vno & altero quorum, ἀρχὴν——ſiue proprie, *in initio*, reddas, ſiue *olim*, parum refert (vid. quae eam in rem notauit *Lud. Abreſch*, Dil. Thucyd. p. 714. & eum ſecutus *Weſſel.* ad *Herod.* p. 44.): ſi modo teneatur, non eſſe pro *omnino* accipiendum. Sufficerent haec ad vſum vocis ἀρχὴν illuſtrandum, niſi reſtarent loca quaedam, quae ſententiae noſtrae obeſſe nonnullis videbuntur fortaſſis. Vt, apud *Laertium*, l. IV. 51. Οὗτος (ὁ Βίων) τὴν ἀρχὴν μὲν παρητεῖτο τὰ Ἀκαδημαϊκὰ, καθ' ὃν χρόνον ἦκουε Κράτητος· εἶτ' ἀνείλετο τὴν Κυνικὴν ἀγωγήν——. Sed diſputare nolo, debeatne τὴν ἀρχὴν παραιτήσασθαι reddi per *in initio*, an per *omnino*, *aſpernari*, vt putat *Fabricius*, Bibl. Gr. vol. II. p. 54. cum particula εἶτα, quae antecedenti τὴν ἀρχὴν reſpondet, manifeſto doceat, τὴν ἀρχὴν hic ſonare *in initio*. Id autem mirum mihi videtur, quomodo dici ſiue *initio*, ſiue *omnino*, *aſpernatus* τὰ Ἀκαδημαϊκὰ Bion poſſit tum, cum audiret Cratetem, qui Academicus eſſet: ne dicam, in hoc quoque ſecummet pugnare *Laertium*, quod, cum inter Academicos, & quidem, vt, ſupra l. IV. §. 23. ait, inter Cratetis diſcipulos ἐλλογίμους numeret Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην, ὕστερον δὲ Θεοδώρειον——ἐπικαλούμενον, hic ita de eo loquatur, quaſi nunquam inter Academicos fuiſſet. Haud dubie vitium ineſt in verbo παρητεῖτο, ſic corrigendum fortaſſis: Οὗτος τὴν ἀρχὴν μὲν ἐπανῃρεῖτο τὰ Ἀκαδημαϊκὰ, καθ' ὃν χρόνον ἦκουε Κράτητος· εἶτ' ἀνείλετο—— Conf. noſtrum, ep. II. Sic οἱ τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένοι *monachi* dicuntur a ſcriptoribus eccleſiaſticis, notante *Hemſterh.* ad Luc. Tim. p. 154. Tum autem τὴν ἀρχὴν neceſſario reddendum *initio*. Habes Bionem, initio Academica ſectatum, diſcipulum Cratetis, atque eo nomine merito inter Academicos relatum a *Laertio*; de quo dubitaſſe *Fabritius*, l. c. videtur: dein autem, relicta Academia, ad alia ſtudia conuerſum, & Theodo-

reum

ἐκείνου ποιήσεις, ἀλλ' οὐ διὰ τὰς ἰδίας κακουργίας εἴησαν ἐπιβεβουλευκότες.

ιζ'. ΣΤΗΣΙΧΟΡΩι.

Σὺ περὶ ἡμῶν, ὦ Στησίχορε, μηδὲν μήτε ἐν ᾠδαῖς, μήτε ἄλλοθί που λέγε· οὐδὲν γὰρ βούλομαι μᾶλλον, ἢ σιωπᾶσθαι τὰ ἡμέτερα. τῶν δὲ ἄλλων φθόνος οὐδείς, ὑπὲρ ὅσων ἂν αὐτός τε κατὰ σαυτὸν ἐθέλῃς, κἀπὶ νοῦν ἄγει τὸ δαιμόνιον. πολιτείαν δὲ φεῦγε μάλιστα πάντων, ἡμᾶς ὁρῶν, ὃς ἡνίκα μακαριστὸς εἶναι ἐδόκουν πᾶσιν, ἐπὶ τούτοις ἐμαυτῷ σύνοιδα μάλιστα ἀνιωμένῳ. εἰ δ' ἐγώ σοι κατ' ἐμαυτὸν εἰκότα πάσχειν φαίνομαι, μοναρχίας ὀρεχθεὶς ἑκών, ὑπὲρ πατρίδος δέ σοι πολιτευο-

reum factum. Quae haud dubie causa est, cur inter Academicos a *Cicerone* non numeratur: quod si perspexisset *Aldobrandinus*, ad *Laert.* IV. 46. huius silentium non obiecisset *Laertio*. Subiicio *Herodoti*, l. I. p. 4. E. Ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω, ὥστε——; vbi alii *principio*, alii *omnino*, reddunt; neutrum bene. dicitur enim ἀρχὴν μηχανᾶσθαι fere, vt ab *Achille Tatio*, l. II. p. 73. Ἀρχὴν δὲ ἐγώ σοι παρέξω. Ipse *Herodotus* in eodem, quo ante, negotio versans, p. 6. A. suum ἀρχὴν explicat per ὁρμὴν, dum, Ἐκ τοῦ αὐτοῦ μὲν χωρίου, inquit, ἡ ὁρμὴ ἔσται, ὅθενπερ——. Magis huc pertinere fortasse nonnullis videbitur hoc *Lysiae*, Or. c. Eratosth. p. 192. Πάντως δὲ τὴν μὲν πόλιν γενέσθαι τὴν ἀρχὴν δεῖσθαι χρημάτων. quae manifesto mendosa, si quemadmodum *Taylorus* voluit, emaculanda sunt & reddenda, corruit, quidquid de vsu vocis ἀρχὴν differui: legendum enim putat ille πάντας δὲ αἴσθεσθαι, τὴν μὲν πολιτείαν ἀρχὴν δεῖσθαι χρημάτων, ibique ἀρχὴν sonare *omnino*. Quod vt multis refellatur, opus non est: neminem enim fore, opinor, qui non cum *Marklando*, Coni. in *Lys.* p. 559. malit, Πάντως δὲ τὴν μὲν πόλιν πένεσθαι, τὴν δ' ἀρχὴν δεῖσθαι χρημάτων. vbi τὴν ἀρχὴν recte reddit ille *imperium*, *magistratus*: quemadmodum etiam accipiendum esset, in *Lys.* Or. pro Mil. p. 166. si recte legeretur, ζημιώσαντες ὡς τὴν ἀρχὴν λοιδοροῦντα· nam nec *initio* reddi, sententia, nec *omnino*, vocis ratio a me explicata, nec alterutrum, res ipsa, de qua fermo est, patitur. Recte autem hanc postulare ἐν ἀρχείῳ monuit doctissimus *Taylorus*. Apud *Alciphron.* l. III. ep. LII. p. 396. vbi, Καὶ ἤδη, inquit, αὐτοῖς ἡ πρᾶξις εἰς τὴν ἀρχὴν προκεχώρηκε, erunt fortasse, qui, εἰς τὴν ἀρχὴν pro *omnino* accipi posse, putent, vt in hoc *Pausaniae*, Lacon. p. 274. Οὕτως οὐδὲ ἐγχωροῦν ἐστιν ἐς ἀρχήν. Sed in hoc, additum οὐδὲ efficit, vt sonet *omnino non*; sicut, mutata structura, in *Lucian.* tom. II. de Paras. p. 878. Ἀγνοεῖς, ὅτι ἔξ ἀρχῆς οὐδὲ παράσιτός ἐστιν οὗτος, ἐξ ἀρχῆς οὐδὲ *omnino non* valet. In illo, si vel *omnino* reddi posset, tamen id respueret sententia. Multo mi-

na, non autem propter ſuam ipſorum malitiam inſidiatos eſſe.

XVII. STESICHORO.

Tu de nobis, Steſichore, nihil, neque in carminibus, neque alibi, dic: nihil enim malo, quam taceri res noſtras. De aliis, non eſt, quod vetem, de quibus & ipſe per te velis, & mentem iniicit deus. Rempublicam vero fuge maxime omnium, ac nos vide, qui, quum beatiſſimus eſſe videbar omnibus, hoc mihimet conſcius ſum grauiſſimae maeſtitiae illatae. Quod ſi tibi ego quod ad me probabilia pati videor, quum tyrannidem appetiuerim voluntariam, pro patria vero tibi, rempu-

minus de *initio* cogitandum: quare vel cum *Berglero* ſcribendum ἐς τὴν ἀκμὴν, vel, quod ego malo, εἰς τὴν ἀρπαγήν. hoc enim exigere potiſſimum videtur id, quod ſubiicitur, τὰ ἐκ τῆς οἰκίας σκεύη καθ' ἓν ὡς ἐπέμφωρα λαμβάνουσι, κ. τ. λ. Tranſeo ad haec *Athenaei*, l. XV. p. 675. F. Περὶ δὲ τοῦ Ναυκρατίτου στεφάνου, τίς ἐστι τὴν ἄνθην, πολλὰ ἀναζητήσας, —— ἐνέτυχον ὀψέ ποτε Πολυχάρμου —— βίβλῳ περὶ Ἀφροδίτης. Recte, ſi verba ſpectes, *Caſaubonus*, vir ſummus, p. 956. pro τὴν ἄνθην reponit τὴν ἀρχήν; ſed, dum antecedentibus iungit, τίς ἐστι τὴν ἀρχὴν, idque reddit, *qualis omnino ſit*, a vero aberrat. diſtinguendum enim hoc modo: Περὶ δὲ τοῦ Ναυκρατίτου στεφάνου, τίς ἐστι, τὴν ἀρχὴν πολλὰ ἀναζητήσας, —— ἐνέτυχον ὀψέ ποτε ——, i. e. *Cum (initio* vel) primum *multum inquiſiui, incidi tandem* ——. reſpondent inter ſe τὴν ἀρχὴν & ὀψέ ποτε; vt, ſupra, ἀρχὴν & τέλος, ἀρχὴν & εἶτα; atque ita ἀρχὴν & νῦν, in *Ariſtaeneti* l. II. ep. III. p. 204. Σὲ γὰρ —— χρὴ —— μὴ μόνον τὴν ἀρχὴν ἐσπουδακέναι τῷ γάμῳ· ἀλλὰ καὶ νῦν αὐτὸν σαλεύοντα διορθοῦσθαι. vbi recte reddunt *in initio*: nec enim, quod antecedit, μὴ ad τὴν ἀρχὴν pertinet. Reſtat, minime omnium praetermittendus, *Apollonii Tyanenſis* locus, ep. XLIV. Ἐπεὶ πῶς ἄν μου κατεγινώσκετε; χαλεπὴν κατάγνωσιν, ὑπομνήσεως τὴν ἀρχὴν δεομένων, περὶ ἂν μόνων οὐδὲ τῶν ἀμαθεστάτων ἄν τις περιμείνειε διδαχθῆναι· λέγω δὲ πατρίδος τε καὶ ἀδελφῶν. Habes τὴν ἀρχὴν in oratione aiente, pro *omnino*: neque enim, per *initio* reddi, ſententia patitur. Sed requiritur *omnino non*; adeoque legendum: Ἐπεὶ πῶς ἄν μου κατεγινώσκετε χαλεπὴν κατάγνωσιν, ὑπομνήσεως τὴν ἀρχὴν οὐ (vel οὐδὲ) δεομένων, i. e. *eorum, quae admoneri, omnino opus non ſit* (patriam puta & fratres). Nihil itaque in hoc loco, quod a conſueta, quam monſtraui, loquendi via recedat; nec puto, vsquam repertum iri: quidquid autem huius ſit, ei vel commoda interpretatione, vel emendatione, ſuccurrendum eſſe.

28. Τ'πὲρ ὅσων ἂν ἐθέλῃς, κἀπὶ νοῦν ἄγει ——] Confer quae de modorum varietate notarunt *D' Orvill.* ad *Charit.* l. I. c. XII. p. 132. & *Lud. Abreſch*, Anim. ad *Aeſchyl.* l. I. c. XVI. p. 104.

τευομένῳ, καὶ δημοκρατίας, οὐδὲν ἀπαντήσεσθαι δυσχερὲς οἴει· τὸ μὲν καθ' ἡμᾶς ἄφες νῦν, εἰς δὲ σαυτὸν ἀτενὲς βλέψον, ὦ Στησίχορε, καὶ κατανόησον, οὐ γὰρ ὑπὲρ βελτιόνων τὶς οὐδὲ καθαρωτέραν ὁδόν σου βαδίσας, ἥψατο πολιτείας· ἀλλ' ὅμως λόγισαι κατὰ σαυτὸν, οἷα μὲν πρὸ τούτων ἔπαθες, οἷα δ' ἐμέλλησας παθεῖν, εἰ μὴ τοιοῦτος ἐχθρὸς ἤμην ἐγώ. καί τοι καλόν γε, κἂν εὑρῇ τις, καὶ κατ' οὖρον φέρηται παρὰ τῆς τύχης, μὴ πάντα

36. Καὶ κατανόησον.] Male antecedentes editores maioris interpunctionis notam posuerunt post κατανόησον, nulla habita interpositionis ratione. Voluit auctor, καὶ κατανόησον (οὐ γὰρ, —— ἥψατο πολιτείας) οἷα μὲν —— ἔπαθες, in loco verbi κατανόησον, repetiti post interpositionem, perspicuitatis causa positis ἀλλ' ὅμως λόγισαι ——. Mox πρὸ τούτων, ab interpretibus redditum *ante hac*, pro ὑπὲρ τούτων est, πατρίδος puta, καὶ δημοκρατίας. Vsum praepositionis, in Comm. ad *Homerum* variis locis notauit *Eustathius*.

40. Κἂν εὑρῇ τις, καὶ κατ' οὖρον φέρηται π. τ. τ.] *Stephanus* Th. L. Gr. t. III. 682. D. reddit *Licet res ad vota, fortunae benignitate, succedant*; si sententiam spectes, recte. Propria fere Stoicorum sunt εὖρους, εὖροια, εὐροεῖν, in εὐδαιμονίας descriptione. vid. *Menag.* ad *Laert.* VII. §. 88. p. 298. *Gatak.* ad *M. Anton.* l. II. §. 5. l. V. §. 34. & *Vpton.* Ind. *Arrian.* Epict. v. Εὐροέω. Generatim autem, *quidquid prospere cedat, in eo* εὑροῆσαι *frequens esse solere*, docuit clarissimus *Wesselingius*, ad *Diod. Sic.* l. II. p. 156. l. 39. Εὐροίαν πραγμάτων, & similia, dixisse *Polybium* & *Plutarchum*, idem ostendit ibid. ad l. XX. p. 429. l. 75. Atque ad hanc rationem *Clearchi*, apud *Athenaeum*, l. XII. p. 524. C. verba, male distincta, accipio: Μόνον δὲ νόμοις κοινοῖς πρῶτον ἔθνος ἐχρήσατο τὸ Σκυθῶν, εἶτα πάλιν ἐγένοντο πάντων ἀθλιώτατοι (leg. ἀγριώτατοι. vid. *Strabon.* l. VII. p. 458. A.) βροτῶν διὰ τὴν ὕβριν. ἐτρύφησαν μὲν γὰρ, ὡς οὐδένες ἕτεροι, τῶν πάντων εὐροίας (vulgo, ὡ. ο. ἕτεροι τῶν πάντων, εὐρροίας) καὶ πλούτου καὶ τῆς λοιπῆς αὐτοὺς χορηγίας κατασχούσης. Sicut autem ὁ βίος, τὰ πράγματα, cet. sic ii ipsi, quorum, vt ait *Seneca*, ep. cxx. *Vita secundo defluit cursu*, εὐροῆσαι a Stoicis dicuntur. In Epict. *Arrian.* l. II. c. xix. p. 290. iungit ἐλευθέρους, εὐροοῦντας, εὐδαιμονοῦντας, & passim alibi. Conuenit nostrum κἂν εὑρῇ τις. Alia longe virtute, puto, veteres εὖρουν & εὑρεῖν dixerunt. Nota sunt *Homerica*, ποταμὸς εὔῤῥοος, & similia. vid. not. ad *Hesych.* v. Εὖρουν, Ε'ὔῤῥειτο & Ε'ὔῤῥεῖος. Apud *Hippocrat.* Aphor. II. 9. quid sit τὰ σώματα εὔροα ποιέειν, docet *Galenus*, notante *Foesio*, Oec. Hipp. v. Εὖρουν. In l. VI. de Legg. p. 873. D. *Plato*, τοὺς ἀστυνόμους, vult, ὑδάτων τῶν ἐκ Διὸς εὐροίας —— ἐπιμελεῖσθαι. & l. VII. p. 876. D. Η' δὲ παιδοποιΐα, inquit, ——δεκέτις ἔστω ——, ὅταν εὔροια ᾖ τῆς γενέσεως· ἂν δὲ ἄγονοι ——. Ad flumen orationis idem transtulit, in Phoedr. p. 1216. E. Παρὰ τὸ εἰωθὸς εὔροιά τις σὲ εἴληφε. quem vsum, apud *Synesium*, quoque notauit *Wessel.* l. c. Reperitur quidem εὐροεῖν de *rebus ad voluntatem fluentibus, in Aeschyli* Pers. 603. Sed ab eo profectum esse, nedum ista virtute, valde dubito. Verba haec sunt: Ο"ταν δ' ὁ δαίμων εὐροῇ, πεποιθέναι Τὸν αὐτὸν αἰεὶ δαίμον' οὐριεῖν τύχης. Vbi praeterquam quod εὐροεῖν ista potestate ceteroquin antiquioribus incognitum fuisse videtur, id inprimis offendit,

blicam gerenti, & populari ſtatu, nihil moleſti euenturum, putas: res noſtras mitte nunc, Steſichore, ac, tuimet ipſius contemplatione defixus, conſidera neque enim pro melioribus aliquis, neque viam ingreſſus aequiorem, attigit rempublicam: verum tamen reputa tecum, qualia pro his paſſus ſis, & qualia fuiſſes paſſurus, niſi talis hoſtis fuiſſem ego. Atqui pulchrum eſt, etiamſi probe fluant res alicuius, & ſecundis ven-

dit, quod, qui modo εὑροεῖν, mox, genere translationis mutato, οὐρίζειν dicitur ὁ δαίμων. Suſpicor verbum notius ΕΤΡΟΗι vnica litera praetermiſſa in minus noti ΟΤΡΙΣΗι locum ſubſtitum eſſe. tum autem elegans repetitio eſt verborum οὐρίσῃ & οὐριεῖν. Loca *Aeſchyli*, vbi id verbum, vt & copulatum ἐπουρίζειν, reperitur, in medium attulit clariſſimus *Lud. Abreſch*, Anim. ad *Aeſchyl.* l. I. c. xxx. p. 217. vid. etiam *Budaeus*, C. L. Gr. p. 850. & *H. Stephanus*, Th. L. Gr. tom. II. p. 1497. G. cet. Vnum Platonis locum pluribus hic deſcribi, non, vt opinor, aegre feret lector, ſi graui eum vulnere ſanatum a me viderit. Δεῖ ἄρα, (inquit Socrates, Alcib. II. p. 457. B.) καὶ πάλιν καὶ ψυχὴν τὴν μέλλουσαν ὀρθῶς βιώσεσθαι, ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀντέχεσθαι ἀτεχνῶς, ὥσπερ ἀσθενοῦντα ἰατροῦ, ἢ τινος κυβερνήτου τὸν ἀσφαλῶς μέλλοντα πλεῖν. ὅσῳπερ ἂν μὴ πρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς. ἄνευ γὰρ ταύτης, ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν, ἢ σώματος ῥώμην, ἢ καὶ ἀλλό τι τῶν τοιούτων, τοσούτῳ μείζω ἁμαρτήματα ἀπ' αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, γίγνεσθαι. Habes, ab ὅσῳπερ ad τοσούτῳ, non niſi membra male iuncta, & quae nullo modo cohaerere poſſint. Certum eſt, inter ſe reſpondere ὅσῳπερ & τοσούτῳ. tum autem ferri nequit ἂν μὴ πρότερον. pertinet enim ἐπουρίσῃ ad illa, ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν, κ. τ. λ. nec patitur id, vt interponatur ἄνευ γὰρ ταύτης. Scribo autem pro μὴ πρότερον, parua mutatione, λαμπρότερον, quando: ſi pro γὰρ ponetur γε, ſic ſaltem cohaerere verba poterunt: ὅσῳπερ ἂν λαμπρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς, ἄνευ γε ταύτης (ἐπιστήμης), ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν, —— τοσούτῳ μείζω, κ. τ. λ. Sed tum in verbis ὅσῳπερ ἂν ——, vt antecedentibus apte iungantur, particulam γὰρ, vel ſimile, requiri, apparet; nec parum loci concinnitati obeſt illud ἄνευ γε ταύτης, ſic interpoſitum. Verbis igitur, ἄνευ γὰρ ταύτης ſolummodo transpoſitis, ſic a *Platone* ſcriptum fuiſſe, opinor: Ἄνευ γὰρ ταύτης (ἐπιστήμης) ὅσῳπερ ἂν λαμπρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν, ἢ σώματος ῥώμην, ἢ καὶ ἀλλό τι τῶν τοιούτων, τοσούτῳ μείζω ἁμαρτήματα ἀπ' αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, γίγνεσθαι. Vocabulum λαμπρότερον quin conueniat huic loco, nemo dubitabit, niſi neſciat, id cum de vento, tum de fortuna, vivendi ratione, aliis, frequenter vſurpari. Ipſa οὔριος καὶ λαμπρὸς ἄνεμος iunguntur a *Polyb.* l. I. p. 63. Sed in viam. Sicut εὐροῇ, ſic alterum κατ' οὖρον φέρηται, inferioris ſcriptorem aetatis prodit: ne dicam de ταυτολογίᾳ, quam iam, ſupra, notaui, ad ep. IV. p. 16. Solent quidem variae, e re nautica ſumtae, loquendi formae in fortunae ſucceſſus transferri a veteribus, vt a *Platon.* Legg. VII. p. 896. C. πάντα ἡμῖν κατ' ὀρθὸν πλεῖ, *Anaxandrida*, apud *Athenaeum*, l. VI. p. 263. C. —— τὸν γὰρ οἴακα στρέφει Δαίμων ἑκάστῳ, aliis: ſed nihil ſimile noſtri. Diuerſa ſane ratione *Aeſchyl.* Sept. c. Th. 696. Ἵ'τω κατ' οὖρον κῦμα κωκυτοῦ

πάντα ποιεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῇ τύχῃ. καὶ γὰρ σὺ νῦν αὐτὸς, οὔτε τύραννος Ἱμεραίων, οὔτε ἐχθρὸς πᾶσιν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἐν πολιτείαις καὶ φίλοις, ὡς ἐνόμιζες αὐτὸς, δι' οὓς ἐχθροὺς ἔσχες ἡμᾶς, κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν τυραννήσας, παρόν μοι νῦν αὐτῶν διὰ σὲ καὶ σοῦ στοχαζόμενος, ἀλλ' ὅμως λόγισαι κατανοήσας, πόσα ἄττα πέπονθας ὑπ' αὐτῶν. εἰ δὲ βούλει, τὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀγαθὰ μὲν πλεῖστα πεπονθότα, κακὸν δὲ μηδὲν, μήτε μὴν ἀχαριστηθέντα, καθάπερ σὺ, σκέψαι· καὶ μάθοις ἂν, ὡς ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὅστις τῶν κοινῶν ἀφέμενος, τῶν ἰδίων προέστηκεν· καὶ ὃς οὐκ ἄλλο τι οἴεται τὸ ἑαυτοῦ πράσσειν, ἀλλ' ἢ σκοπεῖν, ὅπως μάλιστα ἡσθήσεται.

ιη' ΑΡΙ-

τοῦ λαχὸν — τὸ Λαΐου γένος. 860. Ἀλλὰ γόον, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον Ἐρέσσετ' — & Perſ. 481. Ναῶν δὲ ταγοὶ — Κατ' οὖρον — αἴρουνται φυγήν. E contrario, ad illud prope accedit hoc *Lucian.* tom. II. Tox. p. 514. Μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν (οἱ πολλοί). Eiusdem generis ſunt, cum quis ἐξ οὐρίας πλεῖν, vel τὰ πράγματα ἐξ οὐρίας φέρεσθαί τινι, ſimilia, dicuntur: quae in ſcriptis Graecorum citerioris aetatis, & Chriſtianorum obviae ſunt loquendi formae. Cum noſtro fere conuenit *Libanius*, ep. DLXXX. Ἀνάγκη τοὺς ἐμοὺς ἑταίρους ἐξ οὐρίων φέρεσθαι, τῆς Ἀθηνᾶς λυσιτελοῦντα πεμπούσης ἄνεμον.

41. Μὴ πάντα ποιεῖν ἀ. ἐπὶ τῇ τύχῃ] Redditur vulgo *fortunae committere*, vel ſimile, quod eſt, ἐπὶ τῇ τύχῃ ποιεῖσθαι, vid. *Plutarch.* l. adu. Col. p. 1107. F. & *Lucian.* I. Piſc. 612. *Aretinus*, *Non omnia ad fortunae licentiam experiri.* Malo, *non omnia facere, cauſa fortunae.* De forma loquendi, πάντα ποιεῖν, vid. ad ep. XLVIII.

42. Ἀλλ' ἐν πολιτείαις καὶ φίλοις, ὡς ἐνόμιζες αὐτός] Scribendum fortaſſe ἐν πολίταις καὶ φίλοις. *Aeſchin.* ep. II. p. 206. B. ἀπεστερημένοις — πολιτῶν καὶ φίλων. adde *Liban.* ep. LXXI. & DLII. Pro ὡς ἐ. αὐτὸς rectius legeretur ὡς ἐνόμιζες αὐτοὺς (φίλους), δι' οὓς, κ. τ. λ. ſed ſine MSS. hic quidem mutare aliquid nolo.

44. Κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν τυραννήσας —] *Graeca obſcura ſunt, nec plena opinor.* Haec *Naogeorgus.* Qui Phalarin fecerunt Latinum, nihil habent, quo eius expedias ſententiam. Interpoſitio non diſſimilis ei eſt, quam ſupra notaui, hac epiſtola. Iungenda ſunt, Καὶ σὺ νῦν αὐτὸς ..... λόγισαι κατανοήσας, ... Additur poſt interpoſitionem, vt ſupra, ἀλλ' ὅμως. Quae interponuntur, verba, κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν τυραννήσας, παρόν μοι νῦν αὐτῶν διὰ σὲ καὶ σοῦ στοχαζόμενος, de induſtria imperfecta reliquiſſe videtur auctor,

ventis ferantur a fortuna, non omnia facere ipsum causa fortunae. Etenim ipse tu nunc, qui nec tyrannus Himerensium, nec hostis omnibus, sicut nos, sed in ciuibus & amicis, vt eos putabas, propter quos hostes habebas nos; & ego quidem, si tyrannus non essem, cum facultate mihi nunc data de iis per te, & de te coniecturam faciam: verum tamen reputa apud animum, quanta passus sis ab iis. Si vero vis, eum, qui a ciuibus bona quam plurima, mali nihil, sit passus, cuique denegata gratia nulla, quemadmodum tu, considera: ac didiceris, hunc illum esse, qui publicis missis, priuatae suae rei praeest, quique nihil aliud suum agere putat, quam vt videat, quomodo maxime laetetur.

auctor, ex iis quae subiiciuntur, supplenda. Cogitauit haud dubie hoc: Κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν τυραννήσας, παρόν μοι νῦν αὐτῶν διὰ σὲ, καὶ σοῦ στοχαζόμενος, λογισαίμην κατανοήσας, πόσα ἄττα πέπονθα ὑπ' αὐτῶν. *Equidem, si tyrannus non essem, quum facultate nunc mihi data de iis per te, ac de te, coniecturam faciam, cum animo meo reputarem, quanta passus sim ab iis.* In interpretatione Latina orationem ad Graecum exemplum composui.

46. Πόσα ἄττα] Pro πόσα operarum vitio in ed. Bas. scriptum πάσα infecit quoque Aurel. Pro ἄττα *Boyleus*, edit. Commelin. secutus, edidit ἅττα; male. vid. not. ad *Thomam M.* v. Α"ττα. Vocem ab antiquis Atticis, *Platone*, aliis, vsurpatam, multi sophistarum mirum in modum affectarunt. ideo συνεχὲς τὸ ἄττα reprehendit in Lexiph. Sopolis, ap. *Lucian.* t. II. p. 346. Vid. *Reitz.* ad *Luc.* t. III. Rhet. Pr. p. 17. & auctores ibi citatos.

48. Ἀχαριστηθέντα] Auctor lexici rhetorici MS. quod, Parisiis, in bibliotheca regia, descripsit *Ruhnkenius* meus, Ἀχαριστεῖν, inquit, τέτακται μὲν ἐπὶ τὸ πλεῖστον πρὸς τοὺς εὖ παθόντας, ὅταν μὴ βούλωνται χάριν ἐκτίνειν τοῖς εὖ πεποιηκόσιν· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τῶν χαρίζεσθαι μὴ θελόντων χρῶνται τῷ ἀχαριστεῖν. Quod priore loco ait ille, si ad citeriorum temporum scriptores Graecos referatur, verum esse, opinor. ita *Plutarch.* Adu. Stoic. p. 1068. D. *Heliod.* VIII. p. 386. alii. Alterum magis placuisse antiquis videtur. vid. not. supra, p. 13. atque ea virtute dictum hic quoque accipio, quia tanquam contraria ponuntur ἀγαθὰ μὲν πλεῖστα πεπονθότα, & κακὸν δὲ μηδὲν, μήτε μὴν ἀχαριστηθέντα.

50. Τὸ ἑαυτοῦ πράσσειν] In hanc sententiam multi conueniunt philosophorum. Inprimis conferri velim illud *Chrysippi*, e libr. IV. de Vitis, apud *Plutarch.* de Stoic. Rep. p. 1043. B. Οἶμαι γὰρ ἔγωγε τὸν φρόνιμον καὶ ἀπράγμονα εἶναι καὶ ὀλιγοπράγμονα, καὶ τὰ αὑτοῦ, πράττειν ἁπλῶς.

ιή'. ΑΡΙΣΤΟΛΟΧΩι.

Εἰ τὸ Στησίχορον ἀδείας ἀξιωθῆναι παρ' ἡμῖν αἰχμάλωτόν ποτε γενόμενον, ἐπαίρει σε κατ' ἐμοῦ γράφειν τραγῳδίας, ὡς πᾶσι τοῖς ποιηταῖς ἡμέρως προσενεχθησομένου μου, πολὺ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνεις. οὐ γὰρ ἀποδέχομαι κοινότητι ποιητὰς, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ποιητῶν· οὐδὲ τοὺς εἰς ἔχθραν ἐμοὶ καταστάντας, ἀλλὰ τοὺς γενναίους τῶν ἐχθρῶν. σὺ δὲ κακὸς μὲν ποιητὴς, ἄναλκις δὲ ἐχθρὸς ὢν, καὶ κατ' ἀνδρείαν καὶ κατὰ δύναμιν ποιητικὴν Στησιχόρῳ σεαυτὸν προσεικάζεις. γνώσῃ δὲ τὴν τοῦ λεγομένου διαίρεσιν οὐκ εἰς μακρὰν, οὐ περὶ ὧν εἰς ἡμᾶς γρά-

52. ΑΡΙΣΤΟΛΟΧΩι.] Refertur hic Ariſtolochus ab *Hieron. Raguſa* inter poetas Siculos, in Elog. Sic. n. XXXIII. Tragicum, ſed confictum a noſtro auctore, putat *Bentleius*, in Diſſ. de Ep. Phal. & Reſp. ad Boyl. Cenſ. XI. Hunc ſequitur *Fabric.* Bibl. Gr. vol. I. p. 669. Summum, nihil aliud effici ex hac epiſtola poteſt, quam poetam, ſed malum, fuiſſe, vid. not. infra, ad l. 54.

54. Ἐπαίρει σε κατ' ἐμοῦ γράφειν τραγῳδίας.] Silentio praetermittere ſcripturam antiquiſſimorum librorum, Lugd. A. & Angl. nolo, vbi eſt *ἐπέρεισέ σε.* idem habet Pal. omiſſo *σέ.* Quo fere fit, vt, in quibusdam libris, ſuſpicer, ſcriptum fuiſſe *ἐπέῤῥωσέ σε — γράφειν*: quomodo, ep. L. legitur, *Τὰ πολιτεύματά σου ... Τίμανδρε, καὶ ὁ πολὺς οἰκτισμὸς ... ἐπέῤῥωσε .. οὐδὲ βουλομένους τοὺς περὶ* Κλ. *ἐνεῖρξαι τῷ ταύρῳ.* &, ep. LVII. — *ἐπέῤῥωσας, μηδὲν ὀκνεῖν αἰτεῖσθαι παρὰ σοῦ.* Eliget lector, quod volet: ego cum pleriſque libris ſeruaui *ἐπαίρει*; de cuius verbi vi conſule *Ruhnkenium*, ad *Timaei* Lex. Plat. p. 87. Quod additur, *κατ' ἐμοῦ γράφειν τραγῳδίας*, quaſi proprio nomine tragoedias voluiſſet noſter, acceperunt omnes, qui hoc vſi ſunt loco. Tum autem iure merito a *Bentleio*, Diſſ. de Ep. Ph. XI. reprehenditur noſter, quod tragicum inducat, qui Phalarin, dum viueret, tragoediae fecerit argumentum. Opponit quidem *Boyleus*, in ſua Cenſura, (D. Bentl. Diſſ. vpon the Ep. of Phal. Exam.) p. 180. 181. antiqui temporis, quam putat, conſuetudinem; ſed quo exitu, videbis in *Bentleii* Reſp. ad B. Cenſ. XI. p. 160. Quamquam autem in illo facile aſſentior *Bentleio*, vocem *τραγῳδίαν* inter alia indicio eſſe operis commenticii, & Phalaridi falſo adſcripti: in tanta tamen rerum omnium ignoratione eius auctorem fuiſſe verſatum, non puto, vt, viuos etiam, opinaretur, argumento eſſe tragoediae poſſe. Quid ergo? non tragoedias, quae proprie dicuntur, cogitauit, ſed dira quaecunque, quae in Phalarin, tanquam crudeliſſimum tyrannum, cum tragico quodam verborum apparatu ſcriberet iſte Ariſtolochus; quo animo quoque ep. XCIII. *Τὰ ἀποτελέσματα*, inquit, *σοὶ δεινότερα πάσης τραγῳδίας φυλάξῃ μὴ γίνεσθαι.* Forma loquendi ex eo fere genere eſt, cuius haec, apud *Achill. Tat.* l. VIII. p. 497. *Καὶ ἐπὶ τοῦτο πάνυ δεινῶς ἐσχετλίασεν, τύραννον ἀποκαλῶν με, καὶ ὅσα κατετραγῴδησέ μου.* quod hic verbis, id cum ſcripto factum ſignificare vellet noſter, non *κατατραγῳδεῖν μοῦ*, vel *κατ' ἐμοῦ τραγῳδεῖν*, ſed *κατ' ἐμοῦ τραγῳδίας γράφειν* dixit. Nec alia ratione accipiendum puto, quod legitur ep.

XVIII. ARISTOLOCHO.

Si Steſichoro, cum aliquando apud nos captiuus eſſet, data venia te effert ad tragoedias in me ſcribendas, quaſi ego omnes poetas clementer ſim tractaturus, multum a vero aberras. Neque enim communiter recipio poetas, ſed bonos e poetis, neque qui hoſtiliter ſe gerunt in me, ſed generoſos ex hoſtibus. Tu autem cum malus poeta, tum hoſtis imbellis, & fortitudine & vi poetica Steſichoro te aſſimilas. Cognoſces autem, quomodo id, quod dico, diſcriminetur, non longo poſt tempore, non ob ea, quae in nos ſcribis; omnium

 enim

ep. XCIII. Ἀλλ' ἔπη καὶ τραγῳδίας εἰς ἐμὲ γράφεις, ὡς ἀνιασόμενον. vbi, tametſi tanquam diuerſa carminum genera commemorari videantur ἔπη καὶ τραγῳδίαι, non aliae tamen cogitandae tragoediae ſunt, quam quas ſupra deſcripſi: ſiue τραγῳδίας per ſe poſitum ſic accipere, ſiue ἔπη καὶ τραγῳδίας, velis, pro ἔπη τετραγῳδημένα. Exſtant, niſi fallor, eiusmodi tragoediarum exempla varia in his ipſis Epiſtolis; vt inter alia, ep. XIII. Λεγέτωσάν με μιαιφόνον, ἄθεον, ἐναγῆ, τύραννον, πολλοῖς πεφυρμένον καὶ ἀνηκέστοις μιάσμασι. Virtute diuerſa, ſed conſtructione non diſſimili, dictum, quod eſt in *Heliod.* l. II. p. 76. Σὺ δὲ καὶ διαπόντιος ἥκεις, ἑτέραν καθ' ἡμῶν σκηνὴν Ἀττικὴν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τραγῳδήσουσα. In Theſmoph. 91. quod dicit *Euripides*, Οὑτὶ τραγῳδῶ καὶ κακῶς αὐτὰς (γυναῖκας) λέγω, eo morem hominis, tragoediis ſuis acerbius in genus muliebre inuehentis, reſpicit comicus.

55. Προσενεχθησομένου μου] Quod edidit *Boyleus*, προσηνεχθησομένου, ad exemplum ed. Baſil. & Commel. eſt. reliqui libri recte προσενεχθησομένου. Μοῦ, praetermiſſum in ed. Baſ. & Boyleana, expreſſi, reliquos libros ſecutus. Loquendi rationem eandem habes, qua vtitur, apud *Suid.* v. Ἀναβολὴ, *Aelianus*; vbi Apollo & Iupiter ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσαντο Φαλάριδι ἔτη δύο, ἀνθ' ὧν ἡμέρως Χαρίτωνι καὶ Μελανίππῳ προσηνέχθη.

58. Τοὺς γενναίους τῶν ἐχθρῶν] E codd. Lugd. A. Angl. Pal. Burm. Med. C. & ed. Ven. repoſui τοὺς γενναίους τῶν ἐ. pro τοὺς γενναιοτάτους τῶν ἐχθρῶν, quod reliqui libri habent, adſcriptum quoque in marg. Lugd. A. & Angl. Dicitur, vt modo τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ποιητῶν, & ſimilia paſſim.

60. Γνώσῃ δὲ τὴν τοῦ λεγομένου διαίρεσιν οὐκ εἰς μακράν] Melius μεγίστην, ne coincidat cum οὐκ εἰς μακράν. BOYL. Editur vulgo Γν. δὲ τὴν ταχίστην τ. λ. διαίρεσιν, οὐκ εἰς μακράν. Quod *Boyleo* in μεγίστην mutandum videbatur, ταχίστην abeſſe malui, ſecutus Lugd. A. Angl. & Pal. Fortaſſe hoc, alteri interpretando adſcriptum, dein tranſiit in orationis contextum. *Xenoph.* Inſt. Cyr. l. V. p. 81. l. 7. Ἀμυνούμεθα τοὺς πολεμίους οὐκ εἰς μακράν· ἀλλ' ἐπειδὰν τάχιστα ἀριστήσητε, κ. τ. λ. & ſic ſaepe alii, cum verbo futuri temporis. Quod ſubiicitur, περὶ ὧν εἰς ἡμᾶς γράφεις libri MSS. omnes habent, ſi a Med. A. receſſeris; vbi, ſicut in editis, π. ὧ. εἰς ἐμὲ γρ. Ven. tamen εἰς ἡμᾶς. Infra τῶν δραμάτων generatim dictum, vt ſupra τραγῳδίας, accipio, & id vſui ſcriptorum conuenienter quoque.

γράφεις, πάντων γὰρ ἂν εἴην ἀψυχότατος, εἰ καὶ τῶν σῶν ἐπιστραφείην δραμάτων, ἀλλ' ὅτι τοιοῦτος ὢν ἐχθρὸς καὶ ποιητὴς τῶν αὐτῶν σεαυτὸν καὶ Στησίχορον ἀξιοῖς.

ιθ'. ΣΤΗΣΙΧΟΡΩι. 65

Νικοκλῆς ὁ Συρακούσιος, οὐκ ἀγνοεῖς δ' ἴσως, ὃν λέγω, διὰ γὰρ ἐπιφάνειαν οἰκείαν, οὐκ ἔστι τῶν ἀγνοηθῆναι δυναμένων ὑπὸ Στησιχόρου, γυναικὸς ἀποθανούσης αὐτῷ μέγα προσφάτως καὶ περιττὸν ἐπιτέθειται πένθος. εἰκότως· ἔτυχε γὰρ τὴν αὐτὴν ταύτην ἀδελφιδῆν ἔχων καὶ γυναῖκα. οὗτος ὁ Νικοκλῆς, ἤδει γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὅσοις πρὸς ἀλλήλους κεχρήμεθα πόθοις, πέμψας πρός με Κλεόνικον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἠξίου ὅπως σου δεηθείην ἔπαινον ἐν ποιήσει διαθέσθαι περὶ τῆς ἀνθρώπου. καὶ γὰρ, ὡς πυνθάνομαι Συρακουσίων, πᾶσάν τε τὴν ἄλλην ἀρετὴν, πρὸς δὲ καὶ τὴν ἀνωτάτω σωφροσύνην αὐτῇ μαρτυρούντων, οὐκ ἔστιν ἀνάξιος ὑπὸ τοῦ σοῦ στόματος ὑμνηθῆναι. πεφύλαξαι μὲν οὖν γράφειν εἰς τοὺς κατὰ σεαυτὸν ἀνθρώπους, ἵνα μὴ δόξῃ σου τις ὠνίαν εἶναι τὴν ποίησιν· ἔστι δὲ, πιστὴ φιλότης, οὐδ' αὐτὴ καθ' ἡμᾶς, εἰς τὸ χρεὼν ἀπηλλαγμένη. μὴ δὴ τὸ σύνηθές σου τῆς

66. Νικοκλῆς ὁ Σ.] *Nicodum* per errorem vocat *Th. Fazellus*, de Rebus Sic. I. Dec. I. IX. II. De argumento epistolae, vid. *Bentl.* Diss. de Ep. Ph. XV. & in Resp. ad C. Boyl. p. 275. cet. In nominis Συρακούσιος scriptura variant, vt alibi, apud nostrum, MSS. cum modo Συβρακούσιος, modo Συρακούσσιος, modo Συρακούσιος, scribatur. conf. *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 591. 592.

68. Γυναικὸς ἀποθανούσης αὐτῷ μέγα πρ. κ. π. ἐπιτέθειται πένθος] Interpungunt vulgo sic, Γ. ἀ. αὐτῷ, μ. *H. Stephan.* Th. L. G. t. III. 1497. „ Ex Phalaride, „ inquit, " affertur μέγα ἐπιτέθειται πά„ θος, pro *in magnum luctum incidit.* „ Qui locus si mendo caret, habet affi„ nitatem cum illo Homerico ἄλγεα καὶ „ στοναχὰς ἐπιθεῖναι. " Quod suspicatur ille de mendo, haud dubie verum. Facile id elues, transponenda interpunctionis nota, hunc in modum: Γ. ἀποθανούσης, αὐτῷ μέγα πρ. κ. π. ἐπιτέθειται πένθος. quod ex eo genere est, cuius exempla iam dedit, ne alios nominem, *Bentleius*, Resp. ad B. Cens. p. 176. Poteris etiam αὐτῷ; quando ἐπιτεθεῖται actiue accipiendum: alterum tamen malo, quod ita in omnibus libris legitur. sola Basil. ed. αὐτῶ habet, ac *Naogeorgus* reddit *uxore sibi mortua.*

73.

enim timidiſſimus eſſem, ſi etiam tua curarem carmina: ſed quia talis hoſtis & poeta cum ſis, eiusdem pretii temet ac Steſichorum eſſe putas.

XIX. STESICHORO.

Nicocles Syracuſanus (non ignoras fortaſſe, quem dico: nam propter ſplendorem domeſticum non eſt ex iis, qui ignorari a Steſichoro poſſunt) mortua vxore, ingentem nuper percepit luctum; nec iniuria: habebat enim eandem illam neptem & vxorem. Hic Nicocles, (nouerat enim, quanto nos inuicem proſequamur amore) miſſo ad me Cleonico, fratre ſuo, voluit, precibus a te peterem, vt laudes mulieris verſibus mandares. Etenim, ſicut audio ex teſtimoniis, quae ei praebent Syracuſii, cum reliquarum virtutum omnium, tum ſummae quoque pudicitiae, non eſt indigna, quae tuo ore canatur. Cauiſti quidem in tuos homines ſcribere, ne quis opinaretur venalem eſſe tuam muſam: eſt autem, amice fidelis, ne ipſa quidem de noſtris, quum fato conceſſit. Ne vero propoſiti tui obtentu preces meas auerſeris: neque

73. Ἔπαινον ἐν ποιήσει διαθέσθαι] Sic ep. LXVII. Πολὺν ἐαυτῶν ἔπαινον εὐβουλίας διατιθέμενοι. Vtriusque loci meminit, in Theſ. *H. Stephanus*. Quod pro διαθέσθαι habent Lugd. A. Angl. & Pal. διαφθείρεσθαι morari nolo. Paullo ante malo τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. ſed libri omnes αὐτοῦ.

75. Μαρτυρούντων.] Sic MSS. omnes pro προσμαρτυρούντων, vt antea fuit editum.

76. Πεφύλαξαι, κ. τ. λ.] vid. not. ad ep. XXII.

78. Ἔστι δὲ, πιστὴ φιλότης, οὐδ' αὐτὴ καθ' ἡμᾶς, εἰς τὸ χρεὼν ἀπηλλαγμένη] Nihil hic vidit *Aretinus*. non multo melius interpres, in ed. Aurel. *Fidelis autem amicitia ne noſtra quidem in debitum eſt conuerſa & mutata.* rectius *Naogeorgus: Eſt autem, o fide amice, ne ipſa quidem noſtri ſeculi, opportune hinc digreſſa.* Hunc ſequitur *Boyleus*, praeterquam quod εἰς τὸ χρεὼν ἀπηλλαγμένη conuertit, *ſed fato hinc diſceſſit.* Notae loquendi formae ἐς τὸ χρεὼν ἰέναι, ἀπιέναι, ἀπελθεῖν, cet. pro *mori, concedere fato*, quas diligenter explicuit *Leopardus*, Emend. l. VI. c. x. Negat noſter, Nicoclis vxorem eſſe τῶν κατὰ Στησίχορον, cum ſit fato functa. Per τοὺς κατὰ σεαυτὸν

τῆς γνώμης προβαλλόμενος, ἀποστραφῆς μου τὴν δέησιν· οὐδὲ 80
γὰρ

αυτὸν ἀνθρώπους, quod antecedit, & αὐτὴ καθ' ἡμᾶς, cum ſequatur εἰς τὸ χρ. ἀπηλλαγμένη, auctor reſpexiſſe homines, ſua & Steſichori aetate viuentes, poteſt videri. Sed obſtat ep. XXII. vbi, Steſichorum, ait, εἴς τινα τῶν οὐκέτι ζώντων ἐξενεγκεῖν μέλος, nolle. Neque enim *Boyleo* temere accedo, τῶν ἔτι ζώντων legendum eſſe praecipienti. vid. ibi not. Quare generatim magis dictum accipio, τοὺς κατὰ σεαυτὸν ἀνθρώπους, de iis omnibus, in quos ſi carmen conſcriberet Steſichorus, venalis videri poſſet illius muſa. Eſt nimirum praepoſitionis κατὰ, in hac loquendi forma, tam diuerſa fere vis, quam diuerſae poſſunt diuerſos homines inter aut res intercedere rationes. Nec tantum οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι homines dicuntur noſtri ſaeculi, vel noſtra aetate viuentes, ſed, etiam ii, qui ſiue patria, ſiue vitae ratione, ſiue ſtudiis, ſiue alio modo nobiſcum poſſunt componi. In *Luciani* t. III. Rhet. Praec. p. 12. iunguntur οὐχὶ τῶν καθ' ἡμᾶς τις, οἱ ἀρούρης καρπὸν ἔδομεν, ἀλλά τι ξένον φάσμα δρόσῳ ἢ ἀμβροσίᾳ τρεφόμενον. vbi recte redditur *de noſtro genere aliquis*. Sed exempla paſſim obuia: tametſi in iis reddendis ſaepe peccatur ab interpretibus. In *Platonis* Apol. p. 24. C. quod ait Socrates, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ, accipio, quaſi ſe ῥήτορα fateatur, cum accuſatoribus ſuis non comparandum, ſed iis δεινότερον λέγειν; vt opus non ſit, οὐ expungi, quod voluit *Muretus*, Var. Lect. l. III. c. XVI. Noſtra verba, quemadmodum reddenda puto, Latina feci. Cum inter τοὺς κατὰ Στησίχορον ἀνθρώπους merito referri poſſe videretur Niceclis vxor recens mortua, vt in altera epiſtola XXII. aperte dicitur ille, εἴς τινα τῶν οὐκέτι ζώντων ἐξενεγκεῖν μέλος noluiſſe; non ſine conſilio ambiguitatis, in aliam ſententiam parumper conuerſa loquendi forma, excepit auctor Clearistam, negauitque, eam eſſe καθ' ἡμᾶς, quum fato eſſet functa, ne quid petere a Steſichoro videretur, quod eius inſtituto contrarium ſciret eſſe. De verbis autem, ἔστι δὲ πιστὴ Φιλότης, κ. τ. λ. ſcribitur in omnibus libris ἔστι δ' ἡ πιστὴ Φιλότης, praeterquam in Lugd. B. vbi pro δ' ἡ legitur δὴ, & Lugd. C. vbi δέ. illud quoque in margine ſui exemplaris adſcripſerat *Hemſterhuſius*. Conſuetae loquendi formae ſunt ὦ Φιλότης, ἐμὴ Φιλότης, & Φιλότης, blande aliquem compellantis; neque repudiarem noſtrum ἡ πιστὴ Φιλότης, ſi id conſtructionis Graecae ratio pateretur. Atticum quidem eſſe pronunciabunt viri docti plerique omnes, qui de caſus primi loco quinti vſu ſunt commentati: ego vero ne Graecum quidem. Quare non dubito, cum Lugd. C. pro δ' ἡ ſcribere δὲ, quia antecedit μέν. tum autem πιστὴ Φιλότης non alia ratione dicitur, atque ἐμὴ Φιλότης, cet. Atqui, in compellationibus, primum loco quinti caſus vſurpari, ſiue hunc illi ſimilem efferri ſaepe ſolere, abunde oſtenderunt viri docti. vid. prae ceteris, qui quam breuiter, tam vere, de hoc vſu pronunciauit, *Valckenarium* noſtrum, in not. ad *Eurip.* Phoen. p. 449. Sed quod vulgo a doctis eodem referri ſolet, cum nomini iunctus articulus ὁ certiſſimo primi caſus indicio eſt, id alius longe generis eſſe, puto: tametſi ab *Euſtathio*, ad Odyſſ. Γ. p. 1469. l. 60. aliis, in eodem loco habentur *Sophocleum* ὦ Αἴας pro ὦ Αἶαν, & *Ariſtophanea* ὁ παῖς καὶ ὁ Ξανθίας pro ὦ παῖ καὶ ὦ Ξανθία. Quod falſum eſſe, abunde declarant diligentius inſpecta exempla ſcriptorum: cum nusquam caſus primus cum articulo ὁ, ſicut ille vocandi, per ſe poſitus reperiatur, ſed ſemper ſibi adiunctum verbum habeat, quo cum ſit conſtruendus; neque id promiſcue loco quinti caſus per ſe poſiti, ſed tum demum, quum ſiue honore, ſiue aetate, ſiue quocunque modo, ſuperior inferiorem alloquitur, vel inter amicos & pares; quando oratio minus directa modo familiari-

enim par eſt, Phalarin, quum petat a Steſichoro, repulſam pa-

tatis, modo contemtionis, ſimilemue conficit ſignificationem. Cernitur iſta differentia cum alibi, tum in *Euripid.* Hecub. 428. vbi Polyxena, poſtquam directa oratione, quam parentum reuerentia poſtulabat, matrem ſalutauerat, v. 426. Χαῖρ' ὦ τεκοῦσα —, interpoſitis Hecubae verbis, dein addit Οὔτ' ἐν Φιλίπποις Θρᾳξὶ Πολύδωρος κάσις, ſc. χαῖρε. addo, abſente fratre, caſui quinto vix locum fuiſſe. Vt nec, in reliquis huius generis exemplis primum loco quinti poni, magis putandum eſt, quam quartum in illo *Platonis*, in Ion. p. 361. init. Τὸν Ἴωνα χαίρειν. πόθεν τὰ νῦν ἡμῖν ἐπιδεδήμηκας; quod Socratis eſt, Ionem familiariter ſalutantis: vt quoque in his *Plat.* Conuiu. p. 1174. B. Τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθεν κατιδών με, πόρρωθεν ἐκάλεσε, καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει, ὁ Φαληρεὺς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος οὐ περιμενεῖς; & in Hipp. Mai. p. 1245. B. Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφὸς ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας. Quibus non diſſimile illud Gnathaenae, quod *Machon* habet, apud *Athen.* l. XIII. p. 580. D.—ὦ πρὸς τῶν θεῶν, Μειράκιον ὁ καλὸς, φησὶ, πόσου ἵστης, Φράσον. vbi vulgo male diſtinguitur & ſcribitur, ὦ πρὸς τῶν θεῶν Μειράκιον, ὁ καλὸς, φ. πῶς ἵστης, φρ. Increpantis eſt, in *Plutarch.* Symp. IX. p. 738. A. Οὐδὲν σὺ τῷ Κάδμῳ βοηθεῖς ὁ Βοιώτιος. Indignantis autem & contemnentis, quod, referente *Laertio*, l. II. p. 139. §. 102. Diodoro obiecit Metrocles Cynicus, Σὺ ὁ σοφιστὴς οὐκ ἂν τοσούτων ἔχρηιζες μαθητῶν, εἰ λάχχνα ἔπλυνες. Plura huius generis in comoediis & tragoediis, nec non apud *Platonem*, *Lucianum*, alios, obuia mitto. Pertinent huc porro *Platonis*, in Menex. p. 516. B. Ἐξ ἀγορᾶς, ἢ πόθεν Μενέξενος; & clarius addito articulo, *Lucian.* tom. III. Enc. Dem. p. 491. Θερσαγόρας ὁ ποιητὴς ποῖ δὴ καὶ πόθεν; *Aeſchyl.* Choeph. 573. & 655. Ποδαπὸς ὁ ξένος; *Lucian.* tom. II. Lexiphan. p. 317. Λεξιφάνης ὁ καλὸς μετὰ βιβλίου. *Heliodor.* l. IV. p. 168. Ὁ δὲ, χαῖρε, εἶπεν, ὦ Καλάσιρι καὶ ἄκουε· —ἀνέστρεφον ἀθρόον· καὶ Θεαγένης, ἔλεγον, ὁ καλὸς, ἀλλ' οὐχ ἑωράκειν. & alia multa, ab interpretibus male accepta vulgo, in quibus partim intelligendum χαῖρε, partim verbum εἶ, vel ἦλθες, vel ſimile, prout ſententia poſtulat. Tametſi in nonnullis etiam verbo tertiae perſonae locus eſt; vt, in citato *Aeſchyli* loco, Ποδαπὸς ὁ ξένος, forte praeſtat intelligi ἐστί. In *Euripidis* Bacchis, 644. Pentheus cum Bacchum conſpiceret, nec directa oratione prae ira dignaretur, ſic ad eum: Εἆ, ἔα, ὁ δ' ἐστὶν ἀνήρ. τί τάδε; πῶς πρενώπιος Φαίνῃ πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς, ἔξω βεβώς; Clarius *Ariſtophanes*, in Acharnenſ. v. 242. vbi, cum antecedat, v. 241. Πρόϊθ' ὡς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἡ καινηφόρος, mox, oratione magis etiam obliqua, additur Ὁ' Ξανθίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν στησάτω· id eſt, *Xanthias phallum erigito*; non, vt vulgo accipitur, *Tu, ſerue Xanthia, phallum erige.* Add. Au. 1627. Ὁ Τριβαλλὸς οἰμώζειν δοκεῖ σοι; quod vulgo ſic cum ſcholiaſta accipiunt viri docti: *Heus tu Triballe, an plorandum tibi videtur?* Sed ipſa locutionis ratio docet, ὁ Τριβαλλὸς primum caſum eſſe, qui pertineat ad δοκεῖ; reddendum autem: *An Triballus tibi plorare videtur?* cuiusmodi oratio, ad deum barbarum, Herculis perſonae accommodata valde. Non diſſimile hoc *Luciani* eſt, tom. II. Icarom. p. 752. Πῶς ἔφησθα; Μένιππος ἡμῖν Διοπετὴς πάρεστιν ἐξ οὐρανοῦ; Sufficerent haec, niſi eſſent loca quaedam, quae ſententiae obeſſe noſtrae videantur, verbo explicanda ante, quam ad Phalarin reuertar. Vt, quae citat *Euſtathius*, l. c. ex *Ariſtophanis* Ran. v. 40. ὁ παῖς, &, 273. ὁ Ξανθίας.; nec non, quod in eiusdem comici Eccleſ. v. 128. eſt, ὁ Περιστίαρχος. Sed, horum non aliam, atque reliquorum omnium, rationem eſſe, ipſa loca, diligentius inſpecta, declarant. Sic enim comicus, v. 40.

γὰρ εἰκὸς ἀτυχῆσαι παρὰ Στησιχόρου Φάλαριν αἰτησάμενον· οὐχ ὅτι χάριτας ὀφείλεις ὑπέρ τινος, ἀλλ' ὅτι τὴν πεπιστευμένην δόξαν ἀξιοῦμεν ὑπὸ σοῦ βεβαιωθῆναι. δὸς δή μοι προφανῶς χάριν τῆς σαυτοῦ φύσεως ἀφθόνως, αἰτουμένῳ μὲν, ἃ δώσεις, εἰς ἐμαυτὸν, ληψομένῳ δὲ εἰς φίλον. λοιπὸν, εἴγε νένευκας ἐπὶ 85
τὴν χάριν, Κλεαρίστην, καὶ Συρακουσίαν τὸ γένος, Ἐχεκρατίδου πατρὸς, ἀδελφιδῆν, οὗ γεγράφαμεν, καὶ γυναῖκα, ἑκκαίδεκα

ΔΙ. Ὁ παῖς. ΞΑ. Τί ἐστιν; ΔΙ. Οὐκ ἐνεθυμήθης; ΞΑ. τὸ τί; / ΔΙ. Ὡς σφόδρα μ' ἔδεισε. Sed verba Bacchi, illis Xanthiae, vt in comoediis fieri solet, semel atque iterum interrupta, plena haec sunt: Ὁ παῖς οὐκ ἐνεθυμήθης, ὡς σφόδρα μ' ἔδεισε; Secundus locus, v. 273. (Ὁ Ξανθίας, ποῦ Ξανθίας; ἦ Ξανθίας; / ΞΑ. Ταῦ. ΔΙ. Βάδιζε δεῦρο. ΞΑ. Χαῖρ', ὦ δέσποτα.) Bacchi est, Xanthian seruum tumultuarie vocantis, qui, quum dicere inciperet, Ὁ Ξανθίας βάδιζε δεῦρο, non conspecto Xanthia, subito abrupit orationem, interpositis ποῦ Ξανθίας; sc. εἶ vel ἐστὶ, & eo audito mox, ἦ Ξανθίας; sc. εἶ vel ἐστὶ, *an Xanthias es?* quo vociferante ἰαῦ, tandem sententiam inceptam, Ὁ Ξανθίας, perfecit, additis verbis βάδιζε δεῦρο. Sic nimirum loqui herum decebat: secus longe mox seruus, dum illum salutat, Χαῖρ', ὦ δέσποτα· quod herum reuerentis est. In Eccles. 128. (Ὁ Περιστίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. / Πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν) interpositis verbis, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν, reliqua sic cohaerent: Ὁ Περιστίαρχος πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν. Nec alia ratio eius est, quod in *Meleagri*, in Antipatrum, epigrammate, inter Carmina Sepulcralia edito a *Reiskio*, n. 620. legitur, Α' στάλα· quod tametsi pro quinto casu accepit, in Vann. Crit. p. 141. *D'Orvillius*; tamen, poetam, puto, maiore interpositione facta, coniungere voluisse, Α' στάλα (σύνθημα τί σοι, κ. τ. λ.) Η' ῥά γε —— Κρύπτεις. Restat minime omnium silentio praetermittendum, quod ex *Arriani* Epict. l. II. p. 255. adfertur a doctis: Εἶτα λέγομεν, Κύριε ὁ θεὸς, πῶς μὴ ἀγωνιῶ; vbi manifesto primus casus ὁ θεὸς voci κύριε iunctus, loco quinti est: neque enim hic rem expedias, vt, in *Homerico* φιλὲς ὦ Μενέλαε, Il. Δ. 189. & similibus; vbi φιλὲς quintus casus non minus ac Μενέλαε. At non animaduerterunt, *Arrianum*, hoc in loco, imitatum Christianos esse, seu Iudaeos, quos vocat, p. 214. quorum formula solemnis haec: Κύριε ὁ Θεὸς, aeque atque illa Κύριε ἐλέησον. ibid. p. 203. de qua vid. *Vpton.* in ind. in *Arr.* Epict. v. Κύριός εἰμι. Altera est in *Ioannis* Apoc. XI. 17. Εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ. &, ibid. c. XV. 3. XVI. 7. Est autem ibi ὁ θεὸς pro ὦ θεὲ, aeque atque in Euang. Luc. XVIII. 11. Ὁ θεὸς, εὐχαριστῶ σοι, & similia multa, in libris sacris obuia: in quibus, neglecta Graecae constructionis ratione, illam Hebraeae, interpretibus Alexandrinis probatam, secuti sunt scriptores, dum Hebraeum ה per articulum ὁ expressêrunt. Neque enim exemplum vllum in idoneo scriptore Graeco, nedum Attico, reperiri opinor, in quo fine verbo, quo cum possit construi, per se casus primus pro quinto sit positus: cum e contrario in exemplo Graeco Alexandrinorum interpretum longe plurima inveniantur; praesertim, si ab historicis, vbi pauciora sunt, recesseris. Quo etiam fit, vt, iis ipsis in locis, vbi memoratae con-

pati; non, quod gratiam pro aliquo debes, ſed quod conceptam opinionem volumus a te confirmari. Gratificare vero palam mihi ingenii tui opus prolixe, petenti quidem, quae dabis, meo, accepturo vero amici, nomine. Ceterum, ſiquidem ad gratificandum propenſus es, depinge Clearistam, eamque genere Syracuſiam, patre Echecratide, neptem eius, quem ſcripſimus, & vxorem, ſedecim annos

N viro

conſtructionis Graecae apparet forma, Hebraei potius, quam Graeci, ſermonis indolem ſpectari debere, putem: vt in illo, ibid. apud *Luc.* v. 13. Ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι: quod, ſi ad Graecae linguae regulam, ſupra traditam, exegeris, parum reuerentis Deum erit, & a perſona precantis alienum; ſin vero interpretum Alexandrinorum morem ſpectaueris loquendi, nihil habebit, quod non apte quadret. atque eadem ratio ſimilium exemplorum in N. T. De reliquis dictum abunde, vt intelligat lector, quo iure, noſtro in loco, ſcripſerim ἔστι δὲ, πιστὴ φιλότης: cum enim, quod ibi eſt, verbum ἔστι alio ſpectet, nullo modo per ſe ſtare primus caſus, ἡ πιστὴ φιλότης, poteſt.

85. Εἴγε νένευκας ἐπὶ τὴν χάριν, Κλεαρίστην.] In libris omnibus ſic ſcriptum inueni: nec aliter editi. vt ſententia fiat perfecta, in locum, quem inter voces χάριν & Κλεαρίστην vacuum reliquerat Lugd. B. reſtituendum γράφε. Ipſum illud, de quo hac epiſtola agit, carmen reſpiciens noſter, ep. xx. Ἐπεστείλαμεν, inquit, Στησιχόρῳ, ὡς ἠξίους, περὶ τοῦ ἐλεγείου, καὶ τὸν τρόπον ὑπεθέμεθα, ὡς χρὴ γράφειν. de eodem, infra, hac epiſtola, ἐπιπνευσθείης δὲ εἰς τὰ κατὰ μέρος τῆς γραφῆς, ὑφ' ὧν κατέχῃ θεῶν. & ep. xxi. Καὶ τὸ σχῆμα τῆς γραφῆς θαυμαστῶς ηὐδοκίμησεν. De forma orationis, conferri poterit, quod inter carmina *Anacreontea* legitur, n. xxviii. Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε, Γράφε, ζωγράφων ἄριστε, Ῥοδίης κοίρανε τέχνης, Ἀπεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω, Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην· Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον, κ. τ. λ. quo in loco per bene *H. Stephanus* Ῥοδίης repoſuit pro ῥοδέης. eidem, pro κοίρανε, quod quidam legendum putant, τύραννε, probatum licet ab ingenioſiſſimo *Fabro*, minus aptum huic loco exiſtimanti, non inuitus accedo. Suſpicor, poetam ſcripſiſſe Ῥοδίης κάρανε τέχνης. Vocis κάρανος veſtigia cernuntur, cum in nominibus, Κάρανα, Τρικάρανον, de quibus geographi, tum in verbo καρανῶσαι, quod, aliquoties ab *Aeſchylo* vſurpatum pro τελειῶσαι, κεφαλαιῶσαι, iam obſeruauit doctiſſimus *Lud. Abreſch.* Anim. ad *Aeſch.* l. II. p. 460. Eiusdem tragici, in Eumen. 186. eſt, Ἀλλ' οὗ καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυχοι Δίκαι — *Eurip.* in Rheſo, 817. — καρανιστὴς μόρος. Quin ipſum κάρανος exſtat in *Xenophont.* Hell. I. p. 257. l. 1. vbi ille ex epiſtola, regio ſigillo ſignata, haec adfert in medium: Καταπέμπω Κῦρον κάρανον τῶν ἐς Καστωλὸν ἀθροιζομένων· additque Τὸ δὲ κάρανον ἔστι κύριον. Vt poetae loco idem accidiſſe videatur, quod paſſim aliis, cum forma verbi notior in minus notae locum ſit ſubſtituta. De genere loquendi, praeter *T. Fabrum* conſule *Salmaſium*, ad Dedic. Stat. Reg. Att. p. 116, 117. Cum noſtro porro compone, ex *Anacreonteis*, od. xxix. Γράφε μοι Βάτυλλον οὕτω, κ. τ. λ. & alibi. Atque ſic γράφε aliquoties *Lucianus*, in Imagin.

δεκα συνεζηκυῖαν ἔτη, τριακοστὸν δὲ ζήσασαν· δυοῖν παίδων μητέρα, τεθνηκυῖαν δὲ ἐκ διαφθορᾶς. τὰ μὲν κεφάλαια τῶν ὑποθηκῶν ταῦτα. ἐπιπνευσθείης δὲ εἰς τὰ κατὰ μέρος τῆς γραφῆς, ὑφ' ὧν κατέχῃ θεῶν· καί σου τὴν ἱερὰν καὶ ὑμνοπόλον κεφαλὴν ἡ Μουσῶν συγγένεια κοσμήσειεν ἄλλαις τε ὑμνῳδίαις, καὶ τῇ νῦν ὑφ' ἡμῶν εἰς Κλεαρίστην ἐπεσταλμένῃ.

ιε'. ΝΙΚΟΚΛΕΙ.

Ἐπεστείλαμεν Στησιχόρῳ, ὡς ἠξίους περὶ τοῦ ἐλεγείου, καὶ τὸν τρόπον ὑπεθέμεθα, ὡς χρὴ γράφειν. ὁ δὲ ἄσμενος ἡμῖν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιδώσειν ὑπέσχετο, παραμυθίαν ἴσως ἡγούμε-

88. Δυοῖν παίδων μητέρα] Editum ante δυεῖν παίδοιν. sed MSS. omnes δυοῖν. de altero παίδοιν non conueniunt. quod tamen scripsi, παίδων est in Lugd. A. C. Angl. & Marg. Ald. conf. not. ad ep. VIII. l. 40.

89. Τεθνηκυῖαν δὲ ἐκ διαφθορᾶς] *Vita functam morbo* reddit *Aretinus; mortuam ex corruptione*, *Naogeorgus*. Alii *tabem* substituunt: quam bene, nolo disputare. haud dubie cogitauit noster, *corruptionem fetus*, seu *abortionem*. Quo in loco διαφθορὰ & διαφθείρειν a veteribus medicis vsurpata fuisse, pluribus exemplis, docet *Foesius*, Oec. Hipp. v. Διαφθορή. Quod *Hippocrati*, variis in locis, est διαφθείρειν τὸ ἔμβρυον, vel τὸ παιδίον, a *Plutarcho*, Lac. Inst. p. 242. C. διαφθείρειν τὸ βρέφος dicitur. quo fit vt, in *Timaei* Lex. Plat. v. Ἐξαμβλοῦν, scribendum, susp icer, διαφθείρειν τὸ κατὰ γαστρὸς βρέφος, in loco eius, quod legitur δ. τὸ κατὰ γαστρὸς διεφθορός. Sic βρέφος pro fetu in *Plutarchi* l. V. de Plac. Phil. p. 906. E. & clarius, de Stoic. Repugn. p. 1052. E. Τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει, καθάπερ φύτον. Plane, vt in *Timaei* loco, *Etymologus M.* v. Ὀμφαλός, Τὸ βρέφος, κατὰ γαστρὸς ὄν.

90. Ἐπιπνευσθείης] Scripsi, vt est in Lugd. A. C. & Angl. ἐπιπνευσθείης pro ἐμπνευσθείης, vt in reliquis libris. vid. not. ad ep. XIII. l. 33. *Longin.* περὶ Ὕψ. sect. XIII. p. 98. Τ' ὧν ἐπιπνεόμενοι καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαστικοὶ τῷ ἑτέρων συνενθουσιῶσι μεγέθει. Similiter, οἱ ἐξ ἔρωτος ἔπιπνοι, Plat. Conv. p. 1180. B. atque ita *Conon*, Narr. XXXIII. ap. *Photium*, p. 442. Ὁ δὲ Βράγχος ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπίπνους μαντικῆς γενόμενος. Alterum tamen est apud *Clement. Alex.* Strom. I. p. 309. D. Ἀλλ' οἱ μὲν προφῆται —— ἐμπνευσθέντες ὑπὸ τοῦ Κυρίου. & aliis in locis. *Lucian.* op. tom. III. Diff. c. Hes. p. 246. Ἀλλά τις ἔμπνοια δαιμόνιος ἐνεποίει σοι τὰ μέτρα. ante tamen ibid. p. 244. ἡ τῶν Μουσῶν ἐπίπνοια est; vt ἐπίπνοια θεῶν, in *Plat.* Legg. V. p. 846. C. & alibi, ibid. adde *Plutarch.* Amat. p. 758. E. De re vid. *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* or. I. p. 18.

91. Καί σου τὴν ἱερὰν καὶ ὑμνοπόλον κεφαλὴν ἡ Μουσῶν συγγένεια——] Meminit huius loci *Berglerus*, ad *Alciphron.* l. I. p. 250. vbi plura huius generis adfert in medium. addo vnicum *Plutarchi*, Symp. VI. p. 692. D. Ὥσπερ ψυχὴν καὶ κεφαλὴν

viro iunctam, trigeſimum vero aetatis ingreſſam, duorum liberorum matrem, mortuam ex abortione. Atque hae ſummae argumentorum: adflentur vero tibi ſingulae partes picturae, a quibus poſſideris deabus: ac ſacrum tuum & poeticum caput Muſarum cognatio cum aliis cantibus ornet, tum eo, de quo nunc ſcripſimus, in Clearistam.

XX. NICOCLI.

Scripſimus Steſichoro, ſicut petebas, de epitaphio, & argumentum, ſicut ſcribi oportet, dedimus. Is autem lubens, nobis ingenii ſui opus ſe largiturum, ſuſcepit, ſolatium

λην τὸν ἄνθρωπον εἰώθαμεν ἀπὸ τῶν κυριωτάτων ὑποκορίζεσθαι.

95. Περὶ τοῦ ἐλεγείου] Acerbius in ſophiſtam noſtrum inuehitur *Bentleius*, Diſſ. de Ep. Ph. XV. quod idem carmen modo ἐλεγεῖον, vt hic, modo μέλος & μελῳδίαν, vt ep. XXI. vocat: nam μέλος, quum de *Steſichoro* ſermo fiat, *odam* ſonare *lyricam*; a quo plane diuerſum ἐλεγεῖον. *Boyleus* Phalaridis ſui cauſam male defendendo effecit, vt, quod voluit *Bentleius*, imprudenti lectori re vera videri poſſet ille *aſinus ad lyram*. v. *Boyl.* Cenſ. p. 107. cet. & *Bentl.* Reſp. p. 278. Ego, tametſi in illo aſſentior *Bentleio*, in ipſo argumento huius & ſubſequentis epiſtolae aliquid ineſſe a perſona Phalaridis alieni; in verbis tamen nihil eſſe puto, quo ſtuporis arguas auctorem. Cum carmen, quod petierat a Steſichoro, ἐλεγεῖον dixit, voluit haud dubie *epitaphium* aliquod in Clearistam, ſiue id conſcriberetur imparibus numeris, ſiue aliis. Idem autem quum μέλος & μελῳδίαν vocat, non opus eſt, carmen lyricum cogitemus: cum quoduis carminum genus etiam ſic ſoleat appellari; id, quod tum fit, cum praeſertim harmoniae muſicae rationem habent ſcriptores: nam, eo in loco propria eſſe ῥυθμὸς & μέλος, abunde docent muſici antiqui. vid. *Ariſtoxen.* Harmon. & alios. Teſte *Heraclide*, ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ, *Plutarchus*, de Muſ. p. 1132 B. οὐ λελυμένην, ait, εἶναι τῶν προειρημένων τὴν τῶν ποιημάτων λέξιν, καὶ μέτρον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλὰ καθάπερ Στησιχόρου τε καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν, οἱ ποιοῦντες ἔπη, τούτοις μέλη περιετίθεσαν. & ibidem, C. τὸν Τέρπανδρον, ἔφη, κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων, κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα, ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. Similiter μελῳδεῖν habes apud *Athenaeum*, l. XIV. p. 620. vbi *Chamaeleo* dicit, μελῳδηθῆναι οὐ μόνον τὰ τοῦ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου, καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου. Sic μελοποιεῖν eſt in *Plutarchi* l. c. p. 1134. A. καὶ ἄλλος δ' ἔστιν ἀρχαῖος νόμος, καλούμενος Κραδίας, ὃν φησιν Ἱππώναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον. & mox, ib. ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. Tranſiit inde vox ad quaeuis carmina, modis iuncta muſicis, ſiue tibia, ſiue lyra, ſiue quocunque alio inſtrumento canerentur; nec

μενος ἔσεσθαί σοι τοῦ πάνθους τὴν σοφίαν. ἡ μὲν οὖν συμφορὰ δυσπαρηγόρητος, καὶ βαρυτέρα, ἢ ὥστε λόγοις ἐπικουφισθῆναι, ἐπεὶ διττοῖς ὠνειωμένος ὀνόμασιν ἐνὶ χρόνῳ περὶ ἑκατέρου ἀνιᾷ. ἀδελφιδῆς τε γὰρ ὁμομητρίας, καὶ γυναικὸς ἀγαθῆς ἀπενοσφίσθης, κἀλλει μὲν ἐξοχωτάτης, σωφροσύνῃ δὲ οὐδὲ εἰς δευτερεῖον γυναικὶ μεθ' ἑαυτὴν ἐώσης τόπον· ὡς ἐκπέπληγας, καὶ παντοχόθεν ἀπέγνωκας σεαυτοῦ, καὶ τὰς ὀλοφύρσεις, οὐ μεταποιούμενος καὶ τοῦ σώζεσθαι, προσποιῇ. χρὴ δὲ μὴ βαρύτερον φέρειν, ἢ δυνατὸν ἐνεγκεῖν, τὴν τύχην. οὐ γὰρ ἀρετῆς τοῦτό γε ἄξιον, εἰ πρὸς τὸ πένθος ἀπαλλάξεις σαυτὸν, καὶ χρήσῃ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ. ἀλλ' ἄγε, ὦ Νικόκλεις, μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀνίας μεταστραφεὶς σκέψαι τὸν ταλαίπωρον ἀνθρώπων βίον, οἵᾳ καθήρμοσται τάξει.

nec aliud ſaepe ſonat, atque *cantus* Latinorum; vt ſaepe in *Plutarchi* libello citato. *Ariſtoteles*, de Rep. l. VIII. c. v. p. 454. Οἱ Λάκωνες, inquit, δύνανται κρίνειν ὀρθῶς——τὰ χρηστὰ, καὶ τὰ μὴ χρηστὰ τῶν μελῶν. vid. inprimis *Max. Tyr.* Diſſ. XXVIII. §. 3. Cum igitur, quod modo ἐλεγεῖον dixerat, mox μέλος appellet noſter, nihil obſtat, quo minus accipiamus, de ἐλεγείῳ, quod a Steſichoro fingat ille in Clearistam factum, μεμελοποιημένῳ, vel muſicis iuncto modis, ſiue re vera elegiam cogitare, ſiue epitaphium, velis, alio verſuum genere conſcriptum, ſiue denique ἔπη, qualia Steſichorum teſte *Heraclide*, l. c. vidimus pro more lyricorum ſui temporis, μεμελοποιηκέναι.

98. Τὴν σοφίαν.] i. e. Poeſin. A poetis enim tradita erat omnis veterum ſapientia. Unde ait *Horat.* de Art. Poet. ——*fuit haec ſapientia quondam.* BOYL.

100. Ἐπεὶ διττοῖς ὠνειωμένος ὀνόμασιν—περὶ ἑκατέρου ἀνιᾷ.] Quod in edit. Ald. eſt, ὠνειωμένοις expreſſerunt dein omnes, qui *Phalarin* ediderunt; haud dubie male. Quamquam enim, ὠνειωμένα ὀνόματα reſpectu ejus, quod ſubiicitur, ἀδελφιδῆς τ. γ. ὁ. καὶ γυναικὸς, dicere potuit noſter: habet tamen ſententia, quod, aliud requiri, clare oſtendat. Ne dicam, ἀνιᾶσθαι, cum tertio caſu, vbi de perſonis, vt hic, ſermo fiat, minus apte iungi; ταυτολογία inepta eſt, διττοῖς ὀνόμασι περὶ ἑκατέρου ἀνιᾶσθαι; vbi, cum praecedat διττοῖς, plane redundat περὶ ἑκατέρου. Quare ſcripſi ὠνειωμένος, praeeuntibus MS. Burmanniano & editione Ven. deficientibus autem reliquis MSS. Notus verbi οἰκειοῦσθαι vſus, quando mentio συγγενείας fit. Inde varie translatum, & de quacunque coniunctione poni ſolitum, inprimis philoſophis placuiſſe videtur. ſic ſaepe, in Epict. *Arrian. Plutarch. Laert. Iamblich.* alii. Cum iis autem, vt paſſim, ita in hac praeſertim epiſtola, loquitur noſter. Διττοῖς ὠνειωμένος ὀνόμασι, κ. τ. λ. ex eo genere eſt, quod notauit, in not. ad *Euripidis* Phoen. v. 415. *Valckenarius*; vbi cum noſtro conferri, velim, *Sophocleum*, ex Antig. v. 53. Ἔπειτα μήτηρ, καὶ γυνὴ, διπλοῦν ἔπος. Addo *Demoſth.* de Halon. p. 67. extr. Ὅτι δ' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων, ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἔξετε τὸν νῆσον, ἄν τε λάβητε, ἄν τε ἀπολάβητε. & *Lucian.*

fortaſſe ratus fore tibi luctus, ſapientiam. Calamitas enim vero inconſolabilis eſt, & grauior, quam quae leuari oratione poſſit, quoniam, duobus conciliatus nominibus, vno tempore, de vtroque contriſtaris: nam & nepte a matre, & coniuge optima, priuatus es, pulchritudinis eminentiſſimae, pudicitiae vero tantae, vt nulli mulieri ſecundas poſt ſe relinquat. Quam obſtupeſcis, ac deſperas, atque eiulatus, poſthabita ſalute, adſciſcis. Oportet non grauius accipi, quam poteſt ferri, fortunam. Neque enim hoc virtute dignum, ſi ad luctum temet conficies, & in caſum inſanabilem deiicies. Quin age, Nicocles, parumper a triſtitia conuerſus, conſidera aerumnoſam hominum vitam, quo cohae-

cian. t. II. Amor. p. 419. Δυοῖν δ' ὀνομάτοιν σεβασμίοιν πᾶσαι τιμαὶ μένουσιν ἐξίσου πατρὶ μητέρα προσκυνούντων. Quod in Act. Apoſt. I. 15. eſt, ὄχλος ὀνομάτων alius generis eſt; cui, in veteri Graecia, ſimile, exemplum, vix puto, inuentum iri.

2. Οὐδὲ εἰς δευτερεῖον γ. μ. ἑ. ἐ. τόπον] i. e. Quae ſecundas habet, longe ab illa, quae prima eſt, diſtat, eodem fere ſenſu, quo dicit *Virgil. Proximus huic, longo ſed proximus interuallo.* BOYL.

Lugd. A. vbi *οὐ ἀσπαίει*. Altero cum antiquis poetis, altero cum ſui temporis ſcriptoribus vti potuit ſophiſta. Aliud enim veteribus *ἐπαΐειν*, quam quod noſtro loco conueniat. Et quidem proprie *Herod.* l. III. p. 195. D. vbi, Apidis femore gladio percuſſo, Τοιοῦτοί θεοὶ, inquit Cambyſes, *γίγνονται ἔναιμοί τε καὶ σαρκώδεες, καὶ ἐπαΐοντες σιδηρίων*. Frequens praeſertim Atticis eſt, de animo poſitum. *Sophocl.* Aiac. 1285. Τὴν *βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω*. adde *Ariſtoph.* Nub. 650. & Veſp. 514. Atque hac virtute inprimis *Platoni* placuit, vt, in Eutyphr. p. 212. B. de Rep. VI. p. 647. B. VII. p. 694. E. & paſſim alibi. In Protag. p. 228. D. iunguntur *οἱ ἰδιῶται καὶ μηδὲν αὐλήσεως ἐπαΐοντες*; vt in Crit. *οἱ πολλοὶ, καὶ μηδὲν ἐπαΐοντες*. Reliquos e veteribus mitto. Ab hac autem virtute deflexit poſteriorum Graecorum conſuetudo loquendi, cum pro *audire* ponerent *ἐπαΐειν*. vt in hoc *Plutarch.* Brut. p. 991. C. Οἱ δὲ *συνωμώτται — τῆς μὲν φωνῆς οὐκ ἐπαΐοντες αὐτοῦ, τεκμαιρόμενοι δ' ἀφ' ὧν ὑπενόουν*. vbi *ἐπαΐειν*, non *intelligere*, vt interpres & *Budaeus*, C. L. Gr. p. 492. volunt, ſed *audire*, ſonat, vt pluribus oſtendit *H. Stephanus*, Th. L. Gr. t. I. p. 257. D. Nec aliter accipiendum eſt, in *Clementis Alex.* Strom. IV. p. 543. A. vbi, Pythagoreos, negat, clara voce praecepiſſe preces fieri, *ὅτι τὸ θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαΐειν*. reddit quidem interpres *exaudire*; ſed male, vt ipſa ſententia docet; quae poſtulat *audire*: quo in loco non *ἐπαΐειν*, ſed *ἀΐειν* poſuerunt veteres. vid. *Hom.* Il. Λ. 463. *Ariſtoph.* Nub. 1167. alios. Antecedentibus addo, ex *Clem.* Strom. VII. D. Εἰ δὲ *καθάπερ οἱ κωφοὶ τῶν ὄφεων τοῦ κοινῶς μὲν λεγομένου, ἀρχαιοτάτου δὲ μὴ ἐπαΐοιεν ἄσματος*. Habes *οἱ κωφοὶ* & *ἐπαΐειν*, vt, apud *Alexandrinos* bibliorum interpretes *οἱ κωφοὶ* & *ἀκούειν*. vid. Pſalm. xxxvii. 14. Eſai. xxix. 18. xlii. 18. & quem reſpexit *Clemens*, Pſalm. lvii. 4. Propius ad noſtrum accedit, vbi iisdem ſcriptoribus idem eſt, quod *obedire*, *curare*, ſim. vt in *Clementis* Strom. I. p. 353. A. *εὐεργέτης γὰρ ὁ νόμος, τοὺς μὲν δικαίους ἐξ ἀδίκων ποιεῖν δυνάμενος, ἢν μόνον ἐπαΐειν ἐθελήσωσιν αὐτοῦ*. i. e. *obedire*, *obtemperare*. inprimis conf. *Syneſii* ep. cliv. p. 258. Ἔφασάν *με παρανομεῖν εἰς φιλοσοφίαν, ἐπαΐοντα κάλλους ἐν λέξεσιν, καὶ ῥυθμοῦ — ὡς δὴ τὸν φιλόσοφον μισολόγον εἶναι προσήκειν, καὶ μόνα περιεργάζεσθαι τὰ δαιμόνια πράγματα*· vbi, perinde atque noſtro in loco, reddendum *curare*. Imo ipſe noſter, ep. l. *βιάζῃ δὲ τὴν πόλιν τῆς σῆς ἀφροσύνης οὐκ ἐπαΐουσαν ἀπολαῦσαι*. Vt dubium videri poſſet, *ἀλεγίζει*, an *ἐπαΐει*, anteferendum ſit, niſi probabile eſſet, hoc illi, non illud huic, interpretando inſeruiiſſe. Accedit, quod in veteri prouerbio eſſe *ἀλεγίζει* po-

XXX. NICOPHEMO.

Quos, apud Leontinos in concione numero inito, dicebas excruciatos periiſſe miſere, inſidiatos perdidimus. Ac ne hoc quidem ſentis, te, a me punitos adferendo, non ſolum ipſum inſidiari mihi, quum talia habeas exempla, ſed etiam Leontinos, quum cogas bellare, tardiores facere, quia aduerſus talem hoſtem iniuſte bellum aggredientur. Nam fieri non

potuit, non *ἐπαΐει*. Fuiſſe autem re vera, eo magis animum induco credere, quod, in ſimili prouerbio, clara huius verbi veſtigia reperio. Eſt illud apud *Zenobium*, Cent. III. 67. *Ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει. Ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα ὑπερορώντων.* conuenit *Diogenian.* Cent. IV. 45. Pro *ἁλίσκει* autem *δάκνει* eſt in *M. Apoſtolii* Prou. c. VIII. 15. addita eadem interpretatione. Sed *ἀλεγίζει* pro *δάκνει* in vet. exempl. & MS. Bongarſiano eſſe notat, ad eum l. *P. Pantinus*. Vt, ſi praeterea leuiter adiuues ſcripturam, *μῦν* in *μυῖαν* mutando, noſtro ſimile prouerbium habeas, *Ἐλέφας μυῖαν οὐκ ἀλεγίζει*. Cui apprime conuenit addita interpretatio, *ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα ὑπερορώντων*, vel, vt habet *Diogen. παρορώντων*. Et ſane, quid elephanti cum mure fuerit, vt inde prouerbium naſceretur, non video. Habet quidem *Plin.* l. VIII. c. x. p. 440. *Elephantem animalium maxime odere murem, & ſi pabulum in praeſepio poſitum attingi ab eo viderint, faſtidire.* &, quem citat *Harduinus*, in Not. & Em. XXI. *Baſilius*, Hom. IX. in Hexaëm. p. 120. *Τὸν μῦν φοβερὸν εἶναι τῷ ἐλέφαντι.* Sed, ne dicam, hoc plane contrarium eſſe ei, quam addunt, interpretationi; haud dubie *Plinius*, aut affinitate vocum *ὗς* & *μῦς* deceptus fuit, vt vult *Dalecampius*, aut, quod verius eſſe puto, & *Plinius*, & *Baſilius*, & quotquot deinceps hanc fabulam narrarunt, eam debent corrupto exemplo veteris alicuius ſcriptoris, vbi *μῦς* pro *ὗς* inuenerant ſcriptum. Cui non diſſimilem errorem video in *Plutarchi* lib. de Inuid. & Od. p. 537. C. vbi, cum in Graeco eſſet *τῷ ἐλέφαντι πρὸς τὴν ὗν μῖσος*, interpres dedit *murem*. De *ſue* autem verum hoc eſſe, non tantum *Plutarchus*, l. c. ſed etiam *Aelianus* Hiſt. Anim. l. I. c. XXXVIII. & l. XVI. c. XXXVI. & *Senec.* de Ira, l. II. c. XII. p. 25. A. tradunt. confirmant idem hodierni rerum naturalium inueſtigatores. Nihil itaque ipſi veteres elephanti cum mure eſſe, at cum muſca vel culice plurimum, voluerunt. vid. *Lucian.* tom. III. Muſc. Enc. p. 96. *Achill. Tat.* l. II. p. 111. Notum praeterea prouerbium *Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν*, cuius, vt alios taceam, ibid. p. 99. meminit *Lucian.* Alia ratione *Libanius*, ep. CIↃIↃXCVII. *Τὸ δ' ἐμὸν*, inquit, *οἷον κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος.* Vt aut fallar, aut falſo inter prouerbia relatum fuerit illud *Ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει*; idque mutandum in alterum, *Ἐλέφας μυῖαν οὐκ ἀλεγίζει*. quod idem, ac noſtrum *κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει*. Loci noſtri vim declarauit *Erasmus*, Ad. p. 138. qui, de altero, cum reliquis errauit, p. 131. Idem aliis verbis expreſſit *Philoſtratus*, Vit. Sophiſt. l. II. p. 588. *Καὶ ὁ μὲν Ἀδριανὸς ἐκκρτέρει τὰ ἐξ αὐτοῦ πάντα, δήγματα κόρεων τὰς ἐκ τῶν τοιούτων λοιδορίας καλῶν.* vbi male *Olearius* reddit *culicum morſus*, pro *cimicum morſus*.

γὰρ τὸν αὐτὸν καὶ μισεῖσθαι διὰ χαλεπότητα, καὶ καταφρονεῖσθαι ἐπὶ μαλακίᾳ, εἴπερ ἀπέβη τὸ δόξαν. ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι.

λά. ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΩι ΚΑΙ ΔΑΪΣΚΩι.

Ἐ'γχειρεῖτε, καὶ μὴ μέλλετε διὰ τάχους ἐμοὶ πολεμεῖν. ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις, οἷς δημηγοροῦντες ἐλέγετε, διαβάλλοντές με πρὸς Λεοντίνους, οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι.

λβ. ΙΕΡΩΝΥΜΩι.

Ἐ'πυνθάνου, τίσιν ἀντεξήτακα τὸ δύνασθαι Λεοντίνων μοι ἐπεξιόντων κατὰ τῆς χώρας, ἣν ἐμὴν οὖσαν ἀποτέμνονται, περιγενέσθαι. τὸ μὲν ὅτι δικαιοτέρων ἐχόμενος, καὶ οὐκ ἄρχων πο-

23. Εἴπερ ἀπέβη τὸ δόξαν] Nimirum vt Leontini, tuis conſiliis acti, bellum contra me ſuſcipiant. BOYL. Ante *Boyl.* editores omnes antecedentibus haec iunxerunt. ille autem, mutata interpunctione, cum ſequentibus conſtruxit. Quod etiam *Aretinum* voluiſſe, docet eius exemplum Latinum. Vtra via inſtitues, difficultas remanebit eadem; nec facile dixeris, quemadmodum haec cum reliquis cohaereant. Illud certum eſt, in antiquioribus libris relata fuiſſe ad antecedentia, cum omnes, tam MSS. quam editi, ante *Naogeorgum*, habeant ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις——. Alterum, ad quod offendiſſe interpretes videntur, eſt ἄθλοις; quod *certaminibus Aretinus*, *praemiis* reliqui, reddunt; neutro vero rem expediunt. Sed quid plura? quum ipſa auctoris exemplaria indicium praebeant epiſtolae extrema parte mutilatae. Epiſtola nimirum, quam ab hac noſtra proximam eſſe, in hac editione, volui, vides eadem, quae in hac—— ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις—— οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι, antecedentibus partim, partim interpoſitis iis, quae ſi in hac addantur, integra videri poſſit epiſtola, ſententia autem plana & expedita. Accedit ipſa ſubſequentis epiſtolae inſcriptio Πολυστράτῳ. Aut enim falſa ea eſt, aut alius *Polyſtratus* habendus, atque is, cui inſcriptae epiſtolae xc. & cxi. ibi enim inducitur tanquam vnus ex optimis Phalaridis amicis. His rationibus motus, hanc & ſubſequentem epiſtolam olim vnicam modo fuiſſe ſuſpicor, peſſime in partes diuulſam; quas proinde ſic denuo coniungo: —— καὶ καταφρονεῖσθαι ἐπὶ μαλακίᾳ. εἴπερ ἀπέβη τὸ δόξαν, ἐγχειρεῖτε καὶ μὴ μέλλετε διὰ τάχους ἐμοὶ πολεμεῖν. ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις, οἷς δημηγοροῦντες ἐλέ-

poteſt, vt idem & in odio ſit propter aſperitatem, & deſpiciatur prae mollitia, ſi quidem ad opinionem res cecidit. de talibus enim praemiis, nec inuidemus vobis, nec diſſuademus contendere.

XXXI. POLYSTRATO ET DAÏSCO.

Aggredimini, nec ceſſate quam primum mihi bellum inferre. De talibus enim praemiis, quae in concione dicebatis, quum me traducebatis apud Leontinos, nec inuidemus vobis, nec diſſuademus contendere.

XXXII. HIERONYMO.

Interrogabas, quibus perpenſis exiſtimaui poſſe me Leontinos, me inuadentes de agro, quo me mulctant, ſuperare. Quod iuſtiorem cauſam habeo, nec belli auctor ſum,

ſed

ἐλέγετε, διαβάλλοντές με πρὸς Λεοντίνους, οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι. i. e. *Si quidem ad opinionem res cecidit*, (vt, quod faciendum opinabaris, ad bellum ſeſe accingant Leontini) *aggredimini, nec ceſſate quam primum mihi bellum inferre. de talibus enim praemiis, quae in concione dicebatis, quum me traducebatis apud Leontinos, nec inuidemus vobis, nec diſſuademus contendere.* Vtitur auctor in extrema epiſtola numero multitudinis, vt orationem ſimul ad reliquos, qui cum Nicophemo eſſent, dirigeret. Ceteroquin, more ſolito, dici poteſt, numeros miſcuiſſe. Praemia autem cogitauit, quae, ex Nicophemi opinione, ſi Phalaridi, crudeliſſimo tyranno, bellum inferrent, exſpectare poſſent Leontini.

27. Ἐγχειρεῖτε] In ed. Ven. praetermittitur haec epiſtola. in Lugd. C. bis legitur. Vid. autem not. ad antecedentem ep.

32. Ἀντεξήτακα] Vid. not. ad ep. XIII. l. 34.

33. Ἐπεξιόντων κατὰ τῆς χώρας] Lugd. A. B. Angl. & Pal. ἐ. περὶ τῆς χώρας. ac loquendi genus conſuetum eſt ἐπεξιέναι, πολεμεῖν, cet. ὑπὲρ, aut περί τινος. quomodo alibi quoque locutus eſt noſter. Eſt tamen, vbi κατὰ in loco περὶ inueniatur: vt περὶ hic adſcriptum videri poſſit alteri interpretando. de illo autem vſu praepoſitionis κατὰ conſule clariſſimum *Abreſch.* Anim. ad *Aeſchyl.* l. II. c. IV. p. 273.

34. Τὸ μὲν ὅτι, κ. τ. λ.] Particula οὖν, in editis ante ὅτι interpoſita, ex ed. Ald. eſt. eam, nec in ed. Ven. nec MSS. inuentam, omiſi. Ipſam ſententiam qui contulerit cum ep. XXX. intelliget, quo animo ibi ſcripſerit ſophiſta, ὅτι πρὸς τοιοῦ-

πολέμου, ἀλλ' ἀμυνόμενος, οὐκ ἂν ἐπιστείλαιμι, τούτων γὰρ παρ' ὑμῖν οὐκ ἔστι λόγος· ὃ δὲ κἂν μὴ προσποιῆσθε, ὑμᾶς εἰδέναι ἀνάγκη, τοῦτ' ἂν εἴποιμι, ὅπλοις πολλοῖς, καὶ ἀνδράσι δυνατοῖς, καὶ χρήμασι, καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, ὧν ἁπάντων ἐνδεεῖς ὄντες αὐτοὶ μαχοῦνται πολεμίῳ, καὶ περὶ ταῦτα, καὶ περὶ τὰς τύχας πεπλουτηκότι.

λγ' ΛΕΟΝ-

τοιοῦτον ἐχθρὸν ἀδικοῦντες πολέμου ἄρξουσιν. Notus senarius Ὡς οὐχ ὑπάρχων ἀλλὰ τιμωρούμενος. de quo vid. *Casaub.* ad *Athen.* Anim. l. XIII. p. 887. *Gatak.* ad *Antonin.* l. I. §. XVII. p. 62. & *Kuster.* ad *Suid.* v. Ὡς οὐχ ὑπάρχων, & Τ' πάρχων. *Xenophontis* est, In Cyr. Inst. l. VII. p. 118. l. 1. οὐ γὰρ ἐπιβουλεύσαντες ἀδίκως ταῦτα ἔχομεν, ἀλλ' ἐπιβουλευθέντες ἐτιμωρησάμεθα. Legem *Rhadamanthi* citat *Apollod.* l. II. c. IV. §. 9. p. 95. Οὓς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῷον εἶναι. Quin Graecis pariter atque barbaris communem legem vocat *Iulian.* ad S. P. Q. Ath. p. 272. C. ἀμύνεσθαι τοὺς ἀδικίας ὑπάρχοντας. Fuere tamen e seuerioris disciplinae philosophis, qui, *Platonem* secuti, id in disceptationem vocarent. Quibus, haud scio, an se opposuerit noster, ep. CXIX. quum diserte negauit, iniustum esse, τὸν κατάρξαντα πλημμελεῖν, ἀμύνεσθαι.

37. Ὅπλοις πολλοῖς, καὶ ἀνδράσι δυνατοῖς, κ. τ. λ.] Respondet antecedentibus, τίσιν ἀντεξήτασα——. quod non monerem, nisi interpretum quosdam, viderem, haec aliter, atque oporteret, reddidisse. Frequens autem apud historicos, in bellici apparatus descriptione, harum rerum mentio. *Thucydid.* l. I. p. 54. l. 12. τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ,—— &, ib. p. 57. l. 39. ἄλλοις μὲν γὰρ χρήματά ἐστι πολλὰ, καὶ νῆες, καὶ ἵπποι. E Latinis, addo *C. Nep.* XXII. c. IV. §. 1. *equis, armis, viris, pecunia, totam locupletauit Africam.* Similiter noster, ep. LX. οὐχ ὅπλων, οὐδὲ ἵππων δεομένῳ, οὐδὲ ἀνδρῶν——, ἀλλ' ἀργυρίου. &, ep. XCVI. μήτε χρημάτων—— μήθ' ὅπλων ἐνδεεῖς, μήτ' ἀνδρῶν. Illud autem silentio non praetermittendum, quod hic est, ἀνδράσι δυνατοῖς pro *viris*, vel *militibus, qui corpore valeant.* Quod, vereor, vt in veteri Graecia aliquod sibi praesidium sit inuenturum. Nam δυνατὸν eum potissimum dixerunt, qui siue opibus, siue honoribus potens esset; vt, in *Thucyd.* l. I. p. 8. l. 57. Κύλων ἦν Ἀθηναῖος, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης, τῶν πάλαι εὐγενής τε καὶ δυνατός. quibuscum conferri poterit illud *Pauli*, I. Cor. I. 26. οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς. In *Xenophontis* Mem. l. II. p. 428. l. 33. Καὶ ἰδίᾳ αὖ οἱ ἀνδρεῖοι καὶ δυνατοὶ τοὺς ἀνάν-

ſed propulſator, non ſcribam: horum enim a vobis ratio nulla habetur. quod vero, tametſi diſſimuletis, vos ſcire, neceſſe eſt, hoc dicam: Armis multis, viris validis, pecunia, nauibus, equis, quorum omnium indigi, ipſi pugnabunt cum hoſte, & his & fortuna, diuite.

ἀνάνδρους καὶ ἀδυνάτους οὐκ οἶσθα ὅτι καταδουλωσάμενοι καρποῦνται, quinam δυνατοὶ, quinam ἀδύνατοι, intelliges, ex *Euripid.* Ion. 596. Ἢν δ' εἰς τὸ πρῶτον πόλεως ὁρμηθεὶς ζυγὸν Ζητῶ τις εἶναι, τῶν μὲν ἀδυνάτων ὕπο μισησόμεσθα, λυπρὰ γὰρ τὰ κρείσσονα. vbi ἀδύνατοι infimae ſortis homines; quos πένησι iungit *Demoſthenes*, adu. Polyclet. p. 1084. F. τοὺς πένητας καὶ ἀδυνάτους. adde eiusdem, de Claſſ. p. 135. B. adu. Timocr. p. 802. D. adu. Leochar. p. 1046. A. Eſt quidem, vbi in ἀδύνατος, per ſe poſito, corporis infirmi & mutilati ratio habeatur, vt, quando ἀδυνάτους vocat *Lyſias*, or. adu. Delat. de quibus *Taylorus*, not. ad *Lyſ.* p. 404. Δυνάτος tamen, contraria virtute, antiquioribus Graecis ignotum fuiſſe videtur. Ita *Lyſias*, l. c. p. 406. non δυνατοὺς dicit, ſed τῷ σώματι δύνασθαι, καὶ οὐκ εἶναι τῶν ἀδυνάτων. atque ſic, in eadem orat. τοὺς μὴ ἀδυνάτους. *Aeſchinis*, contr. Cteſiph. p. 441. D. eſt ἐβοηθήσατε αὐτοῖς καὶ ναυσὶ, καὶ πεζικῇ δυνάμει. atque ſic paſſim veteribus δύναμις, qui noſtro ἄνδρες δυνατοί. Ἀγαθοὺς ἄνδρας idem habet, ibid. p. 442. C. nec non *Syneſius*, ep. LXXVIII. p. 214. vbi nunc ſcribitur. Οὐδὲν ἂν γένοιτο πενταπόλει λυσιτελέστερον τοῦ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ἄνδρας καὶ στρατιώτας Οὐννιγάρδας προτετιμῆσθαι πάντων στρατιωτῶν. Sed quae iſta diſtinctio inter ἄνδρας & στρατιώτας? Aut fallor, aut ſcribendum τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας Οὐννιγ. quibus additum στρατιώτας interpretis eſſe videtur. infra, ibid. ἀγωνιστὰς ἄνδρας dicit. Habet quidem *Xenophon*, Cyr. Inſt. l. V. p. 79. l. 8. τῶν δυνατῶν τις ἀνδρῶν, &, ante, l. II. p. 30. l. 16. οἱ δυνατοὶ ἐῤῥωμένως ἀντιλήψονται. l. 18. οἱ δὲ ἀγαθοὶ καὶ δυνατοί. & ſimilia. Sed horum omnium alia ratio eſt; cum, in primo exemplo, conſueta virtute, quam ſupra notaui, ponatur; in reliquis intelligantur ἀντιλαμβάνειν, & ſimilia, quae ex orationis contextu cognoſcantur. Habet itaque noſter hoc ſuum ἄνδρες δυατοί, vt alia quaedam, ſibi priuum; qui, dum ἀδυνάτων nomine milites *inualidos* ſciret venire, δυνατοὺς e contrario dixit eos, qui corpore valent: niſi, eum, ſuſpicere, non omnino hoſpitem fuiſſe in exemplo Graeco V. T. vbi τοῖς LXX. conſueta formâ loquendi ἄνδρες δυνατοὶ, & ἄνδρες δυνατοὶ ἐν ἰσχύϊ, quod non definio.

λγ'. ΛΕΟΝΤΙΝΟΙΣ.

Λεωνίδαν, ὃν ἐξεπέμψατε κατάσκοπον τῶν ἐμῶν πραγμάτων, ἀλόντα, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, σέσωκα. οὐχ ὑμῖν χαριζόμενος, ἀλλ' ἵνα μὴ ζητῶ, τίς ὑμῖν σαφῶς ἀπαγγείλῃ τὴν παρασκευὴν τοῦ καθ' ὑμῶν πολέμου. καὶ γὰρ ἐμοὶ πάνυ πιστῶς ἄνευ βασάνου τὰ παρ' ὑμῖν ἐδήλωσεν, ὅτι πάντων ἐνδεεῖς ἐστὲ, πλὴν λιμοῦ καὶ φόβου· τούτων δὲ ὑμᾶς καὶ λίαν εὐπορεῖν.

κδ'. ΛΕΟΝΤΙΝΟΙΣ.

Εἰ καταλῦσαί με τὸν πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον, μηδὲν αἰδεσθέντες ἔκδοτέ μοι Λυκῖνον, ἵνα τὴν ὀργὴν ἅπασαν εἰς τοῦτον ἀφεὶς, παύσωμαι τοῦ πρὸς τὴν πόλιν θυμοῦ. χρήσομαι δὲ οὐδὲν αὐτῷ χαλεπώτερον, ἢ πάντας ὑμᾶς ἐπίσταμαι βουλομένους.

λέ. Α Τ-

42. Κατάσκοπον, κ. τ. λ.] Non dissimile ei est, quod habet *Plutarch.* Apophth. p. 173. C. de Xerxe: Ἕλληνας δὲ κατασκόπους ἐν τῷ στρατοπέδῳ λαβὼν, οὐδὲν ἠδίκησεν, ἀλλὰ τὴν στρατιὰν ἀδεῶς ἐπιδεῖν κελεύσας, διαφῆκεν.

45. Πάνυ πιστῶς] Interposui πάνυ, quod in editis non erat, sumtum e Lugd. A. C. Angl. Med. A. C.

46. Τὰ παρ' ὑμῖν] Sic editi. Cum tamen in Lugd. A. & Angl. sit παρ' ὑμῶν, videri potest olim scriptum fuisse τὰ περὶ ὑμῶν. vt, ep. CXVII. εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ. &, ep. CXXIX. Ἐγὼ δέ σοι τὰ περὶ ἐμοῦ συνελὼν ἐν βραχεῖ δηλώσω.

47. Τ' μᾶς καὶ λίαν εὐπορεῖν] Primi editores ediderunt Τ' μᾶς φησι λίαν εὐπορεῖν. Ante λίαν autem interpositum καὶ in ed. Aur. Comm. & Boyl. atque ita codices omnes, praeter Burm. & Lugd. C. quare in eo postremos editores secutus sum. Sed redundat φησὶ; quod auctoritate Lugd. A. vbi in margine solummodo adscriptum erat, omisi. Εὐμοιρεῖν, quod pro εὐπορεῖν Lugd. B. & Marg. Ald. habent, interpretis esse videtur. conf. *Hesych.* v. Εὐλογχεῖν.

50. Μηδὲν αἰδεσθέντες ἔκδοτε] Margo Lugd. A. & Angl. μ. δείσαντες ἐ. quod in Med. A. B. in orationis contextum transiit, alteri interpretando haud dubie adscriptum ante. Quid δέος & αἰδὼς intersit, subtilius disputat, apud *Platonem*, Socrates, in Euthyphr. p. 9. A. De vsu verbi αἰδεῖσθαι iam multa *Budaeus* & *Stephanus*.

XXXIII. LEONTINIS.

Leonidan, quem miſiſtis exploratorem rerum mearum, captum, quum poſſem interficere, ſeruaui; non veſtra gratia, ſed ne quaererem, quis vobis clare nunciaret apparatum belli aduerſus vos. Etenim fideliter admodum ſine tormento mihi res veſtras patefecit, omnium indigos vos eſſe, praeter famem & metum; haec vero valde etiam ſuppetere vobis.

XXXIV. LEONTINIS.

Si finiri a me cupitis aduerſus vos bellum, nihil veriti deDite mihi Lycinum, vt, bile omni in hunc effuſa, iram in ciuitatem finiam. tractabo autem nihilo durius eum, quam omnes vos ſcio velle.

XXXV. LY-

nus. Homeri eſt, Il. π. 93. Αἰδεσθὲν μὲν ἀνήνασθαι· δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Similiter δέος & αἰδὼς iuncta in *Iulian.* ep. xc. p. 419. B. cuius verba prae aliis adſcribo, vt, quod ineſt, mendum eluam: ὁ δ' οὖν Ἥλιος, ὥσπερ ὅταν ἀκτῖσι καθαρθεὶς ὅλος λάμπῃ, οὐδὲ ἀποκρίνῃ τοῦ πρὸς τὴν αἴγλην ἐλθόντος, ὁ μὴ τὸ οἰκεῖον, ἐργάζεται· οὕτω δὴ καί σε χρῆν ἀφθόνως τῶν παρά σου καλῶν, οἷον φωτὸς, τὸ Ἑλληνικὸν ἐπαρδεύοντα, μὴ ἀποκνεῖν, εἴ τις ἢ αἰδοῦς, ἢ δέους ἕνεκα τοῦ πρός σε, τὴν ἀντίδοσιν δυσωπεῖται. *Petauius* locum corruptum pronunciat & mutilum: ſed nihil deſiderabis amplius, vbi ſcripſeris & interpunxeris hunc in modum: ὁ δ' οὖν Η. ὥ. ὅταν ἀκτῖσι καθαραῖς ὅλος λάμπῃ, οὐδὲ ἀποκλίνῃ, τοῦ πρὸς τὴν αἴγλην ἐλθόντος, ὃ μὴ τὸ οἰκεῖον ἐργάζεται, οὕτω, κ. τ. λ. Sententia haec eſt: *Quemadmodum quum ſol radiis puris ſplendeat totus, neque deflectat, ſi quid ad ſplendorem acceſſerit, quod non id, quod ſit conſentaneum, facit: ſic enim vero te oportet, bonis, quae habes, tanquam luce, Graecos large perfundere non deſiſtere, ſi quis aut reuerentia tui, aut timore ductus, tibi reſpondere erubeſcat.* Τοῦ vtroque in loco eſt pro τινός. Noſtrum μηδὲν αἰδεσθέντες ἔκδοτε, forma loquendi eſt in ſcriptis poſteriorum Graecorum potiſſimum obuia. *Phil. Iud.* de Mund. p. 1150. C.—— ἥλιον λέγω, καὶ σελήνην καὶ τὸν συμπάντα οὐρανὸν, ἅπερ οὐδὲν αἰδεσθέντες θεοὺς ἐκάλεσαν. & alii. Simile in antiquiorum ſcriptis non memini me legiſſe.

λέ. Α Τ Κ Ι Ν Ωι. 55

Οὐκ ὀρθῶς ἠρώτησας ἐν Λεοντίνοις, ὡς παρόντα με, καὶ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαί σοι, τίς εἰμὶ, καὶ τίνων, καὶ πόθεν. ἐγὼ γὰρ ὡς ἐμαυτὸν οἶδα Φάλαριν Λεωδάμαντος υἱὸν, Α'στυπαλαιέα τὸ γένος, πατρίδος ἀπεστερημένον, τύραννον Ἀκραγαντίνων, ἔμπειρον πολέμων, ἀπτῶτα μέχρι τοῦ παρόντος· οὕτως οἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον μὲν ἐν παισὶ, λάγνον δὲ ἐν νέοις, μοιχὸν

57. Τίς εἰμὶ, καὶ τίνων, καὶ πόθεν;] Similia in medium attulerunt *Alberti*, in Obſ. Phil. p. 186. &, noſtri loci non immemor, *Valckenarius*, ad *Euripid.* Phoen. p. 58. adde, quae ad *Thucydidis* l. I. p. 6. notant viri docti. In noſtro obſeruo praeſertim multitudinis numerum, τίνων. Veteribus enim, ſi bene memini, ſolum placuit τίνος. vt, in *Eurip.* Hel. 85. Τίς εἶ, πόθεν, τίνος; Iphig. Taur. 916. ποδαπὸς, καὶ τίνος πέφυκε παῖς; Eius loco, in *Plat.* Charmid. p. 462. E. eſt, τίς τε καὶ τοῦ; mitto plura. Alterum eſt in *Lucian.* tom. III. Tragop. p. 649. l. 83. Σὺ δ' ὢν τίς, ἡμᾶς, καὶ τίνων, προσεννέπεις; Cum noſtro conuenit *Liban.* ep. DCCCIII. Τίς ἐστὶ, καὶ τίνων, καὶ πόθεν; adde *Heliod.* l. II. p. 99. l. IV. p. 166. Illud porro praetermittendum ſilentio non eſt, deflectentibus ſenſim a priſca ſimplicitate Graecorum moribus, inurbanum & ignominioſum haberi coeptum fuiſſe, ſi quis ita aduenam alloqueretur. Hoc animo venuſte *Lucianus*, t. II. Icarom. p. 778. Ioui ſuo verſum Homericum, ad Menippum, tribuit; Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, κ. τ. λ. Nec diſſimile eſt Antigoni illud, Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν —— ad Bionem, de quo vid. *Laert.* l. IV. §. 46. & *Stob.* Serm. LXXXIII. p. 495. In hanc ſententiam dictum interpretatus noſter, acerbiſſimam reſponſionem ſubiecit.

58. Λεωδάμαντος] Lugd. C. Medd. A. B. & Marg. Lugd. A. & Angl. Α'λυομάντεως. ſed verum alterum. In *Tzetzae* Chil. I. 645. qui noſtrum ſequitur, Λεωδάμαντος eſt, &, Chil. XII. 456. vitioſe Λεοδάμαντος. De patre tyranni aliunde nihil certi cognoueris. In *Lucian.* t. II. Phal. I. p. 188. dum genus ſuum iactat, patris nomen ſilet. *Polyaenus*, l. V. c. 1. p. 436. Phalarin τελώνην facit.

59. Α'στυπαλαιέα τὸ γένος] Libri plerique recte Α'στυπαλαιέα; quod etiam *Tzetzes* habet, Chil. I. 643. & alibi. Eius loco male Pal. Medd. A. C. Burm. & edit. Ven. & Baſ. Α'στυπαλέα. quomodo etiam male ſcribitur in *Laertii* l. VI. §. 84. eſt enim ab Α'στυπάλαια, vt recte docet *Bentleius*, in Reſp. ad B. C. p. 180. Α'στυπαλαιεύς. Sitne tamen, vt ille putat, omnino reiiciendum Α'στυπάλη, dubito, cum inde declinatum Α'στυπαλαῖος inueniatur in *Aelian.* Hiſt. Anim. l. XVI. c. XXXIX. De patria Phalaridis conferri poterunt, quae diſputat idem, l. c. p. 178, 179. Tametſi ab aliis *Agrigentinus* dicatur, potuit tamen re vera patriam habere Aſtypalaeam, ſiue propter tyrannidem, quam Agrigenti obtinuit, ſiue, quod ibi poſt fugam exul commoratus ſit, Agrigentinum habitum fuiſſe ſtatuas. Quam in rem vid. *Kuhn.* & *Periz.* ad *Aelian.* V. H. l. I. p. 47. vbi recte hic Γ'μβριον pro Γ'μεραῖον reponit.

60. Ε'μ-

XXXV. LYCINO.

Non recte interrogasti apud Leontinos, tanquam praesentem me, & qui possem respondere tibi, quis sim, a quibus, & vnde. Ego enim quemadmodum memet noui Phalarin, Leodamantis filium, Astypalaeum genere, patria exulem, tyrannum Agrigentinorum, peritum bellorum, inuictum etiamnum: sic noui etiam Lycinum, exoletum in pueris, R mol-

60. Ἔμπειρον πολέμων] Scriptum fuit ab omnibus editoribus ἔμπειρον πολλῶν. nec dissentiunt MSS. nihilominus mendum esse puto in πολλῶν, corrigendum in πολέμων. quod, cum sponsorem emendationis haberem ipsum sophistam, in orationis contextum recepi. Nam, ne dicam, tanquam contrarium, infra, opponi λειποτάκτην ἐν πολέμῳ, ipse simili plane ratione de se loquitur, ep. LXXXIV. Μήτε σὺ, μήτε ἄλλος ἀνθρώπων μηδεὶς, ἐμὲ καταδείσειν —— ἐλπιζέτω. καὶ πολέμων γὰρ ἔμπειρος ὢν —— θαῤῥῶ ἐπ' ἐμαυτῷ ——. Habuisse ante oculos videri potest illud Archidami, apud *Thucydid.* l. I. p. 54. Καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι. Sic sane *Libanius*, dum, ep. CIↃLXIII. extr. Πάντως δὲ, inquit, πολλῶν πολέμων ἔμπειρος εἶ, κατὰ τὸν τοῦ Ζευξιδάμου. vbi oportune loci *Thucydidei* meminit *Wolfius*. Nihil autem frequentius confusione vocum πολλῶν, πολεμίων, πολέμων, πόλεων, cet. in MSS. codicibus. quam in rem exempla, in medium allata a *D'Oruillio*, vid. in Anim. ad *Charit.* p. 702, 703. Ad eam rationem supra, ad ep. XIII. p. 73. in *Hesychio*, pro πολλοῖς, πολέμοις scribendum esse, conieci; nunc vero, monitus ab acutissimo nostro *Heringa*, eadem sententia, sed minore mutatione, malo Τῶν λαμβανομένων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ——. Πολλῶν & πολεμίων permista in MSS. habes ep. LIV. vbi vid. not. Nostro simile vitium inesse etiamnum in *Thucydide*, puto, l. VI. p. 402. l. 37. vbi inter alia Athenagoras, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἄνθρωποι, inquit, δεινοὶ καὶ πολλῶν ἔμπειροι (ὥσπερ ἐγὼ Ἀθηναίους ἀξιῶ) δράσειαν. nam, etsi non omnino absurdum est πολλῶν ἔμπειροι, tamen, cum de bello sermo fiat, πολέμων ἐμπείρους grauissimum historicum voluisse, veri simile est. In rem eiusdem verba scriptoris, de Athenienses, l. VII. p. 486. ἀλλ' ὅσοι τε Ἀθηναίων πάρεστε, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι ὄντες. Ipsa porro loquendi ratio obuia in *Thucydide*, aliis; sicut etiam contrarium πολέμων ἄπειρος; vnde τὸ ἀπειροπόλεμον est apud *Dion. Halic.* A. R. l. VIII. p. 510. l. 16. Πολέμων, in πόλεων male mutatum, e MSS. olim restitui *Coluthо*, v. 147. probante *D'Oruillio*, l. c. Πολεμίων cum πόλεων confusi in MS. exemplum praebet nostri ep. CVI. E contrario hoc in illud mutatum in *Polyaeni* l. V. c. XLIV. Μέμνων —— βουλόμενος καταμαθεῖν τὰ μεγέθη τῶν πολεμίων, καὶ τὰ πλήθη τῶν ἐνοικούντων. vbi nec τὰ μεγέθη dici, nec ἐνοικούντων, fero, nisi in locum τῶν πολεμίων substituatur τῶν πόλεων. tum autem apte cuncta iunguntur.

61. Λυκῖνον, πόρνον μὲν ἐν παισὶ] Suum commemorauit, Lycini autem genus patriamque per contemptum praeterit, quasi obscurae stirpis, & incerti laris homo esset. BOYL. *Boyleo*, πόρνον Latino *scor-*

χὸν δὲ ἐν γυναιξὶν, ἀκόλαστον δὲ ἐν κώμοις, ἀσελγῆ δὲ ἐν ἡδοναῖς, ἀργὸν δὲ ἐν εἰρήνῃ, λειποτάκτην δὲ ἐν πολέμῳ, δώσοντά μοι καὶ τῶν δημηγοριῶν, καὶ τούτων, ὧν ἐλέγχω σε, δίκην,

scortatorem reddenti, impoſuit interpres Latinus, in ed. Aurel. & huic fortaſſe *Lucianus*, t. II. Imag. p. 459. qui Lycinum habet puerorum amatorem. Recte autem *Bentleius*, Reſp. ad B. C. p. 233. monet πόρνον eſſe *ſcortum*, *cinaedum*, prout a reliquis interpretibus redditur. Errat tamen ille, dum, ibid. Latina, *inter pueros cinaedum*, quibus verba auctoris reddit, Anglice interpretatur, *A catamite, when you was a boy*, i. e. *cinaedum, quando puer eras*, vel *in pueritia*. Quum παῖδας dixit noſter, cogitauit haud dubie τὰ παιδικὰ, ſiue τοὺς ἐρωμένους, inter quos Lycinus numeratus, non παῖς, ſed πόρνος, eſſet. In re nota, adſcribam ſolummodo *Xenophontis* hoc, e Memor. I. p. 426. l. 6. Τήν τε γὰρ ὥραν ἐὰν μέν τις ἀργυρίου πωλῇ τῷ βουλομένῳ, πόρνον ἀποκαλοῦσιν. ἐὰν δέ τις, ὃν ἂν γνῷ καλόν τε κἀγαθὸν ἐραστὴν ὄντα, τοῦτον φίλον ἑαυτῷ ποιῆται, σώφρονα νομίζομεν. De forma orationis, conuenit *Pindar.* Pyth. IV. ſtr. XIII. de Demophilo: Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶ νέος, Ἐν δὲ βουλαῖς πρεσβύς——, &, Nem. III. antiſtr. IV. de Ariſtoclide: Ἐν παισὶ νέοισι παῖς, ἐν Δ' ἀνδράσιν, ἀνὴρ, τρίτον, Ἐν παλαιτέροισι. Apud *Philoſtratum*, V. Soph. l. II. p. 577. Antiochus, ſophiſta, ἀποσκώπτων ποτὲ ἐς αὐτὸν (Ἑρμογένην), οὗτος, ἔφη, Ἑρμογένης, ὁ ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς.

62. Α'κόλαστον δὲ ἐν κώμοις] Libri omnes, tam MSS. quam editi, ἀ. δ. ἐν νόμοις. quod alienum omnino ab hoc loco. haud dubie ſcribendum κώμοις; quod non tam meo vnius arbitratu, quam *Hemſterhuſii* & *Rubnkenii* conſenſu motus, in contextum orationis recepi. Ad eandem enim rationem vterque locum correxerat; hic, in literis aliquando ad me datis, ille, ad Marg. ſui exemplaris; nec puto, fore quemquam, niſi plane rudem in his, cui non ſit placitura haec emendatio. quare in re plana & omnibus nota nihil amplius addo.

62. Α'σελγῆ δὲ ἐν ἡδοναῖς] Cum intemperantiae vitia *ſigillatim* perſtrinxerat, nimis *generali* nomine vocat ἀσελγῆ ἐν ἡδοναῖς. BOYL. „ Grauis, inquit *Rubnkenius* noſter, in literis ad me datis, „ corruptela haeret in verbis, ἀσελγῆ δ' „ ἐν ἡδοναῖς; quod merito tanquam nimis „ generale *Boyleum* offendit, cum intem„ perantiae vitia ſigillatim perſtringat. „ Legendum igitur, ἐν θοίναις. Vox θοίνη „ non poetis ſolum, ſed & proſae ora„ tionis ſcriptoribus vſitata. vid. *Aelian.* „ V. H. l. XII. c. XV. *Liban.* ep. CCXLIV. „ Intelliguntur publicae ciuitatis epulae. „ Quare etiam emendare poſſis ἐν δημο„ θοινίαις. *Lucian.* Phalaris, t. II. p. 190. „ Καὶ τὸν δῆμον ἐν θεαῖς καὶ διανομαῖς, „ καὶ πανηγύρεσι, καὶ δημοθοινίαις διῆ„ γον. " Haec ille. Ipſe duplici via tentabam olim, vel δείπνοις, vel ᾠδαῖς ſcribendo pro ἡδοναῖς; idque iisdem, quibus ille, adductus rationibus. Ad primum quod attinit, in rem *Aeſchinis* verba, in Timarch. p. 266. F. Δουλεύων ταῖς αἰσχίσταις ἡδοναῖς, ὀψοφαγίαις, καὶ πολυτελείαις δείπνων, καὶ αὐλητρίσι, καὶ ἑταίραις, καὶ κύβοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, κ. τ. λ. Propius etiam accedunt illa *Platonis*, in Theaet. p. 127. C. Καὶ σύνοδοι, καὶ δεῖπνα, καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι. Iunguntur, vt in noſtro, δεῖπνα & κῶμοι. Nihilominus obeſt, quod naturalis ordo rerum poſtulare videtur, vt, quemadmodum in

mollem in iuuenibus, adulterum in mulieribus, intemperantem in comiſſationibus, proterue iniurium in voluptatibus, deſidem in pace, deſertorem in bello, daturum mihi &

 con-

in *Platonis* loco, primum δεῖπνων, dein κώμων fiat mentio. Ante enim δεῖπνα: haec excipiebant κῶμοι; vt abunde docent ſplendidiſſima illa conuiuia, quae nobis apparauerunt veteres. Suſpicabar itaque forte praeſtare ᾠδαῖς. nam etſi κώμων nomine etiam comprehenduntur ᾠδαὶ (vid. Obſ. Miſc. N. t. I. p. 89.) ſaepe tamen vtrumque coniungunt ſcriptores. Apud *Polybium*, l. XII. p. 929. & *Stobaeum*, t. LIII. p. 367. *Euripidis*, ex Cresphonte, ſunt, Καλλιχόρους ἀοιδὰς φιλοστεφάνους τε κώμους. *Syneſ.* ep. XXXII. ὁ γὰρ ἰδὼν τὸν πορνότριβα σοβοῦντα διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἐν στεφάνῳ καὶ μύρῳ μεθύοντα καὶ κωμάζοντα, καὶ πάσης ἀκολασίας ἐμπιπλάμενον καὶ ᾠδὰς ᾄδοντα πρεπούσας τῷ βίῳ, ἐπὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν τὴν αἰτίαν ἀνήγαγεν. Similiter *Cicero*, pro Coel. 15. *Conuiuia*, *comiſſationes*, *cantus*, *ſymphonias*, *nauigia iactant.* Atque haec quidem tum veriſimilia eſſe, putabam. Nunc vero rem diligentius conſideranti vulgatum ἡδοναῖς non videtur ſollicitandum. Nam tametſi generatim *iucundus motus* (verbis vtor *Ciceronis*, de Fin. II. c. III.) *quo ſenſus hilaretur*, *Graece* ἡδονή, *Latine voluptas vocetur*, atque adeo inter reliqua intemperantiae vitia ſigillatim enumerata, minus apte commemorari videantur ἡδοναὶ, quo genere illa quadam ratione continentur: aliud tamen eſt, ἡδοναῖς deditum eſſe, qualem intelligimus, *Lycinum* eſſe, cum dicitur πόρνος ἐν παισὶ, cet. aliud, eſſe ἀσελγῆ ἐν ἡδοναῖς; quod in ὑβριστὴν ſpeciatim conuenit. eo enim in loco proprium ἀσέλγειαν poſuerunt veteres. Praeterea res diuerſa ſunt ἡδοναὶ, a reliquis, in quibus hic intemperanter ſe gerere Lycinus dicitur: niſi quis excipiat κώμους. Sed ſi hoc, ne *Plato* quidem ſatis accurate locutus fuiſſe poterit videri, dum, de Rep. II. p. 595. E. ἀγύρται δὲ, inquit, καὶ μάντεις — πείθουσι, ὡς ἔστι παρὰ σφίσι δύναμις — θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴτε τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν. &, de Leg. I. p. 775. F. τῶν μεγίστων ἡδονῶν καὶ παιδιῶν ἐπέταξεν ἀπέχεσθαι. quo fere fit, vt etiam, de Rep. II. p. 595. F. ſcribendum, opiner, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων, διὰ θυσιῶν, καὶ παιδιῶν, καὶ ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, pro eo quod vulgatur — διὰ θ. καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν, κ. τ. λ. De vniuerſa autem orationis forma conferri velim *Max. Tyr.* Diſſ. XXXIII. p. 397. Ἀνάγκη γάρ που τὴν τοιαύτην πόλιν πολύφωνόν τε εἶναι καὶ πολυμερῆ καὶ πολυπαθῆ, καὶ μεστὴν παντοδαπῶν ἐπιθυμημάτων, ἀκόλαστον μὲν ἐν ἡδοναῖς, ἀκατάσχετον δὲ ἐν ὀργαῖς, ἄμετρον δὲ ἐν τιμαῖς, ἀστάθμητον δὲ ἐν εὐτυχίαις, δυσανάκλητον δὲ ἐν συμφοραῖς. Adde hoc *Hieracis*, apud *Stobaeum*, Serm. IX. p. 106. l. 29. Τί οὖν; εἰ τοῦτα μαθών τις ἐν τοῖς ἄλλοις ἀδικώτατος εἴη; καὶ εἰ χρημάτων μὲν ἅρπαξ, ἀλλοτρίων δὲ ἐπιθυμεῖ, ὑβριστὴς δὲ ὑπάρχοι, καὶ ἀκόλαστος περὶ ἡδονὰς, ἆρα ὁ τοσούτων κακῶν ἀνάπλεος, δίκαιος ἂν εἴη;

63. Λειποτάκτην ἐν πολέμῳ] Libri editi πολέμοις. ſed in πολέμῳ conſentiunt MSS. omnes. quare ſic ſcripſi. *Plat.* Leg. XI. p 983. A. ἔν τε πολέμῳ παντὶ καὶ ἐν εἰρήνῃ πάσῃ πρὸς τὸν ἄρχοντα ἀεὶ βλέποντα, καὶ ξυνεπόμενον ζῆν. *Max. Tyr.* Diſſ. XXXVII. p. 441. ἀγαθὴ δ' ἐν πολέμῳ παραστατὶς (ἡ μουσικὴ), κ. τ. λ.

κην, ἐὰν μὴ θᾶττον ἁλῷς, ὅταν ἔκδοτόν σε παραδῶσι Λεοντῖνοι, βουλόμενοι τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι πολέμου.

λς'. ΠΑΤΡΟΛΑΙ.

Ἐδεξάμην τὸν ὑπὸ σοῦ πεμφθέντα μοι στέφανον ὁλκῆς χρυσῶν ἑξακοσίων· ὃν τέχνης μὲν ἕνεκα, καὶ τῆς τοῦ πέμψαντος φιλοτιμίας εἵληφα. στεφανωσάμενος δὲ αὐτὸν ἡμέραν μίαν, ἐν ᾗ τοῖς πατρῴοις θεοῖς ἐπινίκια τῆς πρὸς Λεοντίνους μάχης ἐβουθύτουν, τὸν αὐτὸν ἀπέσταλκα δῶρον Εὐρυθείᾳ τῇ μητρί σου. οὐδένα γὰρ εὗρον ἀξιώτερον τοιαύτῃ κοσμηθῆναι πολυτελείᾳ, ἢ μητέρα. γένοιο δ' ἂν ἡμῖν καλλίων σὺ καὶ πρεπωδέστερος στέφανος, εἰ τῆς τῶν γονέων εὐχῆς ἄξια φρονῶν εὑρεθείης.

λζ'. ΚΡΙ-

65. Ὅταν ἔκδοτόν σε παραδῶσι Λεοντῖνοι] Illi ipſi, quo magis doleas, quorum gratiam captas. BOYL. Scribitur vulgo, δώσοντά μοι —— δίκην, ἐὰν μὴ θᾶττον ἁλῷς, ἀλλ' οὖν ὅταν ἔκδοτόν σε, κ. τ. λ. in quo nihil eſt, quod reprehendi poſſit. *Euripid.* Phoen. 501. —— εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα Τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν. Similia notat *Abreſch.* Anim. ad *Aeſchyl.* p. 268. Ad noſtrum propius accedit *Liban.* ep. ccxxxiv. τὰς ἀξίας δίκας εἰ καὶ μὴ κατόπιν, ἀλλ' οὖν εἰσέπειθ' ὑφέξοντας. Nihilominus tamen expunxi ἀλλ' οὖν, quod in nullo codicum MSS. inueniretur. Mox ἔκδοτον παραδῶσι dixit noſter, quod ep. antecedente, ἔκδοτέ μοι Λυκῖνον. Vtriusque loci meminit, ad *Lucian.* tom. II. p. 819. *Reitzius.*

69. Στεφ. ὁλκῆς χρυσῶν ἑξακοσίων] Notum, χρυσοῦς dici pro χρυσοῦς στατῆρ. atque ſic accipiendum, ep. cxxxvii. πεμπτε δὲ τοῖς γάμοις τῇ παιδὶ θυγατέρας τέτταρας ὁμήλικας —— καὶ χρυσοῦς ἑξήκοντα. quemadmodum ſaepe *Plutarchus*, *Athenaeus*, alii, qui ſub imperio Romanorum floruere, ſunt locuti. Apud antiquiores Graecos per ſe poſitum χρυσοῦς, pro *pecunia*, non memini, me legiſſe. *Ariſtophanis* eſt, in Plut. 817. Στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν Χρυσοῖς. vbi, conſueto more loquendi, στατὴρ χρυσοῦς, interpretante ſchol. νόμισμα eſt; quod dein per ſe χρυσοῦν vocarunt. Noſtro in loco, additum ὁλκῆς declarat, de pondere eſſe accipiendum; quo in loco στατὴρ vſurpatum fuiſſe, docet *Pollux*, l. IX. 57. vbi conſulendus *Hemſterhuſius*.

Quam

concionum & horum, quorum redarguo te, poenas, nisi celerius fueris captus, quum in deditionem te tradiderint Leontini, belli aduersus nos finiendi cupidi.

XXXVI. PAVROLAE.

Accepi a te missam mihi coronam, sexcentorum aureorum pondo; quam ob artem, & eius, qui misit, studium accepi. Coronatus vero ea vnam diem, qua diis patriis, ob partam in praelio cum Leontinis victoriam, sacrificaui, eandem misi dono Eurytheae, matri tuae. Neminem enim inueni digniorem, tam pretioso ornatu, quam matrem. Eris vero nobis pulchrior tu, ac magis decora corona, si, parentum votis digna sapere te, compertum fuerit.

Quam veteres nomini στατὴρ, eam noster voci χρυσοῦς, cum ea pro στατὴρ vteretur cum suis, tribuisse virtutem videtur.

70. Οὗν τέχνης μὲν ἕνεκα] Verisimile itaque est, coronam illam a certamine aliquo Paurolam victorem reportasse. BOYL. Respicit *Boyleus* antecedentium editionum scripturam; vbi pro τέχνης legitur τύχης. Sed vera emendatio summi *Hemsterhusii* est, reponentis τέχνης; quod, ad Marg. Lugd. A. & Angl. adscriptum, recepi. De nominum horum in MSS. permutatione alibi plura.

71. Στεφανωσάμενος δὲ αὐτὸν] Vsui loquendi conuenientius esset αὐτῷ: sed, cum omnes libri habeant αὐτὸν, nihil muto.

73. Τὸν αὐτὸν] Mallem αὐτὸν legere sine τόν; quod forte peperit postrema antecedentis verbi syllaba τουν repetita. Sed repugnant libri omnes.

75. Γένοιο δ' ἂν ἡμῖν καλλίων σὺ——στέφανος, κ. τ. λ.] In hanc sententiam fere, apud *Xenophontem*, Inst. Cyr. l. VI. p. 100. l. 24. ad illa Abradatae, Σὺ δήπου, ὦ γύναι, συγκόψασα τὸν σαυτῆς κόσμον, τὰ ὅπλα μοι ἐποιήσω; Panthea vxor, Μὰ Δία, inquit, τόν γε πλείστου ἄξιον. σὺ γὰρ ἔμοι γ', ἣν καὶ ἄλλοις φανῇς, οἷος ἐμοὶ δοκεῖς εἶναι, μέγιστος κόσμος ἔσῃ. adde eiusdem, de Exped. C. l. I. p. 159. l. 21. De vocis στέφανος translatae vsu consule *Valckenarium*, ad versum *Euripidis* commenticium, in Phoen. 1378. Propius ad nostrum accedit, quod *Homero* tribuitur, in eius Vita, *Herodoto* adscripta, p. 650. A. Ἀνδρὸς μὲν στέφανος παῖδες. Sic Prouerb. *Salom.* c. XVII. 6. Στέφανος γερόντων τέκνα τέκνων.

λζ'. ΚΡΙΤΟΔΗΜΩι.

Ἀγαθοῦ μὲν ἔργον φίλου καὶ σὺ ποιεῖς, καὶ πάντες, ὅσοι πλεῖόν τί μοι τοῦ μετρίου περὶ ἀνδρείας μαρτυρεῖτε, πεπεισμένοι ταῖς ἐμαῖς βουλαῖς ἢ πράξεσιν ἡττῆσθαι Λεοντίνους. ἐγὼ δὲ σαφῶς οἶδα τὴν μὲν ἀναγκαίαν ἄμυναν, ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένην, τὴν δὲ εὐκταιοτάτην νίκην ὑπὸ τῆς τύχης κατωρθωμένην· οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὦ φίλτατε, τῶν ἐν ἀνθρώποις, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον, ὃ μὴ ταῖς ἐκείνης ῥοπαῖς βεβαιοῦται.

λή. ΤΙΜΩΝΑΚΤΙ.

Νενίκηκα τῷ πολέμῳ Λεοντίνους. ἵνα δὲ τῇ λύπῃ διαρκέσῃς, καὶ μὴ πάντων ἀθρόως ἀκούσας ἀποκαρτερήσῃς, οὐκ ἔγραψά

77. ΚΡΙΤΟΔΗΜΩι] Sic ſcripſi cum Ed. Commel. & plerisque MSS. Conueniunt enim in hoc Lugd. A. C. Angl. Med. B. & Pal. In Lugd. B. autem & Marg. Ald. eſt Α'ριστοδήμῳ. Reliqui MSS. ΚριτοΦήμῳ, vt vulgo fuit editum. In argumento confecto res incerta eſt, & parui momenti.

80. Ταῖς ἐμαῖς βουλαῖς ἢ πράξεσιν ἡττῆσθαι Λεοντίνους] Phalaris Leontinos bello victos arma deponere coegit, & conuiuiis vinoque eneruauit; vnde in numis ſuis Bacchum Κισσοκόμην expreſſerunt. *Hubert. Goltzius*, in Hiſt. Sicil. BOYL. *Aretinus* reddit *conſilio & opera mea*. Interpres vero, in Ed. Aurel. *meis conſiliis, quam actionibus magis*. vt appareat, eum ante ἢ intelligendum voluiſſe μᾶλλον. reliqui ſimpliciter *aut* pro ἢ dederunt. *Aretino* fauet Angl. vbi, T. ἐ. β. καὶ ταῖς πράξεσι. cuius loco Lugd. C. Med. A. B.—ἢ ταῖς πρ. Si plures libri haberent καὶ, hoc mallem. nam vtroque, & conſiliis, & factis, cenſetur imperatoris virtus. nunc cum praecipuis libris retineo ἤ.

84. Οὐ μὴ ταῖς ἐκείνης ῥοπαῖς βεβαιοῦται] Pro βεβαιοῦται ad marginem ſui exemplaris ὁ πάνυ *Hemſterhuſius* adſcripſerat βραβεύεται; de quo verbo ſic D' *Oruill.* Anim. ad *Charit.* l. IV. p. 404. „ Haec vox in metaphora frequentior recentioribus Atticis, quam vetuſtis, certe in proſa. " Quod tametſi verum eſt, reperitur tamen, praeter *Demoſthenem*, quem citat ille, non diſſimile apud *Platon.* Protag. p. 235. B. Εἶπον οὖν ἐγὼ, ὅτι αἰσχρὸν εἴη βραβευτὴν αἱρεῖσθαι τῷ λόγῳ. vbi paulo ante dixerat ῥαβδοῦχον καὶ ἐπιστάτην καὶ πρύτανιν ἐλέσθαι, ὃς ὑμῖν Φυλάξει τὸ μέτριον μῆκος τῶν λόγων ἑκατέρου. In fortunam qui verbum tranſtulerit, *Iſocrate* antiquiorem noui neminem. Sic autem ille, in Areopag. p. m. 322. Ε'ν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν. *Alciphronis*, cuius meminit *D' Oruill.* eſt, l. I. ep. xxv. Ω"στε τὸ ζῆν οὐχ ὑπὸ τούτων ταλαντεύεται· ἀλλ' ὑπὸ τῇ τύχῃ βραβεύεται· quod, ſi cum eiusdem ſcriptoris l. III. ep. xlix. p. 388. conferas, facile in eam co-

XXXVII. CRITODEMO.

Boni amici opus facitis & tu, & omnes, quotquot mediocritatem excedens mihi fortitudinis praebetis teſtimonium, meis conſiliis & factis deuictos eſſe Leontinos, credentes. Ego autem certo ſcio, vltionem neceſſariam a me factam, exoptatiſſimam vero victoriam eſſe a fortuna conſummatam. Nihil enim eſt, o cariſſime, in rebus humanis, quod non illius momentis confirmetur.

XXXVIII. TIMONACTI.

Vici bello Leontinos: vt vero dolori par eſſes, nec, vniuerſis ſimul auditis, animo deficeres, non ſcripſi tibi de to-

cogitationem venias, ibi etiam ſcriptum fuiſſe, ἢν μή τι δεξιὸν ἡ τύχη βραβεύσῃ, pro ἢ. μ. τ. δ. ἡ. τ. βουλεύσηται. Paulo aliter *Polybius*, Hiſt. l. I. p. 82. Οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς ἡ τύχη μεταβιβάσασα——. Mitto reliquos inferiorum aetatum ſcriptores; quibus mirifice placuiſſe haec orationis forma videtur. Quo magis dubito, quid noſtro in loco anteferendum ſit, praeſertim cum libri omnes habeant βεβαιοῦται; quod accipi poteſt de rebus humanis, quarum nulla exitum habeat, niſi confirmante fortuna: ſicut ante dixerat τὴν μὲν ἀναγκαίαν ἄμυναν ὑφ' ἑαυτοῦ πεπραγμένην, τὴν δὲ εὐκταιοτάτην νίκην ὑπὸ τῆς τύχης κατωρθωμένην· vbi fere reſpondet κατορθοῦσθαι. Noſter, ep. LXXII. Α'μφότερα (ὅρκον ἢ πίστιν) ἡ γνώμη βεβαιοῖ. *Liban.* ep. CCCCLIX. τὴν λειτουργίαν——δεῖ βασιλέως βεβαιωθῆναι νεύματι· quod non diſſimili modo dictum, atque in noſtro τῆς τύχης βοπαῖς βεβαιοῦσθαι. Apud eundem, ep. CCLXXII. *Homerus* Hectorem Διὶ φίλον ἐκάλεσεν, ἐνδεικνύμενος, ὡς μετὰ τῆς ἐκείνου βοπῆς πάντα ἐπέπρωκτο. Vtrum in noſtro ſit anteferendum, lectoris iudicium eſto.

86. Διαρκέσῃς] Meminit huius loci *H. Stephanus*, Th. L. G. t. I. p. 537. Eadem conſtructione, ep. XC. ἀρκέσω γὰρ ἐγὼ τοῖς ἐμαυτοῦ, vbi male a quibusdam interpretum redditur, *meis contentus ero*, quod non ἀρκεῖν, ſed ἀρκεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ ſonat; vt ſaepe loquuntur Graeci praeſertim philoſophi. vid. *Valcken.* ad *Herod.* l. VII. p. 579. adde inprimis *Hierac.* ap. *Stobaeum*, Serm. IX. p. 107. l. 48. τὸ ἀγελαῖον ἐκεῖνο, καὶ κοινὸν, ἀρκοῦ τοῖς αὐτοῦ. Noſtro ſimile ex *Syneſio* habet *Stephanus*, l. c. p. 536. Ex antiquioribus, qui ita ſit locutus, noui neminem.

87. Α'ποκαρτερήσῃς] *Naogeorgus* reddit *ſuſpendas*, quod, inter alios, etiam dedit *Boyleus*; recte an ſecus, non diſputo. conf. quae, poſt *Stephanum*, de hoc verbo notat *Maius*, ad *Lucian.* t. III. Macrob. p. 222. & *I. Vpton.* Ind. ad *Arrian.* Epict. v. Α'ποκαρτερέω. Rectius *Aretinus*,

ne

ψά σοι περὶ τῶν ὅλων, ὅτι καὶ Ταυρομενείτας καὶ Ζαγκλαίους συμμαχήσαντας αὐτοῖς, καὶ αὐτοὺς εἰς τέλος νενίκηκα· οὐδ' ὅτι, λαβὼν ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως τῶν ἑαλωκότων τάλαντα ἑκατὸν, ὑπε- 90
λύτρωσα τοὺς αἰχμαλώτους. οὐ γὰρ ἐβουλόμην διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῶν εὐτυχημένων μοι προσαγγελίαν ἀπολουμένου σου, τὸν οὐκ ὀρθῶς ὄντα, δοκεῖν ἄνθρωπον ἀνηρηκέναι.

λθ'. Κ Α-

ne penitus abſumaris, & interpres, in ed. Aurel. *ne animum deſponderes*. De dolore nimirum, cui Timonactem ſuccumbere Phalaris nollet, accipiendum eſſe, ex antecedentibus, ἵνα τῇ λύπῃ διαρκέσῃς, clare apparet. Vt ſimilis translatio ſit huius verbi in animum, luctu deficientem, atque aliorum, quibus certum mortis genus ſignificatur, vt ἀπάγχεσθαι, ἀποπνίγεσθαι, cet. in animi cruciatum, taedium, ſimilia, de quibus vid. *Periz.* ad *Aelian.* V. H. l. V. c. VIII. Noſtrum ſimili ratione translatum ab *Aretha*, in Apocal. ex *Bud.* obſeruat *Stephanus*. ego par exemplum non memini me legiſſe.

88. Ταυρομενείτας] De *Tauromenii* nomine, Phalaridis aeuo nondum cognito, legi velim *Bentl.* Diſſ. & Reſp. ad C. B. VI. Vnum hoc noto, rectius ſcribi Ταυρομενίτας. vid. *Cluuer.* Sic Ant. l. I. c. VII. Sed, cum & edit. & MSS. hic, vt alibi, in his Epiſt. per ει fere ſcriptum exhiberent nomen, exceptis Angl. & Marg. Lugd. A. vulgatum Ταυρομενείτας retinui.

88. Ζαγκλαίους] Zancle iam dicta erat Meſſana a Meſſeniis Graecis, qui huc migrarant circa Olymp. XXXIX. non diu ante Phalaridis tempora. Fortaſſe igitur vetus nomen nondum penitus interierat. BOYL. Mirum in modum diſſident, in huius nominis ſcriptura, libri nonnulli. Pal. nempe habet Ζανηλείους, Lugd. B. Ναζηλείους, reliqui omnes Ζαγκλείους praeter Burm. vbi Ζακλείους. Scripſi Ζαγκλαίους, vt correxerat *Hemſterhuſius*, ad marginem ſui exemplaris. vid. *Cluuer.* Sic. A. l. I. c. VI. & L. *Holſten.* ad *Stephan.* Byz. v. Alia huc pertinentia legi poterunt in *Bentl.* Diſſ. & Reſp. ad C. B. IV. Noſtrum ſtuporis accuſatum a *Bentleio*, quod diuerſas ciuitates fecerit Zanclen, & Meſſanam, defendere conatur *Dodwell.* in Synopſ. Chron. Exercit. I. de Act. Phalar. p. 90. & ad Meſſenios Peloponneſios referenda putat, quae de Meſſeniis habet ille. In argumento ficto nihil deſinio.

89. Εἰς τέλος νενίκηκα] Sententiam imperfectam relinquunt Lugd. A. B. Pal. & Burm.

toto: me & Taurominitanos, & Zanclaeos, eorum in bello ſocios, ipſos etiam plane deuiciſſe; neque, me, acceptis pro eorum, qui capti eſſent, libertate centum talentis, redemtos captiuos dimiſiſſe. Nolebam enim, excellenti rerum feliciter a me geſtarum nuncio, te perituro, qui vere non eſſet, videri hominem interfeciſſe.

Burm. dum verba εἰς τέλος νενίκηκα omittunt. Angl. vero Lugd. C. & Marg. Lugd. A. καὶ αὐτοὺς εἰς τέλος νενίκηκα; quod recepi; tametſi editi libri, omiſſis καὶ αὐτοὺς, ſolum haberent εἰς τέλος νενίκηκα. De vſu pronominis αὐτὸς, hoc modo redundantis, multi multa. ſufficiat nominaſſe *F. L. Abreſch.* Dil. Thuc. p. 464. De reliquis, ſic *Wolf.* in Cur. Phil. ad Rom. X. 4. „ Retulerim huc Pſeudo-*Phalaridis* φράσιν, ep. 85. (xxxviii.) „ εἰς τέλος νενίκηκα, i. e. *perfectiſſime*, „ *pleniſſime vici*. *Car. Boyle*, recentiſſimus illarum epiſtolarum editor, eodem „ ſenſu vertit: *funditus a me ſuperati* „ *ſunt* (hoſtes). " Vbi tametſi viri iudicium, cum *Pauli* verbis noſtra componentis, vt ſaepe, deſidero: non repugno tamen, quo minus haec reddantur per *perfectiſſime vici*; modo teneatur, in ſimilibus εἰς τέλος omnium optime verti per *omnino*, *plane*, vt abunde oſtendit *D' Oruillius*, in ſuis, ad *Charitonem*, Anim. l. V. p. 460. Quibus quod addam, nihil habeo, niſi illud vnum, εἰς τέλος, pro *omnino* poſitum, & τὴν ἀρχὴν, de quo ſupra dictum, ad ep. xvi. l. 21. fere contraria eſſe, &, cum illo, particulae neganti iuncto, actio ne quidem incepta ſignificetur, hoc potiſſimum vſurpari, cum aliquid quaſi *perfectum*, & *abſolutum omnino*, dicere velint ſcriptores. Quo fere fit, vt, in *Polyb.* Hiſt. l. VIII. p. 712. pro Τὸ μὲν γὰρ μηδενὶ πιστεύειν εἰς τέλος, ἄπρακτον, tranſpoſita diſtinctionis nota, ſcribere malim, Τὸ μὲν γὰρ μηδενὶ πιστεύειν, εἰς τέλος ἄπρακτον. quod componi poterit cum *Manethonis*, a *D' Oruillio* citati, loco, e l. IV. 19. ἐς τέλος αἰὲν ἀμόχθους. Qui ſaepe τὴν ἀρχὴν cum negante particula, pro *omnino non*, vſurparunt ſolutae orationis ſcriptores antiquiores etiam, hoc noſtrum εἰς τέλος ignoraſſe videntur.

91. Διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τ. ἐ. μ. προσαγγελίαν] Per ſe dictum τὴν ὑπερβάλλουσαν προσαγγελίαν, vt ὑπερβάλλουσα ἀνδραγαθία, ſim. pendet enim caſus ſecundus τῶν εὐτυχημένων a nomine προσαγγελία. qua ratione etiam, ſupra, ep. xv. l. 2. defendi poterit e *Stobaeo* notata ſcriptura, διὰ εὐγενείας ὑπερβάλλουσαν ἀπόκρισιν.

λθ'. ΚΑΤΑΝΑΙΟΙΣ.

Ἀχθέντας αἰχμαλώτους τῶν ὑμετέρων πολιτῶν τινὰς, οὐδε- 95
μίαν ἐκ τῶν μυρίων ἔχοντας ἐλπίδα σωθῆναι, διὰ τὸ μὴ σφοδρα ὑμῖν αὐτῶν ἀναιρεθέντων μέλειν, σέσωκα, οὐκ ἐπιλελησμένος τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας. ἁπάντων γὰρ ἂν εἵην ἐπιλησμο-

95. Ἀχθέντας αἰχμαλώτους] Angl. Lugd. C. Medd. A. B. & Marg. Lugd. A. Ἀχθέντας αἰχμαλώτους ἐπ' ἐμὲ τῶν ὑ. π. Pro ἐπ' ἐμὲ Med. B. & Lugd. C. vbi ſecundum repetita haec epiſtola, etiam καὶ habent. Alterum ἐπ' ἐμὲ ſpectauit *Aretinus*, dum reddidit, *Quum ad me ciues veſtri captiui deducerentur.* Reliqui libri ſine ἐπ' ἐμὲ; quos ſecutus ſum. Nam etſi in eo, quod nominati codices habent, nihil eſt, quod reprehendas, ab aliena manu tamen ἐπ' ἐμὲ eſſe videtur, additum illud, ne ſolum eſſet ἀχθέντας. Quod poſſitne hic per ſe ſtare, nec ne, inquirere nolo; cum ipſe ſophiſta, aliis locis, doceat, ſcripſiſſe ſe Ἁλόντας αἰχμαλώτους τ. ὑ. Sic ſane, ep. XLIII. Γνώμης γενόμενος τὸ πρῶτον ἁλόντα αἰχμάλωτον ἀποκτεῖναί σου τὸν υἱὸν——, μετέγνων ὕστερον, καὶ σέσωκα. quo nihil ſimilius noſtris: nec abit longe, ep. XV. Τὴν Εὐβούλου καὶ τὴν Ἀριφάντου γυναῖκα——, ἃς ἑλὼν αἰχμαλώτους ἔπεμψας ὡς ἀπολουμένας πρός με,—— σέσωκα. adde ep. XXXVIII.

96. Οὐδεμίαν ἐκ τῶν μυρίων ἔχοντας ἐλπίδα σωθῆναι] Diſſentiunt Med. C. & Burm. dum pro eo, quod in editis & plerisque MSS. eſt, ἐκ τῶν μυρίων, vel ἐκ μυρίων, vt Lugd. B. habent ἐκ τῶν πολλῶν· quod haud dubie interpretis eſt. Sed ſpeciem non omnino nullam habet Lugdunenſis C. in repetita epiſtola, ſcriptura, οὐδεμίαν ἐκ τεκμηρίων ἔχοντας ἐλπίδα. Forma loquendi obuia eſt ἐκ τεκμηρίων. *Thucyd.* l. I. p. 2. Ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει, οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι——. *Demoſth.* II. in Aphob. p. 908. F. πίστεις δὲ ἔχετε ἱκανὰς, ἐκ μαρτύρων, ἐκ τεκμηρίων. atque ita ſaepe oratores, alii. Ad eandem rationem ἐκ τεκμηρίων ἔχειν ἐλπίδα dici potuiſſe, non alienum eſt, exiſtimare. Sed probum alterum; cuius ſponſorem habeo *Xenophontem*, Exp. C. l. II. p. 163. l. 3. Ἐγὼ, εἰ μὲν τῶν μυρίων ἐλπίδων μία τις ὑμῖν ἐστι σωθῆναι πολεμοῦντας βασιλεῖ, συμβουλεύω μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα· εἰ μέν τοι μηδεμιᾶς (l. μηδεμία) σωτηρίας ἐστὶν ἐλπὶς, ἄκοντος βασιλέως, συμβουλεύω σώζεσθαι, ὅπη δυνατόν. Quae, cum *Herodoteis*, l. VI. p. 443. l. 36. ed. *Weſſ.* οὐδεμίην ὑμέων ἔχω ἐλπίδα μὴ οὐ δώσειν ὑμέας δίκην τῷ βασιλεῖ τῆς ἀποστάσιος, comparata, ſuſpicionem iniiciunt corruptae vocis ὑμέων, in μυρίων vel τῶν μυρίων mutandae. Quod ſi verum, ex hoc *Herodoti* noſtrum ſumtum eſſe, putem. Sed nihil definio. Reliqua ἐλπίδα σωθῆναι dixit, vt *Xenoph.* l. c. μία ἐλπὶς σωθῆναι, &, in Hellen. l. VI. p. 356. l. 14. νῦν ἐλπὶς, τὸ πάλαι λεγόμενον, δεκατευθῆναι τοὺς Θηβαίους. quae, cum eiusdem verbis, ib. p. 347. l. 13. Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι οὕτως εἶχον τὴν γνώμην, ὡς νῦν Θηβαίους, τὸ λεγόμενον, μὴ δεκατευθῆναι, ἐλπὶς εἴη, collata, facilem horum emendandorum commonſtrant viam. nam, niſi vehementer fallor, ſcribendum eſt, ὡς νῦν Θηβαίους, τὸ

XXXIX. CATINENSIBVS.

Captos e veſtris ciuibus captiuos quosdam, cum nullam ex innumeris ſpem haberent ſalutis, quod, iis interfectis, non magna futura eſſet veſtra triſtitia, conſeruaui, non oblitus odii aduerſus vos. Nam omnium eſſem obliuioſiſſimus, ſi, quas

S 2

τὸ λεγόμενον ἤδη, δεκατευθῆναι ἐλπὶς εἴη. Noſtro plura ſimilia vbique obuia. quare quorundam codicum ſcripturam, vt Lugd. A. Angl. & Medd. A. B. τοῦ σωθῆναι, aut Med. B, Marg. Lugd. A. & Angl. σωθήσεσθαι, morari nolo.

97. Διὰ τὸ μὴ σφόδρα ὑμῖν αὐτῶν ἀναιρεθέντων μέλειν, σέσωκα] Placuerit fortaſſe alicui parumper adiuta Medd. A. & B. ſcriptura: Διὰ τὸ μὴ σφόδρα ἀνιᾶσθαι ὑμᾶς ἀναιρεθέντων αὐτῶν μέλειν. nam apta ſententia erit, ſi modo μέλειν mutaueris in μέλλειν. Accedit, quod in Med. B. vbi ſecundum repetitur haec epiſtola, eſt, ὑμῖν, ἀν. ἀ. μέλλειν, σ. Noſter, ep. XIV. Στησίχορον πυνθανόμενος ἀνιᾶσθαι, διότι τῆς ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν εἰς τὰς ἐκείνου ποιήσεις οἱ περὶ Εὔβουλον ἀνέφερον, οὐκ ἂν ἐβουλόμην, ὡς ἐμοῦ ταῦτα πεπεισμένου, δυσχεραίνειν. atque ita alibi. Nihilominus reliquorum librorum ſcripturam intactam reliqui.

98. Α'πάντων ἂν εἶην ἐπιλησμονέστερος] Vulgatum ἐπιλησμονέστατος in ἐπιλησμονέστερος mutaui, cum in eo conuenirent Lugd. A. B. Angl. Med. C. Burm. Marg. Ald. & ed. Ven. Sic noſter, ep. L. Τοῦ πάντων χαλεπωτέρου τυχεῖν ὀλέθρου. ep. XCVIII. Πάντας μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὑπ' ἐκείνου πρέπει νικᾶσθαι, περιττότερον δὲ πάντων ἐμέ. Similia, aliunde depromta, praeter *Weſſel.* ad *Diodor. S.* l. XIII. p. 565. &, ad *Herod.* l. IX. p. 703. alios, collegerunt *Dauiſius*, ad *Max. Tyr.* p. 503. & *Abreſch.* Dil. Thucyd. p. 514. Genus loquendi veteribus Atticis, vt puto, faſtiditum, in reliquorum Graecorum ſcriptis obuium. Quo minus correctione opus eſt in verbis *Dionyſ. Hal.* Αυσ. p. 84. l. 37. Τίς δέ ἐστιν ἥδε ἀρετὴ, ἥτις πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι; καὶ τίς ἡ χάρις; πρᾶγμα παντὸς κρεῖττον λόγου καὶ θαυμασιώτερον. vbi nec θαυμασιώτατον ſcribi cum *Marcklando*, ad *Lyſ.* Vit. p. LXVIII. opus eſſe puto; nec eidem, antecedentia ſic refingenti, καὶ τίς αὕτη ἡ δύναμις; χάρις, πρ. π. κ. λ. κ. θ. aſſentior. Ac de θαυμασιώτερον, conferri poterunt exempla a doctis, quos nominaui, citata. De altero, ſi ante pro καὶ τίς ἡ ſcripſeris καλλίστη, interpungendo ſententiam efficies aptam. Anteceſſerat l. 32. Μίαν δὲ ἀρετὴν ἔτι τοῦ ῥήτορος ἐπιδείξομαι, κρίνας καλλίστην τε καὶ κοινοτάτην, καὶ μόνην, τὴν μάλιστα τῶν ἄλλων τὸν Λυσίου χαρακτῆρα δυναμένην βεβαιῶσαι. vbi κοινοτάτην, non iniuria *Sylburgio* & *Marcklando* corruptum viſum, ego quidem in οἰκειοτάτην mutandum opinor; in reliquis nihil deſidero, dummodo ſic redduntur: *Vnam vero adhuc virtutem oratoris (Lyſiae) oſtendam, pulcherrimam ratus, familiariſſimamque, & ſolam eam, quae prae aliis maxime certa ſigna notasque poſſit praebere, vnde Lyſian cognoſcas.* Ad haec iam, noſtro in loco, quaerit *Dionyſ.* Τίς δέ ἐστιν ἥδε ἀρετὴ, ἥτις πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι καλλίστη; Reſpondet: Χάρις, πρᾶγμα, κ. τ. λ. quam in rem vide, quae dein, de eodem argumento, leguntur, ibid. l. 50. & p. 85. l. 41.

σμονέστερος, εἰ τοῦ θυμοῦ μικροτέραν δίκην παρ' ὑμῶν λαβεῖν καταφρονήσαιμι. ὅταν δὲ τὴν κατ' ἀξίαν ὑπόσχητέ μοι, τόθ' ὑμᾶς τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, ὧν ἐδράσατε κακῶν, ἀναμνήσει.

μ'. ΚΑΤΑΝΑΙΟΙΣ.

Ὑμεῖς μὲν ἴσως ἐμαυτῷ πλεοναζούσας δοκεῖτε ποινὰς τετεκέναι, ὧν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς παρανενομήκατε, ἀντὶ μὲν ἀνδρῶν τριάκοντα, ὧν ἀσεβῶς κατεπυρπολήσατε, πεντακοσίους ὁπλίτας ἀπολωλεκότες· ἀντὶ δὲ ταλάντων ἑπτὰ, ὧν διηρπάσατε, πλείστας ἀπεστερημένοι προσόδους. ἐγὼ δὲ προοίμιον ὑμῖν, ὧν μέλλετε πάσχειν ὑπ' ἐμοῦ, τὰ νῦν γεγονότα καταγγέλλω, ἵνα δι' ἐμαυτὸν συμμαχήσαντα τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν πεπονθότες ὁμολογεῖν αἰσχύνησθε. οὐ μὴν ἀνήσω γε τὴν πρὸς

99. Εἰ τοῦ θυμοῦ μικροτέραν δίκην παρ' ὑμῶν λαβεῖν καταφρονήσαιμι] Sententiam loci non assecuti, *Naogeorgus*, alii, reddunt, *Si — vos afficere negligerem*; *Boyleus*, *Si vobis poenas destinarem*; *Aretinus*, *Si minorem ira mea vltionem a vobis accipere satis mihi existimarem*; quo iure quique, cognoscent ii, qui de verbi καταφρονεῖν vsu notata a summis viris, ad *Herod.* l. I. p. 27, 32. & l. VIII. p. 623. cum nostro contulerint. Haud dubie consueta verbi καταφρονεῖν virtus spectanda est, vt ep. LXV. Οὐ γὰρ εἰκὸς ἕνα πολλῶν, πολλοὺς δ' ἑνὸς καταφρονεῖν εὐλογώτερον. ep. XCVII. extr. θανάτου καταφρονῆσαι. cet. Iunguntur καταφρονήσαιμι τοῦ λαβεῖν δίκην θυμοῦ μικροτέραν —. Vt similis interpretum error sit ei, quo, (ad *Thucyd.* l. VIII. c. XLVIII. τῷ βασιλεῖ οὐκ εὔπορον εἶναι pro τῷ οὐκ εὔπορον εἶναι βασιλεῖ.) lapsos notauit, in Dil. Thuc. p. 765. *Abresch.* Noster, dum dixit δίκην παρ' ὑμῶν λαβεῖν, respexit conseruationem ciuium eorum, quos interfectos vellent Catinenses, vt ante significauerat; non alia ratione, atque ep. XLIII. filium a se conseruatum, ait, esse, vt dolore afficeret patrem. Et hanc quidem δίκην θυμοῦ μικροτέραν vocauit, cum quod iusto minor esset ista poena, tum, vt haberet, cui mox opponeret τὴν κατ' ἀξίαν.

2. ΚΑΤΑΝΑΙΟΙΣ] Tanquam *Diodori*, hanc epistolam citat *P. Carrera*, Descr. Aetn. l. II. c. IV. Th. Ant. Sic. Vol. IX. p. 32. B. Sed, in Monum. Hist. Vrb. Cat. l. IV. Thes. Ant. Sic. Vol. X. p. 321. A. *Phalaridis* vocat. Ac sane ex his *Phalaridis*, non ex illis *Diodori*, Graeca, quae citat, depromsit. Responsionem ad hanc epistolam videbis inter illas *Diodori*, ep. XXXVII. cuius, ibidem, meminit *Carrera*. Sed de eo

quas a vobis ſumerem ira minores, poenas deſpicerem. Quum vero dignas mihi detis, tum vos magnitudo calamitatis in malorum, quae feciſtis, memoriam reducet.

XL. CATINENSIBVS.

Vos fortaſſe, mihi nimias ſoluiſſe poenas, opinamini, iniuriarum, quas mihi meisque feciſtis, cum pro triginta viris, quos impie concremaſtis, quingentos milites perdidiſtis, pro ſeptem vero talentis, quae diripuiſtis, plurimis priuati eſtis reditibus. Ego autem prooemium vobis eorum, quae paſſuri eſtis a me, quae nunc facta ſunt, denuncio, vt propter me, hoſtibus veſtris opitulantem, paſſos eſſe, profiteri vos pudeat. Nec vero malum in vos animum re-

eo alibi opportunior erit agendi locus.

4. Ὦ τὴν εἰς ἐμὲ καὶ τ. ἐ. παρανενομήκατε] Libri editi omnes παρηνομήσατε. Burm. vero, qui ſolus e MSS. hanc epiſtolam habet, παρηνομήκατε; ex quo feci παρανενομήκατε, vt, ep. CXVII. Τὸν μὴ μετ' ἀνάγκης μηδὲν ὢν παρανενόμηκας, μετὰ γνώμης δὲ ἠσεβηκότα πάντα. Alterum videri poteſt ortum ex παρῳνήσατε, vel παρῳνήκατε; de quo verbo vid. ſupra, not. ad ep. XIII. I. 61. Vtrum ſit anteferendum, non definio; & probum παρανενομήκατε.

5. Ἀντὶ μὲν ἀνδρῶν τριάκοντα——] In epiſtola, *Diodoro* adſcripta, de qua ſupra, *Sicuti Aetnaeo igni ſacrificauimus tuos illos triginta.* Mox καταπυρπολεῖν, pro κατακαίειν, dici, notat *H. Stephanus*, Theſ. L. G. t. III. 623. In eodem negotio πυρπολεῖν eſt, ep. XCIV.

6. Πεντακοσίους ὁπλίτας] Interpres, in ed. Aurel. reddidit *ciues*. hunc ſequitur *Boyleus*, qui tamen ὁπλίτας in Graeco retinet. Epiſtola antecedente commemorantur ciues quidam Catinenſium, τῶν ὑμετέρων πολίτων τινὰς——. Sed illos, Catinenſibus, vt videtur, inuiſos, Phalaris conſeruat; hos poenae loco, quod iſtos triginta concremauerant, ἀπολωλεκέναι Catinenſes dicuntur. Vt veri ſimile non ſit, eosdem hic, quos, ep. antecedente, reſpici. Neque adeo eſt, cur πολίτας, pro ὁπλίτας reponamus; niſi forte vnum hoc, quod, cum nondum bellum intulit Catinenſibus Phalaris, illis, quam his nominandis, aptior locus poteſt videri. de quo iudicabit lector.

7. Προσίμιον] Vſus nominis translati ſophiſtae, quam *Phalaridi*, notior. vid. ſummus *Hemſterhuſius*, ad *Lucian.* tom. I. Somn. p. 6. &, ad *Charit. D' Orvill.* l. V. p. 443.

9. Τοῖς ἐχθροῖς] Himerenſes cogitauit, vid. *Diodori* ep. XXXIX.

πρὸς ὑμᾶς δυσμένειαν, ἕως ἂν ἡ διοικοῦσα πρόνοια τὴν

11. Ἕως ἂν ἡ διοικοῦσα πρόνοια, κ. τ. λ.] Non dissimile ei est, quod, apud *Herodot.* l. VIII. p. 582. B. Athenienses, Νῦν δὲ ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ, τῇπερ καὶ νῦν ἔρχεται, μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι, τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίην ὄπιν ἔσχον, ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. vbi quae notant *Wesselingius* & *Valckenarius*, p. 689. consuli velim. *Herodoteum* hoc spectaueritne noster, non dixerim. De verbis, certum est, ita comparata esse, vt non Phalarin, sed hominem, in Platonicorum scholis institutum, prodant auctorem. Nam, vt infra ostendam, vix in tota sententia verbum vllum est, quod intellexisset, nedum scripsisset, in epistola, verus Phalaris.

11. Διοικοῦσα πρόνοια] Πρόνοιαν ante *Platonis* tempora, non *diuinam prouidentiam*, vt hic, sed tantum *prudentiam humanam*, sonuisse, ex *Fauorino* & *Proclo*, concludit, in Add. in Diss. de Ep. Ph. c. XVII. p. 292, 293. *Bentleius*; vt, auctorem harum Epistolarum aetate saltem non anteceſſisse *Platonem*, demonstret. Potuisset vir magnus, maiore etiam cum iure, dicere, non tantum πρόνοιαν, per se positum, vt hic, pro *prouidentia diuina*, sed integrum genus loquendi, ἡ διοικοῦσα πρόνοια, κ. τ. λ. ita comparatum esse, vt certissimo indicio sit, eum, qui hoc scriberet, saltem non ante Zenonem, eiusque inuentorum aemulos Stoicos nominatos, viguisse. Ac primum de *Proclo*; vereor, vt inde id, quod voluit ille, confici possit. Ὅτι δεῖ μεμνῆσθαι, inquit, (Comm. in *Plat.* Tim. p. 126.) καὶ ὧν ὁ χερονεὺς εἶπε περὶ τῆς Προνοίας ὀνόματος, ὡς Πλάτωνος οὕτω περὶ τὴν θείαν κελεύσαντος. Vere quidem *Bentleius* Χαιρωνεὺς pro χερονεὺς, & καλέσαντος pro κελεύσαντος emendat; sed reliqua cum sic corrigit, ὡς Πλάτωνος οὕτω πρώτου θείαν καλέσαντος, redditque, Platonem *primum fuisse*, *qui sic diuinam prouidentiam vocaret*; non cogitauit, *Proclum*, si hoc voluisset, non πρώτου θείαν, sed πρώτου τὴν θείαν καλέσαντος, scripturum fuisse; ne dicam, falsum tum esse, quod aiat, πρόνοιαν a *Platone diuinam prouidentiam* vocari: id quod a *Zenone* demum factum esse, deinceps demonstrabo; cum *Plato* nunquam προνοίαν, nisi addito θεοῦ, vel θεῶν, *illam dei* vocauerit. Neque etiam *Fauorinus*, apud *Laert.* l. III. p. 180. §. 24. πρόνοιαν habet, sed, Πρῶτος, inquit, (ὁ Πλάτων) ἐν Φιλοσοφίᾳ ὠνόμασε, θεοῦ πρόνοιαν. Vt, aliud spectasse *Proclum*, veri simile sit. *Plutarchus*, in libro, de Fato, inter alia, ad mentem Platonicorum disputata, dum tripliciter distribuit πρόνοιαν, *prouidentiam diuinam*, p. 573. A. Τρίτη δ' ἂν, inquit, εἰκότι ῥηθείη πρόνοιά τε καὶ προμήθεια τῶν ὅσοι περὶ γῆν δαίμονες τεταγμένοι τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων φύλακές τε καὶ ἐπίσκοποί εἰσιν. Quae siue spectauerit *Proclus*, siue alium, ex libro quodam *Plutarchi* deperdito, locum, viam tamen ad veram emendationem monstrare, puto: καὶ ὧν ὁ Χαιρωνεὺς εἶπε περὶ τῆς Προνοίας ὀνόματος, ὡς Πλάτωνος οὕτω προμήθειαν (vel τὴν προμήθειαν) καλέσαντος. Quod *Plutarchus*, & ex eo *Proclus*, monere potuerunt, ne quis temere cum Stoicis, aliisue, aliter, atque par esset, πρόνοιαν *Platonis* interpretaretur; quam ipse *Proclus*, ante, ibid. nihil esse, monet, aliud, nisi τὴν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργειαν, vel τοῦ ἀγαθοῦ μετάδοσιν. Ab hoc diuersum, vt opinor, *Fauorini* testimonium; qui non tam spectauit vim vocis πρόνοια, quam, primum *Platonem*, docuit, *in philosophia nominasse*, ἐν Φιλοσοφίᾳ ὀνομάσαι θεοῦ πρόνοιαν. Quod vtrumque verum. Ante tempora nimirum Zenonis, & Stoicorum, nominis πρόνοια duplex potissimum ratio fuit; quarum altera cernitur in Miner-

mittam, quoad moderatrix prouidentia eandem harmoniam mun-

neruae Προνοίας, a Delphis cultae, cognomine, altera, cum generatim *prouidentiam*, *prudentiam*, προμήθειαν, ſim. πρόνοιαν dicunt Graeci. *Thucydidis* eſt, Hiſt. VI. p. 386. l. 31. γνόντας, ὅτι ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα κατορθοῦνται· προνοίᾳ δὲ πλεῖστα. vbi non diſſimilis contrariorum, ἐπιθυμία & προνοίᾳ, ratio, his *Appian.* P. ωμ. Κελτ. p. 12. l. 10. Ἦσαν δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐ Φερέπονοι (οἱ Γερμανοὶ) ἐν ταῖς μάχαις, οὐδὲ λογισμῷ, ἀλλὰ θυμῷ χρώμενοι, καθάπερ θηρία. vulgo quidem legitur οὐδὲ λογισμῷ ἐπιστήμῃ τινὶ, ἀλλὰ θ. χ. ſed, verba ἐπιστήμῃ τινὶ huc male translata eſſe ex iis, quae ſubiiciuntur, διὸ καὶ ὑπὸ τῆς Ρωμαίων ἐπιστήμης καὶ Φερεπονίας ἡσσῶντο, nullus dubito. Recte autem, in *Thucydidis* verbis, redditur *prudentia*. Idem προμήθειαν, vel *curam*, ſonat, *qua alicui rei proſpicias*, in eiusdem l. II. p. 157. l. 21. Τούτων μὲν οὖν ἐγὼ ἔξω τὴν πρόνοιαν κατὰ τὸ δυνατόν. quo cum compone, apud *Plat.* Gorg. p. 342. A. Αἱ μὲν τεχνικαὶ (πραγματεῖαι) προμήθειάν τινα ἔχουσαι τοῦ βελτίστου περὶ τὴν ψυχήν. Contraria fere ratione, cum ſecundo caſu, πρόνοια dicitur *prudentia*, προμήθεια, ſim. eius, qui proſpiciat, vt in illo *Thucydidis*, l. VIII. p. 565. l. 86. οὐδὲν γὰρ ἐπωλεῖτο ἀπὸ προνοίας τῶν Ρετριέων. Quam autem *Thucydides*, eandem nominis πρόνοια virtutem ſpectarunt omnes, quotquot ad veteris Atticismi normam orationem compoſuerunt diligentius, tragici, oratores, ceteri. Nec hi tantum, ſed quotquot antiquitus Graece ſunt locuti, pari ratione nomine ſunt vſi. Praecipit *Hippocrates*, Praen. libro p. 36. l. 2. Τὸν ἰητρὸν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. vbi quid ſonet vox πρόνοια, non tam ex *Galeno* cognoſces, quam ipſis, quae ſubiecit *Hippocrates*, verbis. *Herodotea* ſunt, l. VI. p. 404. D. ἀνωΐστου δὲ γενομένου ἐκ προνοίης τῆς Κλεομένους ἐς τὴν Πυθίην. &, l. I. p. 57. C. Εἰ μὲν περίεστί τε καὶ ἐβασίλευσε ὁ παῖς μὴ ἐκ προνοίης τινός, θάρσει τε τούτου εἵνεκα. Eadem forma, in iure Attico, de induſtria illatum vulnus τραῦμα ἐκ προνοίας dicebatur. nota *Lyſiae*, Περὶ τραύματος ἐκ προνοίας, oratio. Placuit idem *Platoni*, Phaedr. p. 1218. E. Ἆρ' οἶσθ' ὅτι ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, αἷς με σὺ προὔβαλες, ἐκ προνοίας σαφῶς ἐνθουσιάσω. vbi demum apta ſententia erit, ſi ſic interpunxeris: αἷς με σὺ προὔβαλες ἐκ προνοίας, σαφῶς ἐνθουσιάσω. Qui plerumque cum Stoicis nomine πρόνοια vtitur, *Plutarchus* in hac tamen forma antiquiores imitatus eſt, l. de Fato, p. 572. C. Αὐτὸ δὲ τὸ ἀποβὰν, παράλογον καὶ τοιοῦτο ἀπέβη, οἷον κἂν ἐκ προνοίας ἐγεγόνει ἤτοι ἀνθρωπίνου (leg. ἀνθρωπίνης vel ἀνθρώπου) τινὸς, ἢ τῶν ἔτι κρειττόνων. adde, de Superſt. p. 168. A. quod componi velim cum *Nicoſtrati*, comici, apud *Athen.* l. XV. p. 693. A. & *Menandri*, ex Hypob. verbis, ap. *Stob.* Ecl. Phyſ. l. I. c. x. quae recte emendata a *Bentleio*, p. 62. ſi, quod praeteriit ille, ἡ πρόνοια δ' ἡ θνητὴ καπνὸς, Καὶ φλήναφος, leui correctione mutetur in——ἡ πρόνοια δ' ἡ θνητῶν καπνὸς Κ. φ. nihil habebunt, quod offendere lectorem poſſit. Memoratam autem formam reſtituo *Luciano* t. II. Alex. p. 263. ὡς εἰκάζειν ἐκ προνοίας τινὸς τὸ τοιοῦτο, εἰ καὶ κατὰ τύχην συνέβη. vulgo ὡς εἰκάζειν προνοίας——. quod ſcripſi conuenit cum *Luc.* t. III. Philop. p. 585. & *Plut.* de Superſt. l. c. ὡς οὐδὲν κατὰ δίκην οὐδ' ἐκ προνοίας——. Mitto plura. In Delphicam autem Mineruam Πρόνοιαν, quum vbique ab eruditis fere perſcriptum ſit eius nomen, operae pretium erit, diligentius inquiſiuiſſe. Huius, vt opinor, certiſſimo indicio ſunt *Demoſthenis* verba, in Ariſtogit. I. p. 833. D. Fateor quidem, ſi vulgarem de Mineruae Προνοίας aede, Delphis dicata, opinionem ſequamur, de hac, non de Προνοίᾳ Ἀθηνᾷ accipienda eſſe. quam in rem videndi *Meurſius*,

Lect.

τὴν αὐτὴν ἁρμονίαν τοῦ κόσμου φυλάττῃ· ἐξοίσω δὲ τὸν πρὸς

Lect. Att. l. II. c. XVII. &, de Regn. Lac. c. v. p. 22. & huius ſententiam amplexi viri quique in literis principes, quos citat *Io. Taylorus*, ad *Demoſthenis* I. c. p. 517. quibus add. *Weſſelingium*, ad *Herodot.* l. I. p. 47. ſin rem ipſam ſpectes, non tantum *Demoſthenem*, apparebit, ſed quotquot e veteribus huius aedis Mineruae, Delphis conſecratae, meminerint, non Προναίαν ſed Πρόνοιαν voluiſſe; &, quidquid de duplici Minerua, altera Προναία, Delphis, altera Προνοία, Athenis, culta, *Meurſius*, aliique comminiſcantur, falſum eſſe. Nominatur quidem Προναία, in *Aeſchyli*, Eumen. 21. & in loco *Callimachi*, quem ibi citat ſcholiaſta; tum etiam ab *Heſychio*, & *Etymologo*. Ad haec *Harpocratio*, aliique, dum ſic nominatam tradunt Mineruam, διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἱδρύσθαι, non Προνοίας, vt vulgo ſcribitur, ſed Προναίας reſpicere ſe nomen, declarant. Sed, ſi vulgata in libris veterum ſcriptura ſtandum, longe plures erunt, quos illis opponas, vt *Herodoti*, *Demoſthenis*, *Aeſchinis*, *Diodori Sic.* *Plutarchi*, *Pauſaniae*, *Parthenii*, ne grammaticos, *Harpocrationem*, *Euſtathium*, & *Suidam*, nominem; in quibus omnibus olim non Προναία, ſed Πρόνοια, ſcriptum fuiſſe, vetera exemplaria docent, confirmant ipſi, qui horum loca citant, grammatici. Sin vero *Harpocrationis*, & aliorum verba diligentius inſpexeris, nihil inde confici poſſe, niſi vnum hoc, apparebit, ſiue librariorum errore, ſiue alia ratione, inductos, dubios eos haeſiſſe, Πρόνοια, an Προναία verum eſſet Mineruae Delphicae cognomen, ac propterea duplicem tradidiſſe nominis rationem: διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἱδρύσθαι, ἢ ὅτι πρεσυνόησεν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ (verba *Harpocrationis* ſunt, v. Πρόνοια, quem reliqui ſunt ſecuti). Quorum alterum quum ad nomen Προναία pertineat, alterum ad Πρόνοια, quod in *Aeſchine* & *Herodoto* legerat *Harpocratio*, cauſa nulla eſt, cur, ſi grammaticos audias, potius Προναίαν, quam Πρόνοιαν, dictam, putes. Vt mirari ſatis non poſſim, vnius *Meurſii* tantam fuiſſe auctoritatem, vt ad illius ſententiam deinceps, vbicunque Mineruae Προνοίας Delphicae mentionem factam inuenirent eruditi, in eius locum ſubſtituerint Προναίαν. Imo *Taylorus*, eruditiſſimus *Demoſthenis* interpres, quum videret, *interire omnem loci Demoſthenei, ſupra citati, leporem & elegantiam, ſi ad eandem normam corrigeretur*, eo delapſus eſt, vt iſtius in Ariſtogitonem orationis auctorem, quem non *Demoſthenem*, ſed *ſimium Demoſthenis* habet, *antiquitatis verae ignarum, & vocabulorum ſimilitudine deceptum, cum ſua ſcriberet*, ſuſpicari, quam peruagatam aliorum opinionem deſerere, maluiſſe videatur. Siue autem *Demoſthenis*, ſiue alius ſit iſta oratio, quod hic diſputandi locus non eſt, ita conſcripta ea eſt, vt auctorem prodat minime imperitum; neque adeo veriſimile ſit, in tanta antiquitatis ignoratione eum verſari potuiſſe, vt eiusmodi errore laberetur; praeſertim cum aedes iſta Mineruae Delphicae, complurium ſcriptis olim celebrata, ſuperſtes adhuc fuerit *Pauſaniae* tempore; quem vid. in Phoc. p. 816. Sed ipſa verba oratoris videamus: Οὐχ ὁρᾶτε, inquit, p. 833. B. ὅτι τῆς φύσεως αὐτοῦ (Ἀριστογείτονος) καὶ τῆς πολιτείας οὐ λογισμὸς, οὐδ' αἰδὼς οὐδεμία, ἀλλ' ἀπόνοια ἡγεῖται. tum, nonnullis interpoſitis, ibid. D. Οὐκ ἀπονοίας, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος βουλευομένους δεῖ ζητεῖν, ὅτῳ κοινωνήσουσιν· ἀλλὰ νοῦ καὶ φρενῶν ἀγαθῶν καὶ προνοίας πολλῆς. cuius cauſam hanc ſubiicit: Ταῦτα μὲν γὰρ εἰς εὐδαιμονίαν ἄγει πάντας ἀνθρώπους, ἐκεῖνα δὲ οἱ τοῦτον ἀπελθεῖν δεῖ. ac tandem, quo maiorem dictis vim addat, exemplo vtitur a moribus populorum, qui, quum deorum omnium aras, fanaque conſecrarint, tum *inter ea etiam*, ἐν δὲ τούτοις καὶ

mundi ſeruet. Sed bellum aduerſus vos ſuſcipiam, non pro

καὶ Προνοίας Ἀθηνᾶς——. ἀλλ' οὐκ ἀπονοίας, οὐδ' ἀναιδείας. vbi non tantum contrariorum comparatio, vt recte notat *Taylorus*, retinendum eſſe, docet, Προνοίας; ſed, niſi ita legatur, ab hoc loco plane alienum erit, quo vſus eſt orator, exemplum. Quo, quum Mineruae Προνοίας aedem conſecratam, dicit, non vero ἀπονοίας, quid aliud ſignificat, niſi propterea religioſe colendam Mineruam Πρόνοιαν priſcos homines voluiſſe, quod tum demum bene ſuccedere res arbitrati ſint, cum illis admouerentur ii, quorum eſſet ſpectata Πρόνοια, quumque gererentur, quaſi ἡγουμένης Ἀθηνᾶς Προνοίας? Quid ergo? eum ignoraſſe hanc antiquitatis partem, cenſendum eſt, an vero in cauſis nominis Προνοίας explicandis haeſiſſe grammaticos, verumque nomen fuiſſe Πρόνοιαν? Equidem qui illud, quam hoc malit, vbi ante dicta contulerit, aequiorem paullo fore, opinor, neminem. Iam vero obſeruari velim, quod de hac ſua Πρόνοια dicit ille, l. c. D. εἰσὶ ταῖς πόλεσι πάσαις βωμοὶ καὶ νεὼ πάντων τῶν θεῶν· ἐν δὲ τούτοις καὶ Προνοίας Ἀθηνᾶς, ὡς μεγάλης καὶ ἀγαθῆς θεοῦ, καὶ παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Δελφοῖς κάλλιστος καὶ μέγιστος νεὼς εὐθὺς εἰσιόντι εἰς τὸ ἱερόν. Eſt hic Πρόνοια Ἀθηνᾶ, cuius arae fanaque cum in aliis ciuitatibus cernantur, tum etiam iuxta Apollinem, Delphis, pulcherrima & maxima aedes, ad ingreſſum templi. Atqui Minerua, cuius meminere *Herodotus*, l. I. ed. Weſſ. p. 47. l. 21. & alibi, *Diodor. Sic.* l. XI. p. 415. l. 60. cet. *Parthenius*, Erot. c. xxv. *Plutarchus*. Reip. Ger. Praec. p. 825. B. alii, non alia eſt, atque ea, Delphis culta. Eſt itaque Πρόνοια Ἀθηνᾶ; cuius, vt ait ille, παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Δελφοῖς κάλλιστος καὶ μέγιστος νεὼς εὐθὺς εἰσιόντι εἰς τὸ ἱερόν quam *Iulianus*, Orat. IV. p. 149. C. & ex eo, *Euſtathius*, ad *Hom.* Il. A. p. 83. dicunt Ἀθηνᾶν Πρόνοιαν σύνθρονον Ἀπόλλωνι τῷ νομιζομένῳ μηδὲν ἡλίου διαφέρειν, dum veterem verſum citant, Γ"κετο δ' εἰς Πυθὼ καὶ ἐς Γλαυκῶπα Προνοίην. Porro, eandem voluiſſe *Pauſaniam*, dum, in Phoc. p. 816. ὁ τέταρτος δὲ, inquiat, (ναὸς) Ἀθηνᾶς καλεῖται Προνοίας, locum inſpicienti, & cum reliquis comparanti, apparebit facillime. Atqui *Aeſchyli*, *Callimachi* & *Heſychii*, Minerua Προναία, Delphica quoque eſt: vt appareat, hanc etiam eandem fuiſſe, quam reliquorum, niſi Mineruam, alteram Πρόνοιαν, alteram Προναίαν, a Delphis cultam, velis exiſtimare; quod probari nequit. Vt longe veri ſimillimum ſit, hos ad reliquorum, non illos ad horum, exemplum corrigendos eſſe. Reſtat *Aeſchinis* locus, contr. *Cteſiphontem*, p. 445. B. Αὐτοῖς (Ἀμφικτύοσιν) ἀναιρεῖ ἡ Πυθία, πολεμεῖν Κιρραίοις, καὶ Ἀκραγαλλίδαις, καὶ αὐτοὺς ἀνδραποδισαμένους, ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ καὶ τῇ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ, καὶ Ἀθηνᾷ Προνοίᾳ ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ. cet. Habemus Πρόνοιαν Ἀθηνᾶν hic, & apud *Harpocrat.* qui, v. Πρόνοια, locum citat. Sed Προναίαν voluit, ad *Aeſchyli* Eumen. v. 21. eamque ad Thebas collocauit, *Stanleius*, vir doctiſſimus, *Pauſaniae* adductus teſtimonio, qui, Boeot. p. 730. Πρῶτα μὲν δὴ λίθου κατὰ τὴν ἔσοδόν ἐστιν Ἀθηνᾶ καὶ Ἑρμῆς, ὀνομαζόμενοι Πρόναοι·——μετὰ δὲ ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται. Sed ibi de ſimulacris, ad ingreſſum lapidis collocatis, Mineruae & Mercurii fit ſermo; qui cur Πρόναοι ſint nominati, declarat *Pauſanias*, dum ſubiicit μετὰ δὲ ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται. Vt de ſolis ſtatuis ante templum erectis dictum accipiendum ſit; quemadmodum βωμοὺς προνάους *Aeſchylus*, Suppl. 503. ſimilia alii, dixerunt. Quorſum ſi quis referre velit *Etymologi* Προναῖα Ἀθηνᾶ, ἀγάλματος ὄνομα, per me licebit; modo fateatur, non eandem, vt, grammaticos ſecuti, vulgo eruditi opinantur, quam hic, rationem valere, in explicando nomi-

πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ τοσοῦτον, ὅσον ὑπὲρ θεῶν

mine Προναίας Delphicae, quam Πρόνοιαν vocaſſe veteres, vidimus. Huic enim, vt *Demoſthenes* ait, ἐν Δελφοῖς κάλλιστος καὶ μέγιστος νεὼς fuit, quod ipſum πρόναον haberet, vt docet *Pauſanias*, Phoc. p. 816. vtrumque deae ſimulacro ornatum. Vt probabile non ſit, inde Delphos Mineruam ſuam cognominaſſe Προναίαν. Multo minus, vocatam Προναίαν fuiſſe, veriſimile eſt, quod παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Δελφοῖς eius eſſet νεώς; cum ſimilibus de cauſis complures dii deaeque, πρόναοι potuiſſent nominari; neque adeo ratio vlla fuiſſet, cur a re tam leui, ac deorum complurium communi, ſpeciatim ſuam μεγάλην καὶ ἀγαθὴν θεὸν Προναίαν vocaſſent Delphi. Ad *Aeſchinis* locum quod attinet, notari velim, coniungi τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Πυθίον καὶ τὴν Ἄρτεμιν, καὶ Λητὼ, καὶ Ἀθηνᾶν Πρόνοιαν, eosdem adeo, vt videtur, quibus aram in Zoſtere Atticae dicatam fuiſſe, diſcimus ex *Pauſaniae* Att. p. 76. extr. Ἐν Ζωστῆρι δὲ ἐπὶ θαλάττῃ καὶ βωμὸς Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς. Τεκεῖν μὲν οὖν Λητὼ τοὺς παῖδας ἐνταῦθα οὐ φασι, λύσασθαι δὲ τὸν ζωστῆρα ὡς τεξομένην, καὶ τῷ Χωρίῳ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὸ ὄνομα. Quod hic tetigit *Pauſanias*, factum, vt & locus, vbi dicitur ara fuiſſe, manifeſto declarant, Mineruam Πρόνοιαν cogitandam eſſe. Nam ei ſpeciatim, in iſto negotio, locus fuit, vt docet *Ariſtides*, tom. I. Panath. p. 97. Λητώ τε γὰρ λυσαμένη τὴν ζώνην ἐν Ζωστῆρι τῆς Ἀττικῆς καὶ λιποῦσα τὴν ἐπωνυμίαν τῷ τόπῳ, βαδίζουσα ἀεὶ εἰς τὸ πρὸς ἕω, τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς ἡγουμένης —— εἰς Δῆλον καταίρει, καὶ τίκτει δὴ τοὺς θεοὺς τήν τε Ἄρτεμιν καὶ τὸν Πατρῷον Ἀπόλλω τῇ πόλει. Conferri velim ſcholiaſtae verba, nec non, quae ad eum locum ſcholiaſtes MS. quem poſſidet *Burmannus Secundus*, vir clariſſimus, habet, mecum communicata a *Valckenario*: Τῆς Προνοίας. Καλῶς τὸ τῆς προσθήκης πρὸς τὸ προκείμενον εἶπε. διὰ τοῦτο γὰρ ἐκλήθη Πρόνοια Ἀθηνᾶ, ὅτι προὐνόησεν (ſic lego ex *Harpocrat.* aliis, pro προνοήθη, quod MS.) τοῦ τόκου τῆς Λητοῦς. καλῶς οὖν Ἀθηνᾶ προηγεῖται πρὸς τὸν τόκον συμβαλλομένη τῇ Λητοῖ, καὶ τὸ Σούνιον, τὴν ἄκραν ἐπιδείκνυσι (MS. ἐπιτίθησι; ſed marg. ἐπιδείκνυσι, cuius facilis correctio in ἐπιδείκνυσι), καὶ πρὸς τὴν Δῆλον χειραγωγεῖ τὴν θεόν· Τοῦτο καὶ Τ῾περίδης ἐν Δηλιακῷ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι αἱ νῆσοι ἐγγύς εἰσι τῆς Ἀττικῆς, εἶπεν, ὅτι ἀπ᾽ ἄκρας τῆς Ἀττικῆς ἡ Λητὼ ἐπέβη τῆς νήσου. Adde *Ariſtid.* tom. I. in Min. p. 13, & 15. *Harpocrat. Suid.* & *Etymologum*, e reliquis ſic emendandum: ἢ ὅτι προενόησεν, ὅπως τέκοι ἡ Λητὼ, pro vulgato, ἢ ὅτι προενόησεν, ὅτι ἐστὶν ἡ Λ. Quibus omnibus fit, vt, quam voluit *Aeſchines*, l. c. ipſam illam Mineruam fuiſſe Πρόνοιαν, putem, quam, loco ſupra citato, Apollini Delphico adiunctam vidimus: ſiue ſtatuas, ei quoque in Boeotia, ad Thebas, vt *Stanleius* opinatus eſt, aedem fuiſſe; nam in multis ciuitatibus fana habuiſſe, cum ex *Demoſthene* l. c. apparet, tum ex *Pburnuto*, de Nat. Deor. c. xx. p. 184. ſiue, quod malo, Pythiam, ſuo reſponſo voluiſſe, vt Cirrhaei, & Acragallidae in ſeruitutem redacti, eorumque agri ipſis numinibus Delphicis, Mineruae Προνοίᾳ & Apollini Pythio, ceteriſque, dicarentur. Ac ne dubites, *Aeſchinis*, quae ibidem, A. antecedunt, inſpici verba velim, vbi docet, Amphictyones, quod vicini Cirrhaei & Acragallidae templum Delphicum violaſſent, indignatos, oraculum conſuluiſſe; tum autem iſtud reſponſum reddidiſſe Pythiam. Vt manifeſta ratio ſit, cur Mineruae Προνοίᾳ & Apollini Pythio, numinibus Delphicis laeſis, conſecratos iſtos voluerit Pythia. De Minerua autem Πρόνοιᾳ, quam confinxit *Meurſius*, Athenis culta, & a Προναίᾳ Delphica diuerſa; cum non aliis eam, atque *Ariſtidis* & *Pburnuti*, teſtimoniis,

me ipſo adeo, quam pro diis, qui omnia & ſeruare, &

per-

niis, ſupra prolatis, excitauerit, re vera, nullam fuiſſe, apparebit; niſi, quod, vt ait *Phurnutus*, multas Minerua Πρόνοια aedes habuit, inde conficias, etiam habuiſſe Athenis. In *Ariſtidis* autem locis nihil eſt, quo, Athenis magis, quam Delphis, cultam fuiſſe, demonſtrari poſſit. Habes, niſi fallor, Delphis, reſtitutam ſuam Mineruam Πρόνοιαν, eique conſecratam, cum alibi, tum Delphis inprimis, aedem, quam plurimis veterum teſtimoniis nobilitatam, diuerſam ab ara, eidem deae, cet. dicatam in Zoſtere Atticae; tum deam ipſam Πρόνοιαν Delphicam, diuerſam a ſtatua Ἀθηνᾶς, cui Πρόναος nomen, in Boeotia, a ſolo *Pauſania* deſcripta; cum, e contrario, Delphica iſta Προναΐα euanuerit. Vnum hoc ſcire velim, an fanis, quae in variis ciuitatibus habuiſſe Mineruam Πρόνοιαν, auctores ſunt *Demoſthenes* & *Phurnutus*, annumeranda ſit *aedes* Mineruae Προνοίας, commemorata a *Macrobio*, Sat. l. I. c. XVII. dum, *Diuinae*, inquit, *prouidentiae vicit inſtantia, quae creditur iuuiſſe partum* (Latonae); *ideo in inſula Delo, ad confirmandam fidem fabulae, aedes prouidentiae; quam ναὸν* Προνοίας Ἀθηνᾶς *appellant, apta religione celebratur.* Cernitur, hic, in inſula Delo, aedes eiusdem Mineruae Προνοίας, quam Delphis vidimus cultam. Cui quod opponam, nihil habeo, niſi ſilentium veterum, eorumque e contrario in aedem Προνοίας Delphicae conſenſum. Vt dubius haeream, *Macrobii* teſtimonium agnoſcam, an, aut ipſum, dicam, aut librarios, addito *inſula*, *Delum* cum *Delphis* confudiſſe. Certum interea, non aliam hunc quoque Mineruam, atque Πρόνοιαν, voluiſſe. Tametſi, in nominis cauſis explicandis, non tam ad fabulas, vt ille, aliique, quos ſupra vidimus, fecerunt, recurrendum, puto, quam antiquam eius virtutem, quam ſupra notaui, ſpectandam eſſe. Quod quo magis animum inducam credere, cum *Demoſthenis* fit teſtimonio, de quo ſupra, tum hoc *Phurnuti*, de Nat. Deor. c. XX. Η' δὲ Ἀθηνᾶ ἐστιν ἡ τοῦ Διὸς σύνεσις, ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ ἐν αὐτῷ προνοίᾳ, καθὸ καὶ Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱδρύονται ναοί. Quae ſi conferas cum *Ariſtidis*, de Minerua, verbis, tom. I. p. 11. (Η' μὲν οὖν μεγίστη τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ διὰ πάντων τῶν γιγνομένων διήκουσα, καὶ παρατείνουσα πάντας χρόνους καὶ τόπους, ὅτι Ἀθηνᾶς ἡγουμένης, οὐδὲν πώποτε ἀνθρώποις ἡμαρτήθη, οὐδ' ἂν πράξουσί ποτε χρηστὸν οὐδὲν ἄνευ τῆς Ἀθηνᾶς.) cumque hoc ipſo Mineruae in Latonam beneficio, ac tot aliis exemplis factorum heroicorum, quae ſiue Ἀθηνᾶς, ſiue Ἀθηνᾶς Προνοίας ἡγουμένης, perpetrata dicuntur ab *Ariſtid.* Or. in Min. p. 13, 14, 15. cet. *Iuliano*, Orat. IV. p. 154. D. aliis, apparebit, vt opinor, veteres Delphos, dum Mineruam conſecrarent Πρόνοιαν, non aliud ſpectaſſe, quam *prudentiam*, conſiliorum factorumque moderatricem, cuius illa tanquam dea eſſet colenda. Cuius cum tanta haberentur beneficia, vt, quidquid prudenter facerent homines, huius ductu factum interpretarentur, mirandum non eſt, honorifico eam nomine μεγάλης καὶ ἀγαθῆς θεοῦ celebrari a *Demoſthene* l. c. D. cuius verba ſi porro conferas cum *Orphei* Vot. ad Muſ. intelliges, quo animo ille, aut quisquis eius auctor dicendus eſt, v. 30. cecinerit Μειλιχίους τε θεοὺς, ἀγαθὴν δ' ἐπὶ τοῖσι Πρόνοιαν. Redeo ad *Platonis*, quem *Fauorinus* & *Proclus* reſpiciunt, in Timaeo, locum, p. 1048. A. Οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τὸν δὲ τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν. & ib. p. 1056. B. Περὶ σωμάτων κατὰ μέρη τῆς γενέσεως, καὶ περὶ ψυχῆς, δι' ἃς τε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε θεῶν, — Antecedentia Latine reddidit, de Vniu. 3. extr. *Cicero*, *Quam ob cauſam non eſt cunctandum*

pro-

θεῶν, τῶν πάντα καὶ σώζειν καὶ φθείρειν δυναμένων· εἴγε

profiteri; ſi modo inueſtigari aliquid coniectura poteſt, hunc mundum animal eſſe, idque intelligens, & diuina prouidentia conſtitutum: tametſi obſeruari velim, πρόνοιαν in illis *Platonis* non magis *diuinam prouidentiam* ſonare, quam βουλὴν, *Iouis decretum, conſiliumue*, in *Homerico*, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Et, vt in *Homerico* βουλὴ per ſe nihil, quod non conueniat communi loquentium conſuetudini, ita in *Platonis* τοῦ θεοῦ πρόνοια nihil dictum noue; cum πρόνοια, conſueto non tantum aliorum, ſed ipſius etiam *Platonis* vſu, nihil aliud valeat, quam *prouidentiam*, προμήθειαν, vel ſimile. ſicut, eadem p. 1056. D. quum dicit ille, Deos ὄργανα ἐνδῆσαι τούτῳ (τῷ πρεσώπῳ) πάσῃ τῇ τῆς ψυχῆς προνοίᾳ, cogitauit πάσαν προμήθειαν, qua dii, quum inſtrumenta faciei inderent, proſpexerint animae. Vere itaque ſiue *Plutarchus*, ſiue, ex eo, *Proclus*, *Platonem*, dicere potuerunt, οὕτως (πρόνοιαν) προμήθειαν καλέσαι. Quid vero *Fauorinus?* an, quod opinatur *Bentleius*, πρόνοιαν, cum, ante *Platonem*, *prudentiam* duntaxat valeret *humanam*, ab hoc primum ad deum fuiſſe diuinamque prouidentiam relatum, quum dixerit θεοῦ πρόνοιαν? Obſtat ipſa vocis πρόνοια ratio, quae, per ſe poſita, antiquitus non magis *humanam* quam *diuinam*, ſed generatim quamcunque *prouidentiam*, προμήθειαν, cet. ſonuit; de quo ſupra. Accedit, quod, ſi vera *Bentleii* ſententia, falſi conuictus erit *Fauorinus*. Nam aeque ante *Platonis* tempora, quam deinceps πρόνοια diuinitati fuit aſſignata, addito, vt ille fecit, vel θεῶν, vel ſimile, quo ei reſtringeretur. Sic ſane non *Euripides* ſolum, quem *Fauorino* opponit *Dauiſius*, ad *Cic.* de Nat. D. l. II. p. 205. ſed, iam ante natum etiam *Platonem*, *Herodotus*, l. III. p. 231. D. Λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπιμπλέετο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ τὰς ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι. καὶ κως τοῦ θείου ἡ προνοίη, ὥσπερ καὶ εἰκός ἐστι, ἐοῦσα σοφὴ, ὅσα μὲν ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλείπηται κατεσθιόμενα. Adſcripſi plura, quemadmodum in ſecunda *H. Stephani* editione leguntur, vt, commoda emendatione vim infringam argumenti, quod ex hoc loco duci poſſet contra ea, quae de πρόνοια Stoicorum infra diſputabuntur. Neque enim puto, ante eorum tempora inuentum iri, qui prouidentiae diuinae tanquam rerum omnium fictrici ac moderatrici tribuerit actionem, ut hic fit, quum dicitur τοῦ θείου ἡ προνοίη——, ὅσα μὲν ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα πάντα πολύγονα πεποιηκέναι. Aut igitur falſum illud, aut, quod verum opinor eſſe, hic locus in vitio eſt; diſſimulato illo quidem, quantum potuit, in ſplendidiſſima, quam diuulgauit *Weſſelingius*, editione, vbi, p. 251. l. 56. ſic ſcriptum: καὶ κως τοῦ θείου ἡ προνοίη——ἐοῦσα σοφὴ· ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε δειλὰ, κ. τ. λ. Sed ne ſic plana omnia: nam, ne dicam, offendere ἡ πρόνοια, cetera, ſine verbo poſita, quid erit καί κως, in hac ſententia? quod, quaſi legeretur fere, καὶ ταῦτα τοῦ θείου προνοίη——ἐοῦσῃ σοφῇ, *Vallа* reddidit per *idque, vt credere debemus, ſolerti diuinitatis prudentia.* Equidem aut fallor, aut vnius litura literae emendandum κακῶς. Tum autem, ſi pro κατὰ ἐχίδνας, vt *Weſſ.* vel κατὰ τὰς ἐχίδνας, vt *Steph.* habet, quorundam librorum, vbi καὶ τὰς ἐχίδνας, veſtigia ſecutus, ſcripſeris καὶ τῇσι ἐχίδνῃσι, reliquorum facilis correctio haec erit: Λέγουσι δὲ——, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς, οἷόν τι, καὶ τῇσι ἐχίδνῃσι, ἠπιστάμην, γίνεσθαι κακῶς, τοῦ θείου προνοίη, ὥσπερ καὶ οἰκός ἐστι, ἐούσῃ σοφῇ. ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε δειλὰ——, πολύγονα πεποίηκεν (τὸ θεῖον.) Forma loquendi *Herodotea* eſt τῇσι ἐχίδνῃ-

perdere poſſunt; ſiquidem diuinae animae, ſicut reliqua na-

 tu-

δυησι γίνεσθαι κακῶς, vid. *Weſſel.* ad l. I. p. 5. l. 22. De ſententia, conferri velim, quae iam citauit *Valckenarius* noſter, ad *Herod.* p. 252. l. 77. *Ariſtidis* verba. Habes, in *Herodoto*, τῇσι ἐχίδνῃσι γίνεσθαι κακῶς τοῦ θείου προνοίῃ: vbi quid aliud πρόνοια, quam in illo, τὸν κόσμον τῇ τοῦ θεοῦ γενέσθαι προνοίᾳ, vel, vt *Plato* loquitur, διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν? in vtroque quorum πρόνοια ſonat προμήθεια, ſim. quam ad diuinitatem retulit ille, addito τοῦ θείου, ſicut *Plato* τοῦ θεοῦ, & in altero loco, τῶν θεῶν, nec non *Euripides*, Oreſt. 1181. Phoen. 640. *Sophocl.* Oed. Col. 1243. *Menander*, Hypobol. ex emendatione *Bentleii*, Rel. p. 62. alii. Quod ſi verum, quid *Fauorino* fiet, niſi aliter, atque fecit *Bentleius*, eius accipias verba? Sed ſalua res eſt, nec ille, *Platonem* generatim, ait, πρῶτον ὀνομάσαι θεοῦ πρόνοιαν, ſed, quod non animaduerterunt *Bentleius* & *Dauiſius*, l. c. tantum ἐν Φιλοσοφίᾳ, πρῶτον ὀνομάσαι θεοῦ πρόνοιαν; vt inde tanquam fonte ſuam πρόνοιαν hauſiſſe reliquos philoſophos, exiſtimandum ſit. Quod haud dubie verum. Quamquam enim ſententia de diuinitate, diiſue, rerum humanarum ſiue ἐπόπτοις, ſiue ἐπιτρόποις, ſiue ἐπιμελήταις, quaeque plura huius generis nomina ei rei ſunt adſcripta, antiquiſſima eſt, ac, re vera, ante *Platonem* etiam quandam τοῦ θείου πρόνοιαν homines agnouerunt vulgo: primus tamen e philoſophis hic fuit, qui, de rerum principiis quum diſputaret, Τὸν κόσμον, dixit, τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν· atque adeo, qui *primus* in *philoſophia* nominaret θεοῦ πρόνοιαν. Ante Anaxagoram nimirum, aut τύχην, aut ἀνάγκην διακοσμήσεως ἀρχὴν eſſe τοῖς ὅλοις voluerunt; is vero primus νοῦν ἐπέστησε, τοῖς πράγμασι. qua de re legi poterunt, ad *Laert.* l. II. §. 6. commentatores, & *Dauiſius*, ad *Cicer.* Acad. l. II. c. xxvii. p. 216. Poſt hac *Plato*, primus ex vſu vulgari loquentium velut arreptam formam, θεοῦ πρόνοιαν, in philoſophiam transtulit, atque ex diſputatis concluſit, re vera, τῇ ἀληθείᾳ, τὸν κόσμον διὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν γένεσθαι. Hunc tandem ſecuti, Stoici non quidem τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν, ſiue, quem τὸν θεὸν vocat, & tanquam rerum omnium δημιουργὸν ἀγαθὸν καὶ ἄϊδιον informat ille, Dei prouidentiam, ac προμήθειαν, ſed, hoc fere neglecto, aut in huius locum ſubſtituto τῷ λόγῳ, tanquam ἀποίου δημιουργῷ ὕλης, ſuam adiunxerunt πρόνοιαν; de qua ſic *Plutarchus*, de Iſid. & Oſir. p. 369. A. Οὔτε ἄποιον, οὐ δημιουργὸν ὕλης, ἕνα λόγον καὶ μίαν πρόνοιαν, ὡς οἱ Στωϊκοὶ περιγινομένην ἁπάντων καὶ κρατοῦσαν. ſed legendum Οὔτε ἀποίου δημιουργὸν ὕλης: nam Platonicis Stoicisque *carens omni qualitate materia*, ἄποιος ὕλη erat (vid. Laert. l. VII. §. 137. & *Dauiſ.* ad *Cicer.* Acad. l. I. c. viii. p. 36.); cuius δημιουργὸν eſſe ἕνα λόγον Stoicos voluiſſe, hic dicit *Plutarchus*; ſicut μίαν πρόνοιαν informant, περιγινομένην ἁπάντων καὶ κρατοῦσαν. Adde *Plut.* ib. p. 377. F. *Laert.* l. VII. §. 134. cet. *Cicer.* de Nat. Deor. l. I. §. 14. & ibi, commentatores. Vnum ſubiungam *Zenodoti* epigramma, in Zenonem, apud *Laert.* l. VII. §. 30. per viam corrigendum: Λ″ρσενα γὰρ λόγον εὗρες. ἐνηθλήσω (ſic malo cum *Stephano*, pro ἀναθλήσω) δὲ προνοίᾳ· Αἵρεσιν (male vulgo ſine nota diſtinctionis ἀ. δ. προνοίᾳ Αἵρ.), ἀτρέστου ματέρ' ἐλευθερίας. Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ Φθόνος; ἦν καὶ ὁ Κάδμος Κεῖνος, ἀΦ' οὗ γραπτὰν Ε᾽λλὰς ἔχει σελίδα. Poſtremi verſus, mendoſius etiam ſcripti, apud *Suid.* v. Κάδμος, ſic poterunt corrigi; Εἰ δὲ πάτρᾳ Φοινιξ, οὐδεὶς Φθόνος· ἦν καὶ ὁ Κάδμος, Κεῖνος, ἀΦ' οὗ, κ. τ. λ. i. e. *ſi patria Phoenix*, (es), *nihil refert; erat etiam Cadmus*; (Phoenix); *Ille, a quo*, cet. Conſueta loquendi forma, οὐδεὶς Φθόνος; non vero alterum, τίς ὁ Φθόνος; De πρόνοια, illud in-

εἴγε θείας ψυχῆς, ὥσπερ τὰ λοιπὰ · τῆς φύσεως στοι- 15
χεῖα, καὶ τὸ κατὰ τὴν Αἴτνην πῦρ μεμοίραται, εἰς ὃ

τοὺς

inprimis obſeruo, non, quemadmodum a *Platone*, vidimus, aliis, *πρόνοιαν θεοῦ*, vel *θεῶν*, ſed praeciſe *πρόνοιαν*, dici; id quod Stoicis proprium adſcribit *Plutarchus*, l. *περὶ Εὐγενείας*, citatus iam ad *Ciceronis*, l. I. de Nat. D. §. 8. p. 21. a *Dauiſio*; quem vna cum *Cicerone* etiam conſuli, velim, ib. ad l. II. §. 29. p. 200. Neque hoc tantum noue dictum a Stoicis; ſed etiam, cum ſuam *prouidentiam*, *πρόνοιαν*, agentem inducant; quaſi re vera *dea quaedam ſingularis*, *quae mundum omnem gubernat*, *& regit*, vt *Cicero*, l. c. ait, aut, vt idem & *Plutarch.* l. c. *anus* quaedam *fatidica* ſit, ſiue *ἀγχίνους μάλα γραῦς, μήτηρ τούτου τοῦ παντός* aut, vt *Lucianus*, t. II. Iou. Conf. p. 634. *Μοῖρά τις ἢ καὶ ὑπὲρ ταύτας θεὸς, ὥσπερ ἄρχουσα καὶ αὐτῶν ἐκείνη* aut denique, qualem per calumniam deſcribunt Epicurei, apud *Plutarchum*, libr. Non Poſſ. Suau. Viu. Sec. Ep. p. 1101. C. *Αὕτη δέ ἐστιν οὐ φοβερά τις, οὐδὲ σκυθρωπὴ, καθάπερ οὗτοι* (Ἐπικουρεῖοι) *πλάττουσι διαβάλλοντες τὴν πρόνοιαν, ὥσπερ παισὶν ἐμπίπτουσαν, ἢ ποινὴν ἀλιτηριώδη καὶ τραγικὴν ἐπιγεγραμμένην* Quae hunc in modum correcta, *ὥσπερ παισὶν Ἔμπουσαν, ἢ Ποινὴν ἀλιτηριώδη καὶ τραγικὴν, ἐπιγεγραμμένην, prouidentiam*, ſiue *Πρόνοιαν*, *ſiſtunt*, *tanquam pueris Empuſam* (*ſpectrum quod omnes induat formas*, de quo vid. *Kuſt.* ad *Suid.* v. & *Olear.* ad *Philoſtrat.* Vit. Apoll. Tyan. l. II. c. IV. p, 52.) *aut Furiam ultricem ſcelerum*, *tragicamque deſcriptam.* Dicitur *παισὶν Ἔμπουσα ἢ Ποινὴ —— ἐπιγεγραμμένη*, vt *τίμημα ἐπιγεγραμμένον*, ſim. de quibus *Budaeus*. Ad eam autem, quam dixi, rationem Stoicos, vidimus, apud *Plutarchum*, loqui, cum *Πρόνοιαν* ſuam dicant *περιγινομένην ἁπάντων καὶ κρατοῦσαν*, vel, vt idem habet, de Iſ. & Oſir. p. 377. F. *μίαν πρόνοιαν ἐπιτροπεύουσαν* quaeque plura huius generis ſunt, cum in ſcriptis Stoicorum, tum aliorum etiam, qui hos imitantur, obuia. Vt appareat, non cum *Platone*, vt putauit *Bentleius*, ſed cum Stoicis, locutum eſſe noſtrum, cum ſcriberet, *ἕως ἂν ἡ διοικοῦσα πρόνοια τὴν αὐτὴν ἁρμονίαν τοῦ κόσμου φυλάττῃ.* Nec Stoicum tantum *πρόνοια*, ſed etiam, in hac ſententia, *διοικεῖν*, & *κόσμος.* Quaeſtio ad diſputandum Stoicis erat propoſita, *Εἰ προνοίᾳ διοικεῖται ὁ κόσμος.* de qua *Laert.* l. VII. §. 133. Lepidum eſt, quod dicit, in Epict. *Arrian.* l. III. p. 421. *Ῥούφῳ τις ἔλεγε, Γάλβα σφαγέντος, ὅτι νῦν Προνοίᾳ ὁ κόσμος διοικεῖται· Ὁ δὲ, μὴ παρέργως ποτ', ἔφη, ἀπὸ Γάλβα κατεσκεύασα, ὅτι προνοίᾳ ὁ κόσμος διοικεῖται.* adde *Laert.* l. VII. §. 38. *Plut.* de Plac. Phil. l. II. p. 886. D. alios. Vnum addo, *ἁρμονίαν τοῦ κόσμου Heracliti* eſſe, vid. *Plut.* de Iſ. & Oſir. p. 369. A. & An. Procr. e Tim. p. 1026. B. Pythagoricum, *καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα*, tetigit *Bentleius* Add. in Diſſ. XVII. p. 294. Nomine ſaepe vſus eſt *Plato*; vnde ad Platonicos tranſiit. Apud *Ariſtid.* t. I. or. in Iou. p. 4. iunguntur *σὺν ἁρμονίᾳ καὶ προνοίᾳ.* add. *Pol. Pythagor.* apud *Stob.* S. IX. p. 105. l. 51. A Stoicis in vſum communem loquendi translatum *πρόνοια*, mirandum non eſt, in numis imperatorum quorundam Romanorum conſpici, de quibus *Spanhem.* de Vſ. & Praeſt. Num. Diſſ. III. p. 147. & ad *Iulian.* Or. I. p. 265. Dubium tamen, PROVIDENTIAM voluerint AVGVSTORVM, an DEORVM. cuius generis vtriusque multi ſunt apud *Vaillantium.* De *κόσμος* quae diſputauit *Bentleius*, Reſp. ad B. Cenſ. p. 195, 196. iis adde *Xenophont.* Mem. l. I. p. 413. l. 29. *ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος.*

15. *Εἴγε θείας ψυχῆς —— καὶ τὸ κ. τ. Α.*

πῦρ

turae elementa, etiam Aetnaeus ignis particeps eſt, in quem ſupplicibus innocentibus abiectis, non Phalarin ho-

πῦρ μεμοίραται.] Animam mundi intelligit per vniuerſa elementa diffuſam, ſecundum Pythagoricos. BOYL. Τὸν κόσμον vidimus, in *Platonis* Timaeo, p. 1048. A. informari, tanquam ζῶον ἔμψυχον. Nec ea *Platonis* tantum, ſed reliquorum philoſophorum omnium ſententia, ſi a Democrito, Epicuro, ſimilibus, receſſeris. de quo *Plutarch.* de Plac. Phil. l. II. p. 886. D. De Stoicis, e multis vid. *Laert.* l. VII. §. 139. & §. 142. adde inprimis *Gatak.* ad *Anton.* l. IV. p. 164, 165. Hos, ſicut in antecedentibus, ſecutus noſter, pro E. θ. τύχης, vt editi libri & Burm. habent, haud dubie ſcripſit εἴγε θείας ψυχῆς — καὶ τὸ κ. τ. Α. πῦρ μεμοίραται. Θείαν ψυχὴν dixit *Iamblichus*, de Myſt. Sect. V. c. XIX. p. 134. l. 13. De genere loquendi conferri velim *Philon.* de Mund. p. 1169. B. ἐπεὶ, τί ἄν τις — εἴποι λοιμὸν εἶναι, πλὴν ἀέρος θάνατον, τὸ οἰκεῖον πάθος ἀναχέοντος ἐπὶ φθορᾷ πάντων, ὅσα ψυχῆς μεμοίραται. Vt non dubitauerim, repugnantibus etiam libris, ψυχῆς in orationis recipere contextum.

15. Τὰ λοιπὰ τῆς φύσεως στοιχεῖα] *Fauorinus*, apud *Laert.* l. III. §. 24. & ex eo *Bentleius*, Add. in Diſſ. p. 295. Platonem, docent, *primum in philoſophia nominaſſe* στοιχεῖον; Πρῶτον, ἐν Φιλοσοφίᾳ ὀνομάσαι στοιχεῖον. Vt adeo, *Platonem*, exiſtimandum ſit, hoc vna cum reliquis, quae habet *Fauorinus*, primum, veluti ex vſu communi arreptum, transtuliſſe in philoſophiam, vbi de rerum principiis ageret & elementis; cum ante literarum elementis, vnde ſyllabae & verba fiunt, eſſet aſſignatum: quemadmodum per ſe poſitum στοιχεῖον a *Platone*, in Polit. p. 541. E. & alibi. Reſpicit *Fauorinus Platonis*, vt videtur, in Timaeo, locum, p. 1058. E. Νῦν γὰρ οὐδεὶς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν, ἀλλ' ὡς εἰδόσι πῦρ ὅ, τι ποτέ ἐστι, καὶ ἕκαστον αὐτῶν, λέγωμεν ἀρχὰς αὐτὰ τιθέμενοι στοιχεῖα τοῦ παντός. &, in Soph. p. 176. D. atque ſic, in Theaet. p. 146. F. Τὰ μὲν πρῶτα οἱαπερεὶ στοιχεῖα, ἐξ ὧν ἡμεῖς τε συγκείμεθα, & ib. p. 147. B. D. vnde poterit de ratione translationis conſtare. Quod autem de nomine κόσμος, a poſteriorum temporum ſcriptoribus *Taleti* afficto, notat *Bentleius*, in Reſp. p. 196. id etiam de στοιχεῖον dictum interpretandum eſt; cum *Ariſtoteles*, *Plutarchus*, *Laertius*, alii, veteribus phyſicis illud tribuant; qui, opiniones iſtorum philoſophorum expoſuiſſe contenti, non ipſorum, ſed ſua lingua, res nominarunt; tametſi probe ſcirent, aliter vocatas fuiſſe ab ipſis inuentoribus. Quorum quisque pro diuerſa, quam foueret, opinione, diuerſimode locutus eſt. Exempla ſi quis requirat, inſpiciat cum *Ariſtot.* Metaph. l. I. c. IV. v. VI. cet. *Laert.* l. II. §. 1. l. VIII. §. 76. & alibi. tum inprimis *Plutarch.* Plac. Phil. l. I. p. 878. A. 885. D. & in vtroque loco ipſius *Empedoclis* verba. Vt haud dubie verum ſit *Fauorini* teſtimonium; ac, reliquos philoſophos ſuum στοιχεῖον a *Platone* accepiſſe, exiſtimandum ſit; tametſi plerumque, ſecus atque ille fecerat, praeciſe στοιχεῖα dicant, *rerum elementa*; inter στοιχεῖα autem & ἀρχὰς, quibus *Plato*, l. c. promiſcue vſus eſt, diſtinguant. vid. *Ariſtot.* Metaph. l. V. c. I. & III. *Plut.* Plac. Phil. l. I. p. 875. C. Hos imitatus, noſter praeciſe dicere potuit, ὥσπερ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα, vt eſt in Burm. aut, vt editi ὡ. τ. λοιπὰ τῆς φύσεως στοιχεῖα. In quo tamen obſeruo τὰ τῆς Φύσεως στοιχεῖα dici pro τὰ τοῦ παντὸς στοιχεῖα, vel τὰ τῶν φύσει ὄντων στοιχεῖα, vt loquitur *Ariſtoteles*, Metaph. l. V. c. IV. p. 886. A. vbi plura de nomine φύσις. Latinis, *Ciceroni*, *Plinio*, aliis, ſunt *naturae elementa*.

τοὺς ἱκέτας ἀθῴους βαλόντες, οὐ Φάλαριν ἐχθρὸν, ἀλλὰ τὸν πάντων ἐπόπτην ἥλιον ἐπικέκτησθε.

μά. ΜΕΓΑΡΕΤΣΙ.

Οὐκ ἐλπίζων παρ' ὑμῶν ἀπολήψεσθαι χάριν, τὰς τριήρεις ὑμῶν ἀλούσας μεθῆκα, προφανῶς κατ' ἐμοῦ πλεούσας. εἰ γὰρ ἐμνημονεύετε χάριτος, οὐκ ἂν ἐπιλάθεσθε, ὅτι πρότερον τρὶς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν σιτοδείᾳ σέσωκα.

μβ'. ΜΕΓΑΡΕΤΣΙ.

Οὐ μέμφομαι τὴν ἀχαριστίαν ὑμῶν πολλάκις εὐεργετημένων, ὅτι μου κρινομένου περὶ τῶν ὅρων πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας κατεψευδομαρτυρήκατε· κατηγορῶ δὲ ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας, ὅτι προπηλακιζόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις, οὐ σωφρονίζομαι. ὑμεῖς μὲν γὰρ οὐδέποτε χάριτος ἐμοὶ μνημονεύετε. ἐγὼ δὲ, ὡς μηδέποτε ἐπιλελησμένοις χαρίζομαι.

μγ'. ΕΥΗ-

17. Τοὺς ἱκέτας ἀθῴους] Qui hic *ἱκέται ἀθῷοι*, ii, vt, in *Diodori* ep. xxxvii. ſcribunt Catinenſes, *Portas aereas templi Vulcani, antiquiſſimum & nobile opus Cyclopum — cremauerant, vt & lucum ſanctarum Hamadryadum, quocum hae natae fuerant, & ſtridentes in flammis iam extinguebantur.* De *ἀθῷος*, recte *Heinſius*, ad *Heſychium*, v. *τῶν ἀκριβῶς Ἑλληνιζόντων* eſſe, notat, cum pro *ἀζήμιος* ponatur, *τῶν Ἑβδομήκοντα* vero, in ſacris literis, quum ſonet *ἀναίτιον*. Sane veteribus Atticis, *Platoni*, *Demoſthenі*, ceteris, non tantum, ſed aliis etiam ſcriptoribus, idem fere fuit, quod *ἀζήμιος*. Praeter interpretes vero bibliorum Alexandrinos, e poſteriorum temporum ſcriptoribus cum noſtro conuenit *Heliodor.* l. VIII. p. 389. Ὁ μὲν Θεαγένης εἰς θεῶν εὐμένειαν τὸ αἴτιον ἀνέφερε — κατελεησάντων — τὴν ἀθῷον καὶ οὐδὲν αἰτίαν.

17. Τὸν πάντων ἐπόπτην ἥλιον] Solem praecipue nominat, vel quia (vt ait *Homerus*) *πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει*, vel quia caloris auctor ſit, adeoque illum merito exſpectent vindicem, qui ignem innocentium ſanguine polluerunt. BOYL. *Homericum* Ἠέλιον, ὃς πάντ' ἐφορᾷ, κ. τ. λ. ſaepe reſpiciunt veteres, *Aeſchylus*, *Plato*, *Xenophon*, alii. Nota ſententia eorum, qui Solem omnium deorum ſummum faciunt. vid. inprimis *Iulian.* Or. IV. & *Macrob.* l. I. c. xvii. Fieri potuit, vt eo reſpiceret noſter. De ſole, teſte aduocato, notat, ad *Apuleii* Mil. l. I. p. 11. *Pricaeus.*

hoſtem, ſed omnium inſpectorem ſolem, vobis comparaſtis.

XLI. MEGAREIS.

Cum nullam beneficii viciſſim a vobis accipiendi ſpem haberem, triremes veſtras captas dimiſi, palam contra me nauigantes. Si enim memores eratis beneficii, non eſſetis oblìti, me antea ter moribundos vos in annonae caritate ſeruaſſe.

XLII. MEGAREIS.

Non reprehendo veſtrum ſaepe beneficiis affectorum ingratum animum, quod in me, de finibus cum vicinis diſceptantem, falſum dediſtis teſtimonium. Sed memet accuſo ſtuporis, quod ſaepe ab iisdem laceſſitus iniuria, non diſco ſapere. Vos enim nunquam gratiae memores erga me vos geritis, ego vero tanquam nunquam oblitis gratificor.

20. Τὰς τριήρεις] Fit quoque, ep. LXIV. triremium mentio. Si *Thucydidis* teſtimonium ante oculos habuiſſet noſter, abſtinuiſſet fortaſſe a nominandis τριήρεσι. Nam, vt ille docet, l. I. p. 13. Ὀλίγον τε πρὸ τῶν Μηδικῶν καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου, ὃς μετὰ Καμβύσην Περσῶν ἐβασίλευσε, τριήρεις περί τε Σικελίαν τοῖς τυράννοις ἐς πλῆθος ἐγένοντο καὶ Κερκυραίοις. Vt ante iſta tempora (quando, vt ibidem docet, πεντηκοντόροις praeſertim vtebantur Graeci), atque adeo illis *Phalaridis* paruus, aut nullus fuerit tyrannis Siculis triremium vſus.

23. Ἀποθνήσκοντας] Non male *Marklandus*, Annot. ad *Max. Tyr.* Diſſ. XXIV. p. 698. iam iam *morituros* interpretatur. Sic noſter, ep. CVIII. Ὅτι με θνήσκοντα πιστευθεὶς — σέσωκε.

29. Χάριτος ἐμοὶ μνημονεύετε] Sic, epiſt. antecedente, εἰ γὰρ ἐμνημονεύετε χάριτος. *Diodor. Sic.* l. I. p. 25. l. 13. μνημονεύοντας τῶν Ὀσίριδος εὐεργεσιῶν. Noſtri meminit *H. Stephanus*, idque compoſuit cum *Lucian.* t. I. de Sacrif. p. 527. εἴγε ἀπομνημονεύοι τὴν χάριν αὐτοῖς ὁ Ζεύς. Propius accedit *Flau. Ioſ.* de Bell. Iud. l. I. c. XI. §. 3. τῆς χάριτος ἀπεμνημόνευεν Ἀντιπάτρῳ. Antiquioribus, hoc in loco, vſurpatum ἀπομνήσασθαι. *Heſiod.* Theog. 503. Οἵ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων. *Thucydid.* l. I. p. 88. l. 41. πειθομένῳ δ' αὐτῷ χάριν ἀπομνήσασθαι ἀξίαν. vbi, quod habet Graeu. χάριν μνημονεύσαντα ἀποδοῦναι ἀξίαν, interpretis eſſe, recte docet eruditiſſimus *Waſſe.* *Aelian.* l. IV. c. V. Τίνες εὐεργεσιῶν ἐμνή-

μγ'. ΕΤΗΝΩι.

Γνώμης γενόμενος τὸ πρῶτον ἀλόντα αἰχμάλωτον ἀποκτεῖναί σου τὸν υἱὸν, ἀνθ' ὧν ἠδίκηκέ μου τοὺς ναυάρχους, μετέγνων ὕστερον, καὶ σέσωκα. μᾶλλον γὰρ βούλομαι διὰ τῆς ἐκείνου ζωῆς σε λυπεῖν, ἢ διὰ τῆς ἀναιρέσεως τὸν ἀποθανόντα.

μδ'. ΣΑΜΕΑι.

Εἰδώς σου τὴν χρηστότητα τοῦ τρόπου, καὶ τὴν ὑπερφυῆ πρὸς ἅπαντας φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι τὰς τῶν πλησίον εὐτυχίας ἡμέρως καὶ συμπαθῶς ἰδίας ἀλγηδόνας καὶ συμφορὰς ἡγῇ, γέγραφά σοι συντόμως, ὅτι καὶ τὴν δίκην, καὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὴν παράταξιν, καὶ τὸ τελευταῖον τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα νενικήκαμεν· ἵνα ἀκούσας, ὡς προσήκει καλῷ κἀγαθῷ, στένῃς ἀδιαλεί-

μνήσθησαν. Re vera haec differre videntur, vt *habere* & *referre gratiam*, quod est ἀποδοῦναι χάριν. Pertinet huc porro *Philostrat.* de Vit. Soph. l. I. p. 534. vbi, in deteriorem partem sumto verbo, opponuntur τὸ μὴ ἐκλελῆσθαι, & τὸ μὴ μεμνῆσθαι.

34. Μετέγνων ὕ. κ. σ.] Verbo notanda Marg. Angl. & Burm. scriptura, μεταγνοὺς pro μετέγνων; quae, si, deleto καὶ, legeretur μεταγνοὺς ὕστερον σέσωκα, proba posset videri. Ep. XXXIII. Λεωνίδαν—— δυνάμενος ἀποκτεῖναι, σέσωκα. Sed causa nulla est, cur vulgatam mutemus.

35. Μᾶλλον γὰρ, κ. τ. λ.] Malo te illius *vita* cruciari; vtpote quae tibi calamitosa erit, quia turpis. BOYL.

36. ΣΑΜΕΑι] Mira confusio huius nominis in MSS. sed, cum nihil certi statui possit, vulgo ab editoribus receptam scripturam retineo.

38. Τὰς τῶν πλησίον εὐτυχίας] Si per se spectantur verba, ὅτι τὰς τῶν πλησίον εὐτυχίας——ἰδίας ἀλγηδόνας καὶ συμφορὰς ἡγῇ, in hominem maleuolum apte quadrant. Nam, vt in libro, de Inu. & Od. p. 536. E. ait *Plutarchus*, ὁ εὐτυχῶν ὁμοίως καὶ τὸν μισοῦντα λυπεῖ, καὶ τὸν φθονοῦντα. Lepide Βίων, ἰδὼν φθονηρὸν, σφόδρα κεκυφότα, εἶπεν, Ἡ τούτῳ μέγα κακὸν συμβέβηκεν, ἢ ἄλλῳ μέγα ἀγαθόν. quae leguntur apud *Stob.* serm. XXXVIII. p. 225. l. 12. & *Laert.* l. IV. §. 51. vbi vid. *Menag.* Fortasse tamen offendet, quod additur, ἡμέρως καὶ συμπαθῶς. cui accedit, quod hominem suum describit, tanquam χρηστὸν & φιλάνθρωπον; imo, vt dein ait, καλὸν κἀγαθὸν, cuius contrarium alterum. *Plutarchus*, l. c. τὴν εὔνοιαν (quae hominis χρηστοῦ καὶ φιλανθρώπου est) ἀμφοτέροις (τῷ μισοῦντι καὶ τῷ φθονοῦντι) νομίζει ἀντικεῖσθαι. Aut igitur in eodem loco inter se pugnantia scripsit noster; aut, vt in cod. Pal. est, ἀτυχίας voluit: nam, vt, in *Euripidis* Iphig. in Aul. 408. Menelaus ait, Ἐς κα-

XLIII. EVENO.

54. Ὡς μὲν οὐκ ἐχρῆν, κ. τ. λ.] *Naogeorgus*, quaſi poſt δεδιότας ſcriberetur ἤδειν, reddidit, *Quod quidem non conueniebat in pericula coniicere —, noueram.* In ed. autem Aur. quae leguntur, interpretem, docent, haec reliquis ſubiici, voluiſſe, vt Ὡς μὲν οὐκ ἐχρῆν, κ. τ. λ. penderent ab οὐδὲ ἐβουλόμην ἂν — λαβεῖν ἐπί σοι πεῖραν. cui refellendo vnum θερμοτέρων ἀποτελεσμάτων additum ſufficit. Alia via denique alii; ſed male omnes. Comparantur inter ſe verba, Ὡς μὲν οὐκ ἐχρῆν εἰς κινδύνους καθίστασθαι περὶ τοιαύτης ἐλπίδος τοὺς οὕτω δεδιότας, & οὐδὲ ἐβουλόμην ἂν, κ. τ. λ. quorum illud, generatim dictum, male a nonnullis de Lacrito & Phalaride fuit acceptum. Reſpondent inter ſe ὡς & οὐδὲ, ſicut, in diuerſis orationis membris, ὡς & καὶ, ὡς & οὕτως, ſim. Τοιαύτην ἐλπίδα, ſpem vocat τοῦ χωρίου capiendi, de quo infra, hac epiſtola; ac, dum dicit τοὺς οὕτω δεδιότας, ſicuti ſe, cogitat *veritos*, in quibus interpoſitum οὕτω cauſa fuit, cur dein maluit noſter οὐδὲ, pro οὕτως οὐκ —.

56. Ἐπεὶ δὲ τὸν ἡμέτερον Φόβον, κ. τ. λ.] Edit. Ven. ſecutus, ſcripſi ἐπεὶ δὲ, cum reliqui libri haberent ἐπειδὴ τὸν —. Reſpondet nimirum δὲ antecedenti μέν. Infra etiam deletum a me οὖν in verbis, ἀγαθῷ μὲν οἰωνῷ —. vbi ante editum ἀγαθῷ μὲν οὖν οἰωνῷ —; non ſine concinnitatis detrimento, cum antecedenti, ἐπεὶ

tui ipsius curam geris, sed permanes in petulantia; primum fortasse, quatenus nihil a nobis passus es, dein, quod putas tibi licere, quum velis, desistere. Huius vero ne quidem te multo potentioribus fuit facultas. Quoad igitur penes te est, e duobus eligere, quod satius est, noli imitari Timandrum; sed inimico potius vtili, quam valde noxio consiliario, vtere.

LIII. LACRITO.

Quemadmodum non oportebat pericula adire, de tali spe eos, qui ita metuant, sic neque vellem calidioris effectus in te capere experimentum. Quum vero metum nostrum tua vicerit fortitudo, bono omine hoc vtere, alia etiam tibi ad mentem esse successura; tametsi nihilo magis confisi sumus, te hinc digresso: sed etiam tenemur spe, &, quo-

ἐπεὶ δὲ τὸν ἡμέτερον Φόβον ἡ σὴ νεκίκηκε ῥώμη, consequens hoc fit, ἀγαθῷ μὲν οἰωνῷ τ. κέχρησαι; in quibus μὲν scriptum, vt esset, cui dein responderet δὲ, in verbis τεθαῤῥήκαμεν——δὲ ὁ. τ. μ. Sed in hoc conueniunt optimi libri, Lugd. A. & Angl. vbi scriptum, ἀγαθῷ μὲν οἰωνῷ τὸν ἡμέτερον Φόβον τοιούτῳ κέχρησαι, repetito male ex antecedentibus τὸν ἡμέτερον Φόβον. Reliqua, ὅτι καὶ τἄλλα σοι κατὰ νοῦν γενήσοιτο, nisi libri omnes repugnarent, ad exemplum eius, quod est ep. XI. ἔχω ἰσχυρὸν παρ' αὐτοῦ σύμβολον τοῦθ', ὅτι καὶ τἄλλα χωρήσει μοι κατὰ νοῦν, mutarem in ὅτι κ. τ. σ. κ. ν. γενήσεται. nunc vero abstineo.

59. Ἐπετάθημεν ταῖς ἐλπίσι] E codicibus Lugd. A. & Angl. restitui ταῖς ἐλπίσι, pro ταῖς φροντίσι; quod, vulgo editum, etiam in quibusdam MSS. comparet; sed haud dubie interpretis est. Notum, ἐλπὶς & ἐλπίζειν, vt Latina, *spes* & *sperare*, esse τῶν μέσων, & aeque in malam, ac bonam, partem sumi. quam in rem e multis vid. notata ab eruditis, ad *Thom. Mag.* v. Ἐλπίς. Vsum verbi ἐπιτείνεσθαι ex hoc loco notauit *H. Stephanus*, Th. L. Gr. t. III. 1293. A. Conuenit *Aeschylus*, Prometh. V. 536. Ἡδύ τι βαρσαλέαις Τὸν μακρὸν τείνειν βίον Ἐλπίσι. Neque aliter forte *Sophocles* locutus, in Oed. Tyr. 495. Τέταμαι δὲ ἐλπίσιν, οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω. Nunc autem, pro τέταμαι, legitur πέτομαι; quae, nisi fallor, contrario modo permutata sunt, in eodem dramate, v. 154. vbi, si mei res arbitrii esset, pro Ἐκτέταμαι Φοβερὰν Φρένα, Δείματι πάλλων, scriberem, Ἐκπέταμαι Φοβερὰν Φρένα, Δ. π. Notum *Theocriteum* illud, id. II. 19. & id. XI. 72.——πᾷ τὰς Φρένας ἐκπεπότασαι; de quo vid. *Casaubonus*, Lect. Th. c. III. Nostrum ἐπιτείνεσθαι de animo positum a *Platone*, in Phaed. p. 70. E. Οὐκοῦν αὖ ὡμολογήσαμεν ἐν τοῖς πρόσθεν, μήποτ' ἂν αὐτὴν (ψυχὴν),

καὶ μέχρις ἂν ἥκῃς ἡμῖν σῶος, πρὸς τὰς ἀπὸ σοῦ πεύσεις ἀνα- 60
πρεμάμεθα. ἅπερ οὖν καὶ ἀποστέλλοντες παρηνέσαμεν, ταῦτα ἂν
ἀξιώσαιμεν ἀπηρκότα, πρὸ τοῦ χωρίου ζητεῖν ἡμῖν περιποιεῖσθαι
Λάκριτον, ὃν ἀντὶ πολλῶν τόπων καὶ πόλεων καὶ τυραννίδων,
καὶ αὐτῆς γε, νὴ τοὺς θεούς, τῆς ψυχῆς, ἑαυτοῖς εἶναι νενο-
μίκαμεν. 65

νδ'. ΛΑ-

(ψυχὴν), ἁρμονίαν γε οὖσαν, ἐναντία ᾄδειν, οἷς ἐπιτείνοιτο, καὶ χαλῷτο καὶ πάλλοιτο, καὶ ἄλλο ὁτιοῦν πάθος πάσχοι ἐκεῖνα, ἐξ ὧν τυγχάνει οὖσα, ἀλλ' ἕπεσθαι ἐκείνοις, καὶ οὔποτ' ἂν ἡγεμονεύειν; & alibi. Propria virtute idem, in Lyſ. p. 500. E. ἐπειδὰν τὴν λύραν λάβῃς, οὐ διακωλύουσί σε οὔτε ὁ πατὴρ, οὔτε ἡ μήτηρ, ἐπιτεῖναί τε καὶ ἀνεῖναι ἣν ἂν βούλῃ τῶν χορδῶν—— Addo ex Epiſtola *Theanus*, ed. Gal. p. 748. ἀλλ', ὦ φίλη, ἴσθι μιμουμένη τὰ ὄργανα, ἃ φωνεῖ μᾶλλον ἀνειμένα, ἐκρήττεται δὲ μᾶλλον ἐπιτεινόμενα. vbi cum res ipſa, tum ea, quae ſubiiciuntur, ἡ μὲν ἄγαν ἄνεσις διαφωνίαν ἐμποιοῦσα, κ. τ. λ. docent, ſcribendum ——τὰ ὄργανα, ἃ διαφωνεῖ μᾶλλον ἀνειμένα,—— De corpore eodem verbo vtitur *Plat.* in Phaed. p. 65. A. ὅταν χαλασθῇ τὸ σῶμα ἡμῶν ἀμέτρως, ἢ ἐπιταθῇ ὑπὸ νόσων, καὶ ἄλλων κακῶν. *Corporis intentionem quandam* dicit *Cicero*, Tuſc. Q. l. I. c. x. *velut in cantu & fidibus, quae harmonia dicitur.* quam ſcripturam recte defendit *Dauiſius.* Vt ἐπιτείνεσθαι & χαλᾶσθαι, ſic *intendi* & *remitti* de animo vſus eſt *Plinius*, l. VII. Epiſt. IX. *Nam mirum eſt, vt his opuſculis animus intendatur, remittaturque. recipiunt enim amores, odia, iras, miſericordiam*, cet.

60. Πρὸς τὰς ἀπὸ σοῦ πεύσεις ἀνακρεμάμεθα] Πεύσεις, ex hoc loco, *nuncios ſermones* interpretatur *Stephanus*, Theſ. L. Gr. t. III. 615. H. Haud ſcio, an recte. nam vulgo idem fere eſt, quod ἐρώτησις, aut *percontatio*, vt, in *Syneſii* Ep. LXVI. p. 203. Πεῦσίν τινα πύθεσθαί σου προελόμενος, ὑπὲρ οὗ πεύσομαι, προαφηγήσασθαι βούλομαι. ep. LXVII. p. 205. ὃς οὐδὲ περιέμεινε πεῦσιν, ἀλλ' εὐθὺς ἦν ἅπαντα κυκεὼν, φωνὴ παμμιγὴς,—— & p. 210. ὅταν ἥκῃ παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας ἀπόκρισις ἐκείνης τῆς πεύσεως, ἣν πρώην ἠρώτησα.—— Adde *Heliod.* l. II. p. 119. alios. Rhetoribus quid ſit πεῦσις, docent commentatores, ad *Longin.* Sect. XVIII. p. 130. conf. *Ammon.* v. Ἐρώτησις. Ab antiquioribus in eodem loco, vſurpatum πύστις eſt in *Platonis* Lachet. p. 492. B. Σὺ τοίνυν, ὦ Σώκρατες, εἰ βούλει πυνθάνεσθαι, πυνθάνου. ἐγὼ δ' ἴσως ἱκανῶς πέπυσμαι. ΣΩΚ. Ἀλλ' οὐθέν με κωλύει· κοινὴ γὰρ ἔσται ἡ πύστις ὑπὲρ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ. Nec alia ratio *Thucydidei* huius, l. I. p. 6. Δηλοῦσι δὲ τῶν τε Ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν, τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες, εἰ λῃσταί εἰσιν. ad quem locum plura notant eruditi interpretes. Quibus tamen placere potuiſſe illud, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν, miror. Nam, etſi ſcio, hiſtoricos, quod quis ab alio factum narrauerit, ipſum feciſſe, interdum dicere ſolere, atque adeo *Thucydidem*, quum *Homerum*, ſeu veteres nominaret poetas, priſcos continentis incolas cogitare potuiſſe, a quibus iſtud factum fuiſſe cecinerint illi: tamen qui antecedentia, eaque,

quoad venias nobis ſaluus, auditionibus de te pendemus. Quare, quae, quamuis tum, quum miſimus, monuimus, ea velimus ſufficere, vt, ante locum, ſtudeas nobis acquirere Lacritum, quem pro multis locis, & ciuitatibus, & tyrannidibus, & ipſa, ita me dii, anima nobis eſſe cenſemus.

eaque, quae ſubiicit hiſtoricus, verba rite conſideraueris, animaduertet, vt opinor, vix iſti orationis formae hic locum eſſe poſſe, nec alios voluiſſe *Thucydidem*, atque τοὺς παλαιοὺς τῶν Ἠπειρωτῶν· quibus ille oppoſuit Ἠπειρωτῶν τινας ἔτι καὶ νῦν· ſiue re vera ſcripſerit καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν Ἠπειρωτῶν, ſiue, quod malim exiſtimare, intellecta, ex antecedente parte, voce Ἠπειρωτῶν, ſimpliciter——τῶν τε Ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν——, καὶ οἱ παλαιοὶ, τὰς πύστεις τ. κ. π. ὁ. ἐρωτῶντες, ——Vt additum ποιητῶν errantis interpretis ſit. Et hanc quidem coniecturam veri ſimilem eſſe, docent *Philoſtrati*, a clariſſimo *Dukero* citati, verba, Vit. Apollon. l. II. c. XXIX. p. 81. οἱ μὲν παλαιοὶ τὰς ἐρωτήσεις τῶν καταπλεόντων ἐποιοῦντο, εἰ λῃσταί εἰσιν. quae ad verbum e *Thucydidis* loco tranſlata ſunt, & reddita. Alius autem vſus vocis πύστις a grammaticis notatur, quando idem ſonat, quod ἡ δι' ἀκοῆς μάθησις, vt ad *Hom.* Od. A. p. 1385. l. 10. *Euſtathius*, vel, vt *Suidas* interpretatur, φήμη. Praeter veterem poetam, cuius verba, Πύστιν κατ' ἐσθλὴν ὕδατος Ηειωνίου Ἠλθεν——*Suidas* habet; ſic *Aeſchylus*, Sept. C. Th. 54. Καὶ τῶνδε πύστις οὐκ ἄκνῳ χρονίζεται· vbi ſchol. ἡ περὶ τούτων ἀκοὴ οὐ βραδέως γέγονε· *Euripid.* Electr. 690. ἦν μὲν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν· aliique, tam antiquae, quam citerioris Graeciae ſcriptores. *Syneſius*, in eodem loco, habet ἀκοὴν. ep. XCIV. p. 220. Τὴν βαρεῖαν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς Κυρήνης πυθόμενος. Ad quam rationem noſter dicere potuit τὰς ἀπὸ σοῦ πύστεις· niſi πεῦσις hac etiam virtute ab inferiorum aetatum Graecis, pro πύστις, vſurpatum fuit. quando τὰς ἀπὸ σοῦ πεύσεις proficiſci a ſophiſta potuit. Vt vt eſt, in MSS. nulla hic ſcripturae differentia. Quare vulgatam mutare nolui: ac fortaſſe, vt alia non pauca, hoc priuum ſibi habuit noſter.

61. Καὶ ἀποστέλλοντες] Sic ſcripſi cum libris editis, & quibusdam MSS. vnde recedunt quidem Lugd. A. C. & Angl. vbi καὶ στέλλοντές σε π. ſed haud dubie verum alterum. Καὶ participio iunctum valet *quamuis*; de quo vſu tam accurate, quam erudite, praecepit *Valckenarius* noſter, ad *Euripid.* Phoeniſſ. p. 98. cet. Ἀποστέλλοντες reſpicit tempus, quum primum in expeditionem, cuius hic mentio fit, Lacritum miſit Phalaris. Quamuis igitur tum ſolum hortatus ſit eum, vt ſuae curam ſalutis gereret, id tamen ſemel dictum ſufficere voluit. In rem conferri velim, quod eſt ep. LIV. μέμνησο δὲ, ὅτι παρακαταθήκην σοι σεαυτὸν ἐδώκαμεν ἐξιόντι, ἣν ὑπέσχου σώαν ἡμῖν ἀποδώσειν.

63. Οὐν ἀντὶ πολλῶν τόπων, κ. τ. λ.] Haud ſcio, an huius colorem duxerit noſter ex illis *Platonis*, in Alcib. II. p. 453. E. Ἀλλὰ μέν τοι ἀντί γε τῆς σῆς ψυχῆς οὐδ' ἂν τὴν πάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων χώραν τε καὶ τυραννίδα βουληθείης σοι γενέσθαι.

νδ'. ΛΑΚΡΙΤΩι.

Καὶ τῶν σῶν ὑποσχέσεων μέμνησο, Λάκριτε, καὶ τῆς Φαλάριδος ἐρημίας Φρόντιζε. ἐν ὅσῃ γὰρ ἀπορίᾳ λείπομαι Φίλων, οὐκ ἀγνοεῖς. ἐπιστέλλω δὲ περιφόβως οὕτως ἔχων, οὔτε τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν πεφρικὼς ἔγωγε, πολὺ γὰρ ἡμῶν εἰσὶ καταδεέστεροι, οὔτε τὴν τῶν συμμάχων ἀσθένειαν, τῷ παντὶ γὰρ μᾶλλον τῶν ἀντιπάλων ἔῤῥωνται, ἀλλὰ τὴν σὴν περὶ τὰς μάχας προθυμίαν, μὴ μᾶλλον ἤδη σπουδῇ μεταποιήσῃ ἀγαθὸς φανῆναι τὰ πολέμια, ἀχθόμενος, εἰ μὴ πᾶσι τοῖς ἔργοις ἐνὶ χρόνῳ πρασσομένοις παρέσῃ. μέμνησο δὲ, ὅτι παρακαταθήκην σοι σεαυτὸν ἐδώκαμεν ἐξιόντι, ἣν ὑπέσχου σώαν ἡμῖν ἀποδώσειν. καὶ νῦν τοῦθ' ἱκετεύομεν, οὐχ ἵνα τῆς σαυτοῦ Φύσεως ἀνάξιόν τι Φρονήσῃς, τοῦτο μὲν γὰρ ἀδύνατον, ἀλλ' ἵνα εἰς πολλοὺς ἀγῶνας ἑτέρους ἔχοις

69. Τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν π.] Pro πολλῶν, vt antea editum, recepi πολεμίων e codd. Lugd. A. & Angl. ſententia id poſtulante. Vt infra τοὺς ἀντιπάλους ſociis ſuis, ſeu συμμάχοις, opponit, ita hic ſibi ſuisque τοὺς πολεμίους; quos ſe πολὺ καταδεεστέρους dicit, vt ibi τοὺς συμμάχους μᾶλλον τῶν ἀντιπάλων ἔῤῥῶσθαι. De nominum πολεμίων & πολλῶν permutatione, legi poterunt not. ad ep. xxxv. l. 60.

72. Μᾶλλον τῶν ἀντιπάλων ἔῤῥωνται] Qui ante πολεμίων pro πολλῶν, iidem MSS. Lugd. A. & Angl. hic ἔῤῥωνται pro ἔῤῥωμαι; quod, vulgo editum, a ſententia loci alienum eſt. Neque enim hic de ſuis viribus, ſed illis ſociorum, loquitur; quos μᾶλλον τῶν ἀντιπάλων ἔῤῥῶσθαι, ait, vt, ante, τοὺς πολεμίους ſe καταδεεστέρους eſſe. Componit itaque cum ſuas vires cum illis hoſtium, tum eas ſociorum cum his aduerſariorum. Accedit, quod, ſi ἔῤῥωμαι legitur, antecedentia cum his minus cohaerent apte; ne dicam, cum iam anteceſſerit, πολὺ γὰρ ἡμῶν εἰσὶ καταδεέστεροι (πολέμιοι), inepte in eandem ſententiam addi τῷ παντὶ γὰρ μᾶλλον τῶν ἀντιπάλων ἔῤῥωμαι. Quare verum ἔῤῥωνται amplexus ſum.

73. Μὴ μᾶλλον ἤδη σπουδῇ μεταποιήσῃ ἀ. Φ. τ. π.] Sic libri omnes; quare inde recedere nolui. Eſt tamen quod offendat μᾶλλον ἤδη, mutandum fortaſſe in μᾶλλον, ἢ δεῖ. cui ſimilia vitia, in libris veterum ſaepe ab eruditis notata, in his Epiſtolis alibi etiam librorum veterum auxilio a me corriguntur. vid. not. ad ep. cιv. Tum autem σπουδῇ neſcio quid habet redundans; quod etſi in ſophiſta fero, hic tamen aliunde illud profectum videtur. Cumque MSS. antiquiores Lugd. A. & Angl. ante, pro προθυμίαν habeant προθύμως, alterum, ſuſpicor, alteri interpretando adſcriptum fuiſſe; vtrumque vitioſe, cum aut προθυμίαν, aut σπουδὴν, potuiſſet ipſe ſophiſta. Vt vt eſt, ſcripſerat ille, niſi fallor,

ἀλλὰ

LIV. LACRITO.

Et tuorum promiſſorum memento, Lacrite, & Phalaridis ſolitudinis curam gere. in quanta enim penuria amicorum linquor, non ignoras. Scribo autem ita meticuloſe, neque, quod obhorrui ad hoſtium vires ego: nam multo nobis ſunt inferiores; neque ad ſociorum infirmitatem: nam omnino magis, quam aduerſarii, valent; ſed ad tuam in pugnando alacritatem, ne magis, quam par eſt, ſtudeas bello ſtrenuus videri, cum moleſte feras, niſi rebus omnibus, vno tempore gerendis, adfueris. Memento vero, nos pignus tibi temet dediſſe exeunti, quod ſuſcepiſti, ſaluum nobis redditurum. Atque hoc nunc ſupplices precamur, non, vt indignum aliquid tua natura ſapias: hoc enim fieri non poteſt; ſed vt in

ἀλλὰ τὴν σὴν περὶ τὰς μάχας προθυμίαν, μὴ μᾶλλον, ἢ δεῖ, μεταποιήσῃ ἀ. Φ. τὰ πολέμια. In qua ſententia quid ſit μεταποιεῖσθαι, dictum, ſupra, ad ep. xx. p. 101. Λ'γαθὸς τὰ πολέμια *Herodoteum* eſt. vid. Cl. *Weſſel.* ad *Herod.* l. III. p. 195. &, in Diluc. Thucyd. p. 196. *Abreſch.* Alia virtute πολέμια χρήματα dixit noſter, ep. cx.

75. Παρακαταθήκην] Retinui παρακαταθήκην cum libris plerisque; quae vox quoque, ſupra, ep. xxiii. eſt. Angl. tamen παραθήκην. Illud vſurpauit noſter cum *Platone*, *Thucydide*, *Demoſthene*, aliis, magno numero. hoc vti potuit ſiue cum ſui ſaeculi ſcriptoribus, ſiue cum *Herodoto*, cui vox iſta tribuitur a grammaticis. vid. duumuiros eximios, *Weſſelingium* & *Valckenarium*, ad *Her.* l. IV. p. 471. & p. 477. Sicut autem παραθήκη pro παρακαταθήκη, ita pro κατατίθεσθαι vel παρακατατίθεσθαι, quae in veterum Atticorum ſcriptis obuia ſunt, aliis etiam παρατίθεσθαι placuit; vt, praeter *Herodotum*, l. c. *Appian.* Ε'μφ. A. p. 167. τὸν υἱὸν ἐπάγων, ἑκάστοις συνίστη, καὶ παρετίθετο, ὡς αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτίκα ἀπολούμενος. *Arrian.* Epict. l. II. p. 208. Εἰ δέ σοι ὀρφανόν τινα ὁ θεὸς παρέθετο, οὕτως ἂν αὐτοῦ ἠμέλεις; Quibus tertium addo *Apollodori* locum, per viam corrigendum; vbi, l. III. c. xiii. p. 220. Θέτις, προειδυῖα, ὅτι δεῖ στρατευόμενον αὐτὸν (Α'χιλλέα) ἀπολέσθαι, κρύψασα ἐσθῆτι γυναικείᾳ, ὡς παρθένον παρέθετο· κἀκεῖ τρεφόμενος τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ μίγνυται. Vitium ineſſe, declarat cum nude poſitum παρέθετο, tum κἀκεῖ. nihil enim in antecedente parte, quorſum hoc referatur. Conſtat autem Achillem fuiſſe ἐν παρθένοις παρὰ Λυκομήδει, vt eſt apud *Ptol. Hephaeſt.* l. I. p. 307. vt veriſimile ſit, ſcribendum eſſe —κρύψασα ἐσθῆτι, Λυκομήδει ὡς παρθένον παρέθετο· ſiue, vocem, γυναικείᾳ, putes, interpretis eſſe, verba ἐσθῆτι ὡς παρθένον reſpicientis, ſiue, quadam ſcripturae vicinitate, in locum nominis Λυκο-

ἔχοις ἐπιδεῖξαι σαυτὸν μαχητὴν Φιλόμοχθον. τανῦν δὲ κἂν αὐτὸς αὑτοῦ γένῃ μαλακώτερος, ἐν ἄλλοις ἡμῖν σεαυτὸν ἐκπεπληρωμένον ἀποδώσεις.

νε'. ΛΑΚΡΙΤΩι.

Ἀχθομένῳ μέν σοι βαρέως ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς τελευτῇ πᾶσα συγγνώμη. κἀγὼ δὲ σφόδρα συμπαθῶν, ὡς εἷς τῶν οἰκείων τὸ συμβεβηκὸς ἡγούμενος, μεῖζον ἄχθομαι, καί τοι στερρότερᾳ φύσει πρὸς τὰ τοιαῦτα χρώμενος, διὰ τὸ μηδὲν ὄφελος ὁρᾶν μηδὲ τοῖς ἀμέτρως ἀνιωμένοις. παραμυθία δὲ ἔστω σοι μεγάλη τῆς ἐπ' αὐτῷ συμφορᾶς· πρῶτον μέν, ὅτι ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενος ἐν πολέμῳ σὺν ἀριστείᾳ τέθνηκεν· εἶθ' ὅτι νικῶν καλλίστου τέλους ὑπὸ τῆς εὐμαρμένης ἠξίωται· τὸ δὲ τελευταῖον, ὅτι

κομήδει, praue ſcripti, ſucceſſiſſe. Vt vt eſt, neceſſarium Λυκομήδει, nec opus γυναικείᾳ, quum addatur ὡς παρθένον. Loquendi genus conuenit cum *Anton. Liber.* Met. c. xxxiv. ἡ δὲ τροφὸς καταικρύψασα τῇ ἑσθῆτι τὴν Σμύρναν παρήγαγεν, κ. τ. λ. Alteri, Λυκομήδει παρέθετο, ſimile eſt *Apollodori*, ibid. p. 226. καὶ καταθεῖσα αὐτὸν εἰς κίστην, Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος παρακατέθετο.

79. Ἔχοις ἐπιδεῖξαι] Scripſi ἔχοις pro ἔχῃς, conſentientibus in eo Lugd. A. C. & Angl. Noſter, ep. lxxxviii. ἵν' ἔχοιμι λαμπρὸς εἶναι πρὸς τοὺς φίλους, ep. xc. ἵνα μενούσης μὲν τῆς ἀρχῆς —— ὑμᾶς δεξιώσωμαι, πιπτούσης δὲ ταύτης —— μνήμονες —— γένοισθε. ep. cxi. ἵνα σὺ δέξαιο τὰς παρ' ἡμῶν δωρεάς. & alibi. Porro, μαχητὴν φιλόμοχθον poetae cuiusdam videtur eſſe.

80. Αὐτὸς αὐτοῦ γ. μαλακώτερος] Sic Lugd. A. & Angl. quos ſecutus ſum. reliqui αὐτὸς σαυτοῦ γ. μ. Genus loquendi Atticis familiare alibi etiam in his Epiſtolis.

85. Μεῖζον ἄχθομαι, κ. τ. λ.] Silentio praetermittendum non eſt, in Lugd. A. Angl. & Pal. verba, μεῖζον ἄχθομαι, καί τοι στερρότερᾳ φύσει πρὸς τὰ τοιαῦτα χρώμενος, deeſſe, in margine Lugd. A. & Angl. tantum adſcripta; tum autem, ibidem, ante, in contextu, inueniri συμπαθῶ pro συμπαθῶν. Sed aut omnia, a κἀγὼ δὲ σφόδρα, κ. τ. λ. ad illa, παραμυθία δὲ ἔστω, κ. τ. λ. (quae antecedentibus, Ἀχθομένῳ μέν, κ. τ. λ. reſpondent) reiicienda eſſe, putandum eſt: quod, repugnantibus libris, nemo probauerit; aut haec retinenda. verba enim, διὰ τὸ μηδὲν ὄφελος ὁρᾶν, κ. τ. λ. non niſi ad ea, quae proxime antecedunt, καί τοι στερρότερᾳ φύσει π. τ. τ. χρ. referri poſſunt. Nec vero in tota ſententia eſt, quod quem offendere merito poſſit, niſi forte vnum hoc, μεῖζον ἄχθομαι, ſi comparate dictum accipiatur, de dolore Phalaridis, illo Lacriti maiore. Tum enim non tam conſolari, vt hic inſtituit noſter, quam σκληρότητα, videbitur, exprobrare ei voluiſſe. Sed recte hoc etiam, cum aut μεῖζον pro μέγα, in ſubſequente autem membro, στερρότερᾳ, pro στερρᾷ, poſitum

multa alia certamina poſſis exhibere te bellatorem indefeſſum. Nunc autem quamuis ipſe mollior, quam pro te, fueris, in aliis nobis temet expletum numeris omnibus reddes.

LV. LACRITO.

Filii mortem grauiter ferenti omni modo ignoſcendum tibi. Quin ego, tecum vehementer commotus, quum tanquam vnus e propinquis caſum reputem, grauius fero, firmiore licet animo aduerſus talia vſus, quod ne immoderatam quidem triſtitiam aliquid commodi videam adferre. Conſolationi vero magnae tibi eſto eius calamitatis, primum, quod pro patria fortiter in bello pugnando periit; dein, quod in victoria pulcherrimus exitus vitae ei fato fuit conceſſus; ac

tum ſit, aut, quod verum opinor, inter ſe comparate dicantur, *μεῖζον ἄχθομαι*, & *στερρότερᾳ Φύσει χρώμενος*. vt intelligatur *μεῖζον, ἢ κατὰ στερρότητα τῆς Φύσεως ἐμοῦ ἄχθομαι*· ac dein, *στερροτέρᾳ Φύσει, ἢ ὥστε μέγα ἄχθεσθαι*, — *χρώμενος*.

85. *Στερροτέρᾳ Φύσει*] Dixi, in Lugd. A. & Angl. quaedam deeſſe, in margg. iſtorum librorum adſcripta. Ibi autem *σφοδροτέρᾳ* eſt, non *στερροτέρᾳ Φύσει*. Sed aliud *σφοδρότης*, quam quod huic loco conueniat. De altero nemo dubitabit, ſi contulerit *Euripidis* hoc, Hec. 296. *Οὐκ ἔστιν οὕτω στερρὸς ἀνθρώπου φύσις, Ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων Κλύουσα θρήνους, οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ*. *Plutarch.* Solon. p. 81. F. *Ἴδοις ἂν ἀνθρώπους στερροτέρᾳ τῇ Φύσει περὶ γάμου καὶ γενέσεως παίδων διαλεγομένους*. *Luciani* Nigrinus, tom. I. p. 67. *Ἡγεῖτο χρῆναι πολὺ πρότερον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ στερρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθὲς κατασκευάσαι*. Nec diſſimili ratione *τοῖς ἀληθῶς Φιλοσοφοῦσι στερρότητα* tribuit *Plutarch.* de Virt. Mor. p. 446. E. Vt ſatis appareat, ſophiſtam, vt paſſim in his Epiſtolis, dum *στερρότητα τῆς Φύσεως* tribuat Phalaridi, non tam tyrannum eum, quam philoſophum, voluiſſe videri.

88. *Ὅτι ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενος ἐ. π. σὺν ἀριστείᾳ τέθνηκε, κ. τ. λ.*] In hanc ſententiam, *Τί γὰρ*, inquit noſter, ep. LXXXV. *ἀνδρὶ γενναίῳ μεῖζον ἀγαθὸν, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ νίκης ἀγωνιζομένῳ, ἀπερείσασθαι τὸν βίον*; Nota ſunt, quae de Epaminonda tradidit antiquitas, qui, vt *Cicero*, Fin. II. c. XXX. ait, *in laetitia & victoria eſſe mortuus*. *Diodori Sic.* e. l. XIII. p. 557. verba, huc pertinentia, opportune *Euripidi* admouit *Valckenarius*, not. ad Phoen. 1020. Similia fere ſunt, quae, audita filii morte, dixiſſe *Xenophontem*, refert *Plutarchus*, Conſ. ad Apoll. p. 119. Eodem teſte, in Apophth. p. 192. C. Epaminondas *Ἔλεγε τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλλιστον*. Mitto plura, quae cum ex *Plutarcho*, tum aliis, adſcribi poſſunt. Praeſtat monuiſſe ea, quae ſubiiciuntur, *Xenophonti* deberi, Inſt. Cyr. p. 109. l. 41. *Ἀλλ' οὗτος, ὦ γύναι, ἔχει τὸ κάλλιστον τέλος· νικῶν γὰρ τετελεύτηκε*.

ὅτι μηδὲν ἁμαρτὼν παρὰ τὸν βίον, ἐπεσφράγισται τὴν ἰδίαν ἀρετὴν θανάτῳ. ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ ζῆν ἀγαθὸς, ἄδηλον, εἰ μεταβαλεῖ πρὸς τὸ χεῖρον. αἱ τύχαι γὰρ ἀνθρώπων τὸ πλεῖστον, οὐχ αἱ γνῶμαι κρατοῦσιν· ὁ δὲ τελευτήσας ἀκατηγόρητος, ἐν τῷ καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. νομίσας οὖν ἀξίας παρ' αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν ἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος, τὸ πράως καὶ μετρίως τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν. 95

νς' ΠΟ-

91. Ἐπεσφράγισται τὴν ἰ. ἀρετὴν θανάτῳ.] Pro ὑπεσφράγισται, vt vulgo, ad exemplum editionis Aldinae, editum fuit, ex edit. Ven. reuocaui ἐπεσφράγισται, conſentientibus MSS. Lugd. B. C. Med. A. B. C. & Burm. Ad eandem rationem ad marg. ſui exemplaris correxerat *Hemſterhuſius*, &, in epiſtola, aliquando ad me data, *Ruhnkenius*. Elegans verbi vſus eſt in eum translati, qui ipſo mortis genere, tanquam ſigno, vnde totius vitae laudabiliter actae probitas cognoſcatur, impoſito, virtutem ſuam finit, eiusque confirmat opinionem. Similiter, de Rhodo, *Ariſtides*, tom. I. p. 555. Αὕτη δὲ βεβαίως ἀήττητος οἴχεται, ὥσπερ ἀνὴρ ἀθλητὴς ——, καὶ τὴν ἔμπροσθεν ἀκμὴν καὶ δύναμιν καὶ λαμπρότητα ἐπεσφραγίσατο τῇ τελευτῇ. Mutato loquendi genere, *Ioſeph.* de Maccab. VII. p. 507. ὦ μακαρίου γήρως, καὶ σεμνῆς πολιᾶς, καὶ βίου νομίμου, ὃν πιστὴ θανάτου σφραγὶς ἐτελείωσεν. Noſtrum verbum iam alio translatum vid. in *Platonis* Phaed. p. 57. B. Phileb. p. 380. B. Adde *Heracl.* Alleg. Hom. p. 462. *Max. Tyr.* Diſſ. XXXIII. p. 401. *Vlpian.* in *Demoſth.* Olynth. I. p. 15. D. &, quae aliunde plura citat *Wetſtenius*, ad Euang. *Ioann.* III. 33.

92. Ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ ζῆν ἀγαθὸς, ἄδηλον, εἰ μεταβαλεῖ πρὸς τὸ χεῖρον] Hanc ob cauſam, apud *Herod.* l. I. p. 14. C. ſapienter Solon, ad Croeſum, Ἐκεῖνο δὲ τὸ εἶρεο με, οὔκω σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι. Cui ſimilia haec Deianirae, in *Sophoclis* Trachin. I. Λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώποις φανείς, Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι βροτῶν πρὶν ἂν θάνοι, τὶς, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἰ τῷ κακός. vbi quae *Triclinius* habet, cum *Herodoteis* ſunt conferenda. In *Sophoclis* verbis, interpunctionis nota ante τὶς poſita, hoc ad ἐκμάθοι refero, cum in τῷ, quod ſubiicitur, lateat nomen, quod pertinet ad θάνοι: quando aut τὶς intelligi, aut ἐκμάθοις ſcribi cum quibusdam, opus non eſt. Noſtris addo ex *Plutarch.* de Conſ. ad Apoll. p. 119. A. vbi, Θεσῖς ηὐξάμην, inquit *Xenophon*, οὐκ ἀθάνατον οὐδὲ πολυχρόνιον γενέσθαι μοι τὸν υἱόν· (τὸ γὰρ τοιοῦτον ἄδηλον, ὅτι συμφέρει) ἀγαθὸν δὲ καὶ φιλόπατριν.

93. Αἱ τύχαι γὰρ ἀνθρώπων, κ. τ. λ.] Multa, in hanc ſententiam a veteribus dicta, praetereo ſciens. Prae ceteris placuiſſe videtur hoc, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. quod a *Plutarcho*, de Fort. p. 97. C. & *Stobaeo*, Ecl. Phyſ. p. 14. l. 54, vbi *Chaeremoni* tribuitur, prolatum, recte cum *Cicer.* Tuſc. Q. l. V. c. IX. *Vitam regit fortuna, non ſapientia*, compoſuit *Dauiſius*, noſtri loci non immemor. Idem, parumper mutatum, apud *Athenaeum*, l. XV. p. 693.

A.

tandem, quod, nullo errore lapsus in vita, virtutem suam firmauit morte. Qui enim in vita bonus est, incertum, an conuertet in peius: fortuna enim homines plerumque, non consilium regit. Qui autem inculpatus moritur, in pulcherrimo gloriae gradu insistit. Puta igitur, digna te praemia accepisse ab eo natiuitatis & educationis, quod bonum & honestum ad mortem vsque seruauit; atque has ei vices redde, vt leniter & moderate casum feras.

LVI. PO-

A. habet *Nicostratus*: Τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, πρόνοια δὲ Τυφλόν τι κἀσύντακτόν ἐστιν, ὦ πάτερ. Atque eo respexisse *Platonem*, l. IV. Legg. p. 827. B. locum inspicienti apparebit. Huc porro pertinet *Demosthen.* Olynth. II. p. 24. C. Μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. quae, in eiusdem Or. ad Phil. Epist. p. 119. D. repetita, sua fecit *Plutarchus*, de Fort. Rom. p. 323. Partem horum legas in *Alciphron.* l. III. Ep. XLIV. p. 372. Τύχη γὰρ παρὰ πάντα ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. quibus quae subiiciuntur, οὐδὲν γὰρ ἐν ἀνθρώποις γνώμη, πάντα δὲ τύχη, cum, antecedentibus iuncta, ταυτολογίαν efficiant vix ferendam, alterutrum aliunde in contextum illatum potest videri. Haec autem cum verbis *Xenophontis*, Memor. I. p. 423. l. 14. Ἔ"ξεστί σοι λέγειν, ὅτι οὐδὲ γνώμη, ἀλλὰ τύχη πάντα πράττεις, comparata, *Gesnerum*, docent, in Chrest. Graec. p. 103. non iniuria, ibi pro οὐδὲ, suspicatum fuisse, οὐδὲν legendum. E Latinis quaedam huc pertinentia collegit, ad *Sallust.* Cat. c. VIII. *Cortius*, vir doctissimus.

94. Ἐ'ν καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται] Fuit, quum scribendum putarem ἐν καλλίστῳ ὀχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. Nec valde dissimile *Philostrati* hoc, V. S. II. p. 596. de Ptolemaeo sophista: Αλλ' ὥσπερ ἐπὶ λαμπροῦ ὀχήματος τῆς Φήμης πορευόμενος διῆει τὰ ἄστη. quae inter alia, huc pertinentia citat summus *Hemsterhusius*, ad *Luc.* tom. I. p. 20. Sunt autem alibi etiam a librariis inter se permutatae hae voces, vt apud *Iulian.* ad S. P. Q. Ath. p. 278. A. Τούτων δὲ ὃν ἔφην τρόπον γινομένων, περὶ τὰς τροπὰς τὰς χειμερινὰς (Sic *Petauius* pro θερινὰς) ἐπιτρέπει μοι βαδίζειν εἰς τὰ στρατόπεδα, ὄχημα καὶ τὴν εἰκόνα περιΐσοντι τὴν ἑαυτοῦ. pro ὄχημα enim σχῆμα scribendum esse, discas ex iis, quae, eadem pagina, ibidem, D. leguntur, Καὶ τοῦ λοιποῦ, τὴν χλανίδα περιέφερον, καὶ τὴν εἰκόνα. vide, quae de voce σχῆμα, ista virtute posita, notauit, in Lect. *Theocrit. Casaubonus.* c. XI. Nihil tamen temere nunc sollicitauerim in nostro, cum praesertim apud citerioris Graeciae scriptores σχῆμα, casui iunctum secundo, latissime pateat, & modo *formam*, modo *speciem*, modo *rationem*, aut simile, sonet. Exempla vbique obuia. Inprimis conferri velim, quod est, ep. VII. Τί—καθίστας σεαυτὸν εἰς ἐναντίον σχῆμα καὶ προαίρεσιν βίου τοῖς ἐπιτηδεύμασιν; & ep. VIII. Adde *Liban.* op. t. I. p. 171. A. Τὸ δὲ ἐν καλῷ τῷ σχήματι δέξασθαι τὴν τελευτὴν, τῶν εὐφρονούντων ἴδιον.

98. Τὸ πράως καὶ μετρίως τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν. Constans in libris editis scriptura est, τὸ πράως καὶ εὐπαρηγορήτως τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν; nec abit

νς'. ΠΟΛΥΜΝΗΣΤΟΡΙ. 100

Πολλά σοι καὶ μεγάλα πρὸς ἡμᾶς ἐμαρτύρει Λάκριτος, καὶ περὶ τἄλλα μὲν ἅπαντα, μάλιστα δὲ περὶ τῆς συμμαχίας τῶν πελτοφόρων. τῇ γὰρ σῇ σπουδῇ, καὶ τῇ τῶν ἀγωνισαμένων ἀνδρῶν, τὸ χωρίον ἁλῶναι ἀποφαίνει, καὶ τοὺς ἰδίους ἐπαίνους ὡς ἔοικέ σοι παραχωρῶν ἀνακεῖσθαι. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἐλάμβανες τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς πάσας, ἐδεδοίκειν ἂν καὶ οὕτω, μὰ τοὺς θεούς, μὴ ἥττωμαι τῆς φιλοφροσύνης τῆς παρὰ σοῦ. νῦν δέ σου καὶ τὰς χάριτας οὐ καθ' ὃ πέμπονται ἀποδεχομένου, νικᾶσθαι ὁ τύραννος ὁμολογῶ ἰδιώτου ἑνός. εἰ μέν τοι τὸ παρὸν μὴ δέξῃ τὰ τρίτα τῆς λείας διανεῖμαι τοῖς στρατιώταις, ἃ καὶ Λακρίτου δι-

ebit MS. Burm. In reliquis varie haec leguntur. Lugd. enim A. B. Angl. & Pal. habent τὸ πράως καὶ μετρίως ἐνεγκεῖν, addito in marg. Lugd. A. & Angl. τὴν συμφορὰν ante ἐνεγκεῖν; quod in ipso contextu Lugd. C. & Med. B. est. Med. autem A. & C. cum editis conueniunt, praeterquam quod in illo pro εὐπαρηγορήτως inuenitur μετρίως, vt etiam marg. Ald. habet; in hoc autem τὸ πράως καὶ μετρίως καὶ εὐπαρηγορήτως τ. ἐ. ἀ. λ. ἐ. vt manifestum esse videatur, εὐπαρηγορήτως interpretis esse, qui sic reddiderit antecedentia. Iunguntur autem, vt hic πράως καὶ μετρίως, a *Demosth.* adu. Timocr. p. 802. D. τοὺς νόμους ὡς πρᾳοτάτους καὶ μετριωτάτους εἶναι. *Iulian.* ad S. P. Q. Ath. p. 278. C. πρᾷον ἐμαυτὸν παρασχὼν, καὶ μέτριον. adde *Synes.* ep. cxxxv. Alterum, τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, codicum MSS. fide comprobatum, quin iure receperim, nemo dubitabit, qui contulerit similia apud alios; vt, in simili negotio, hoc *Plutarchi*, de Aud. P. p. 23. B. vbi Archilochus, τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν θαλάττῃ, καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς, λέγει, θρηνῶν, μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, εἰ κ. τ. λ. *Liban.* Ep. cccxxi. Συνηχθέσθην μέν σοι τὴν γυναῖκα ἀποβαλόντι, συνήσθην δὲ τὴν συμφορὰν γενναίως ἐνεγκόντι. *Menandri* est, ex Inc. Com. Fragm. cxciii. Ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν——. Similiter, in Aur. *Pythag.* Carm. Ὡς ἂν μοῖραν ἔχῃς, πράως φέρε. de quo vid. *Hierocl.* p. 106, & 122. cet. Similia leg. supra, ad ep. xx. p. 101.

3. Τῶν πελτοφόρων] Miror, hos πελτοφόρους silentio praetermissos a *Bentleio.* Constat enim, tempore Iphicratis demum πελταστὰς fuisse nominatos; qui, vt auctor est *Diodorus Sic.* l. XV. p. 36. Τῶν Ἑλλήνων μεγάλαις ἀσπίσι χρωμένων, καὶ διὰ τοῦτο δυσκινήτων ὄντων, συνεῖλε τὰς ἀσπίδας, καὶ κατεσκεύασε πέλτας συμμέτρους. &, paucis interiectis, οἱ μὲν πρότερον ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ὁπλῖται καλούμενοι, τότε δὲ ἀπὸ τῆς πέλτης πελτασταὶ μετωνομάσθησαν. Conuenit *C. Nepotis* testimonium, in V. Iphicr. c. 1. Vtriusque

LVI. POLYMNESTORI.

Multarum tibi magnarumque rerum apud nos teſtimonium praebuit Lacritus, cum de aliis omnibus, tum maxime de auxilio peltaſtarum. Tua enim ac militum alacritate locum eſſe captum, declarat, ac laudes, dum, vt videtur, proprias concedit, tibi deberi. Ego vero, etiamſi acciperes dona mea omnia, vel ſic tamen vererer, ita me dii, ne vincar beneuolentia tua. Nunc vero, cum munera non, quo mittuntur animo, accipis, vinci me tyrannum, fateor, a priuato vno. Quod ſi igitur cum maxime non accipias tertiam praedae, diſtribuendam militibus, quam etiam, Lacrito dante, ſta-

 tim

que loci meminere plures; quos inter legi praecipue, velim, *Briſſon.* de R. Perſ. l. III. p. 581. Accedit veterum vſus ſcriptorum; inter quos, ſi bene memini, ante Iphicratis tempora nemo, qui nominauit πέλτας, aut πελταστὰς, ſeu πελτοφόρους, cum, e contrario, in ſcriptis eorum, qui ab inuentis ab Iphicrate peltis, & nominatis *peltaſtis*, floruerunt, non rara fiat horum mentio; vt loca *Platonis*, *Xenophontis*, aliorum, docent. Potuit igitur πελτοφόρους nominare cum ſuis ſophiſta, non potuit verus Phalaris, qui, ducentis circiter ante peltas ab Iphicrate inuentas annis, iam poenas dederat ſuae crudelitatis.

4. Καὶ τοὺς ἰδίους ἐπαίνους, ὡς ἔοικέ, σοι παραχωρῶν ἀνακεῖσθαι] Editum vulgo Κ. τ. ἰδίους ἵππους, ὡς ἔ. σ. π. ἀ. atque ita etiam Burm. deficientibus reliquis libris MSS. Interpretes, qui de *equis*, aut *equitatu*, cogitarunt, in his reddendis diuerſa admodum inſtiterunt via, ſed a mente auctoris, vt opinor, aliena omnes. Sane, in quamcunque partem haec conuertas, haud locus eſſe equis videtur poſſe. Si vero pro ἵππους repoſueris ἐπαίνους, nihil ad ſententiam deſiderabis amplius. Hanc igitur planam facere contextum mutando, quam veteris veſtigiis ſcripturae inhaerendo impeditam lectori relinquere, malui. Nimirum Lacritus, cum, Polymneſtoris diligentia, diceret, captum eſſe locum, quae ſua, tanquam duci, eſſet, eam huic conceſſit laudem. Genus loquendi non valde diſſimile eſt, ep. LXXV. Ἀνακείσθω δὲ ἡ περὶ ἑκατέρων αὐτῶν χάρις τοῖς πρώτοις τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἔργον ἀποτελέσασιν. &, ep. LXIII. ὥσθ' ἡμᾶς εἰς μὲν τὴν μάχην — μηδ' ὁτιοῦν ὀνηθῆναι, εἰς δὲ τὴν δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους, πλεῖστον. εἰς ὀλίγους γὰρ ἡμῶν τοὺς ἀγωνισαμένους, οὐκ εἰς ἅπαντας, ἡ νίκη ἀνάκειται. De ſententia, conferri *Thucydidem* velim, l. II. p. 137. l. 33. εἰ μὴ καὶ ὅταν παρὰ λόγον τὶ εὖ πράξητε, ἐμοὶ ἀναθήσετε. *Liban.* Ep. DCXLVII. Ἐννοῶν δὲ, ὅτι τῶν Φωκεῦσι πεπονημένων Φίλιππος ἂν εἶχε τὴν δόξαν, οὐ διῆγον ἡδέως. Sicut hic loci ἰδίους ἐπαίνους, ita ἴδιον ἔπαινον dixit noſter, ep. XCIV.

διδόντος παραυτίκα οὐχ οἷός τε ἐγένου λαβεῖν, εὖ ἴσθι, ὅτι, ὀκνηροτέρους ἡμᾶς γενέσθαι οὐκ εὐποιεῖν, τοῦτο μὲν γὰρ οὐκ ἦν ἡμῖν ἐπὶ σοῦ, ἀλλ' εὖ πάσχειν ὑπὸ σοῦ πρὸς τὸ ἐπιὸν, ἀναγκάσεις.

νζ'. ΠΟΛΥΜΝΗΣΤΟΡΙ.

Ἔδεισας ἡμῶν τὰς ἀπειλὰς τοῦ μηδὲ αὖθις δεήσεσθαι, παρόντι καὶ τὴν λείαν διένειμας, ὡς ἠξιοῦμεν, ἀποδοὺς τοῖς πονήσασι τῶν κινδύνων τὰ ἔπαθλα· καὶ καλῶς. ἡδΫφρανάς τε γὰρ, καὶ ἐπέῤῥωσας, μηδὲν ὀκνεῖν αἰτεῖσθαι παρὰ σοῦ, καὶ τοὺς ἄνδρας, ὁπότε δέοι ἀγωνίζεσθαι, προθυμοτέρους ἐποίησας. τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο σήκωμα τῶν πόνων χωρίς; οὐδεὶς, ὅστις ἂν ὑποσταίη τοὺς καμάτους. ἄλλοις μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐκομίσω. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ

11. Εὖ ἴσθι, ὅτι ὀκν. ἡ. γ.——ἀναγκάσεις] Particulam ὅτι, praetermissam in libris editis, & MS. Burm. orationi interposui. Sic enim passim noster, vt, ep. vi. εὖ μέν τοι ἴσθι, ὅτι——ἀμύνεσθαι δυνησόμεθα. ep. ix. εὖ ἴσθι, ὅτι μένουσί σε. ep. xciv. Εὖ μέν τοι καὶ τοῦτο ἴσθι, ὅτι—— ἐκολασάμην αὐτόν. & alibi. add. not. ad ep. xlviii. p. 163. Sententiam loci, a plerisque interpretibus male acceptam, Latine reddendo planam feci.

12. Οὐκ εὐποιεῖν——ἀλλ' εὖ πάσχειν--] Editi & Burm. εὐπορεῖν, vbi contrariorum ratio manifesto docet, legendum εὐποιεῖν; quod propterea substitui. Recte *Naogeorgus*, in nota ad marg. adscripta, *Puto*, inquit, *legendum* εὐποιεῖν, *non* εὐπορεῖν, *vt respondeat* τῷ εὖ πάσχειν. Ab eo igitur meliora discere potuisset *Boyleus*, qui, seruata vitiosa scriptura, hanc adscripsit notam: „Minatur se a Polymnestore beneficia non vltra acceptum: ignobilem animum non tangunt huiusmodi minae; generosum, qualis erat ipse Phalaris, multum commouent". Reddidit autem, vt *Naogeorgus*, *ad benefaciendum*, quasi legeretur εὐποιεῖν. E multis *Libanii* adscribam verba, Ep. cccxxx. p. 160. Ἐκείνους τε γὰρ ὁ Θουκυδίδης φησὶν, εὖ ποιοῦντας, οὐ πάσχοντας κτᾶσθαι τοὺς φίλους. Quae, frustra in *Thucydide* quaesita a *Wolfio*, leguntur l. II. p. 122. l. 1. Οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους.

15. Τὰς ἀπειλὰς τοῦ μηδὲ αὖθις δεήσεσθαι] Respicit auctor postremam partem antecedentis epistolae, vbi minatur, nisi tertiam praedae, militibus distribuendam, accipiat Polymnestor, tardiorem se fore ad beneficia in posterum ab eo accipienda, adeoque, εἰς τὸ αὖθις δεήσεσθαι, siue *opem implorandam* Polymnestoris. Interpretes, non perspecta vera verborum constructione, a mente auctoris aliena dederunt.

19. Τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο σήκωμα τῶν πόνων χωρίς] Verbum σηκοῦν, frustra quaesitum ab eruditis, reperitur in *Plutarchi* libr. de Fac. in Orb. L. p. 928. D. Οὕτως οὐ ταῖς βοπαῖς σεσήκωται κατὰ βάρος καὶ κουφότητα τῶν σωμάτων ἕκαστον,

tim noluisti accipere; probe scias, te, tardiores esse nos, non ad benefaciendum, hoc enim non licet nobis, te viuo, sed beneficia a te accipienda, in posterum coacturum.

LVII. POLYMNESTORI.

Veritus es, quod minati sumus, non iterum nos opem imploraturos, cum praedam distribuisti, vt volebamus, iis, qui pericula adierunt, vt praemia acciperent laborum: & pulchre. nam & exhilarasti, & impulisti me ad quoduis promte a te petendum, ac milites, vbi pugnandum erit, alacriores reddidisti. Quis enim accipere volet praemium sine laboribus? Nemo, qui tolerare labores poterit. Atque aliis

στον, ἀλλ' ἑτέρῳ λόγῳ κεκόσμηται. Longe frequentius ἀντισηκοῦν iam *Aeschylo* placuit, in fortunae vices translatum, in Pers. 437. Τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε συμφορὰ πάθους, Ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι βροτῇ. Cui simile *Euripidis*, in Hecub. 57.——ἀντισηκώσας δέ σε Φθείρει θεῶν τις τῆς πάρoιθ' εὐπραξίας. *Herodotus*, l. IV. p. 304. l. 50. de aquis Istri, aestate & hieme semper aequalibus: Ἀντιθέμενα δὲ ταῦτα, ἀντισήκωσις γίνεται, ὥστε ἴσον μιν αἰεὶ φαίνεσθαι ἐόντα. In quibus locis idem est, quod τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, vt, in similibus, interpretatur *Budaeus*, C.L.Gr. p. 359. Idem, quarto casui iunctum, praesertim citerioris Graeciae scriptoribus placuisse videtur, vt, inter alios, *Luciano*, siue quisquis eius libelli auctor est, in Tragop. tom. III. p. 658. v. 226.——τῇ δὲ σῇ προθυμίᾳ Γ'σαισι τιμαῖς ἀντισηκώσω χάριν. quae nostro σήκωμα interpretando commode inseruire possunt. Qui tamen hoc, per se posito, ista virtute, vsus est, praeter nostrum, adhuc inueni neminem. *Vitruuio* quid sit *aurum ad facoma adpendere*, docent interpretes, ad eius l. IX. c. III. Conuenit *Aristoteles*, Quaest. Mech. c. XXI. extr. ὅσῳ δ' ἂν μακρότερον ᾖ τὸ μῆκος τοῦ μοχλοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ ὑπομοχλίου, τοσούτῳ ἐκεῖ μὲν ῥᾷον κινεῖ, ἐνταῦθα δὲ σήκωμα ποιεῖ, καὶ ἵστησι τὸ πρὸς τὸ σφαίρωμα βάρος τῆς φάλαγγος. *Hesychius*, dum v. Οἰλάωμα interpretatur, τὸ προστιθέμενον τῇ πλάστιγγι τοῦ ζυγοῦ, ἐὰν μὴ ἰσορροπῇ (l. ἰσορροπῇ) vitiosum exemplum sequutus est, vbi hoc scriptum pro σήκωμα.

20. Οὐδεὶς, ὅστις ἂν ὑποσταίη τοὺς καμάτους] Doctissimus *Eldick*, in epistola ad me data, litera reuocata, corrigit: Τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο σήκωμα τῶν πόνων χωρίς; οὐδείς· ὅστις δ' ἂν ὑποσταίη τοὺς καμάτους· sententia bona, si postrema ad solum ἕλοιτο σήκωμα referantur. Nihil tamen in vulgato esse videtur temere sollicitandum. Respondet ad integram quaestionem, Τίς ἂν ἕλοιτο σήκωμα τῶν πόνων χωρίς; negatque, quemquam, qui quidem tolerare labores possit, futurum esse, qui praemium velit sine labore accipere.

καὶ λαμβάνων, εἰς τὸ ἐπιτηδείους ἡμῖν κατασκευάσαι τοὺς στρατιώτας, ἐὰν εἰς τὰ μέλλοντα δεηθῶμεν, καὶ ταῦτα λαμβάνειν ἔοικας.

νή. Α Α Μ Α Χ Ω ι. 25

Τοὺς ἕπτα καὶ τριάκοντα τούσδε, ὅταν τοῦ πλήθους λαβῇ τῶν Καμαριναίων, χαλκευθῆναι κατὰ φύσεως ἀπανθρωπίαν ἀποφαίνεις. βούλομαι μὲν ἐν τούτῳ μεῖναι τῷ ἀριθμῷ, καὶ νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον εὔχομαι· οὐχ ὁρῶ δὲ ἐώμενον τοῦτο ὑπό τινων μέχρι τούτων ὁρίσθαι. σύ γ'οὖν αὐτὸς ἐννέα καὶ τριάκοντα 30 βιά-

26. Ὅταν τοῦ πλήθους λαβῇ τῶν Καμαριναίων] Pro λαβῇ paruo vitio ſcriptum λάβῃ tenebras ſatis magnas attuliſſe huic loco videtur; cum interpretum plerique reddant, *cum Cam. multitudinem nanciſceris; Boyleus* autem *Quoties plebem Cam.* ſermone *captas; Aretinus* denique plane praetermittat ſilentio τὸ λάβῃ. Quin verum ſit λαβῇ, nemo dubitabit, vbi contextum inſpexerit orationis. Deficientibus itaque, praeter Burm. qui, vt paſſim, cum editis conuenit, libris MSS. hoc repoſui. Sententia perſpicua, dictum ὅταν τοῦ πλήθους λαβῇ τῶν K. vt hoc *Thucydid.* l. IV. p. 297. l. 24. Καὶ ἐσεσιδήρωτο ἐπὶ μέγα καὶ τοῦ ἄλλου ξύλου. & *Arrian.* Exp. Al. l. II. c. XXII. ᾗ ἐρήρειπτο τοῦ τείχους, quod ita a me correctum vid. ſupra, ad ep. IV. p. 19. In his & ſimilibus quae ſit caſus ſecundi ratio, ſciunt Graece docti.

27. Χαλκευθῆναι] De ſententia, planum eſt, vt opinor, cogitaſſe noſtrum concrematos in tauro Phalaridis, vt vulgo reddiderunt interpretes: de verbo, haud ſcio, an omnes idem ſint exiſtimaturi. Ac fuit quidem, quum, in loco χαλκευθῆναι, ſcribendum eſſe, opinarer ego, χαλκῷ καυθῆναι, vel ἐν τῷ χαλκῷ καυθῆναι. Huic acceſſit *Ruhnkenii* mei, viri clariſſimi, iudicium, quod equidem in his ſemper facio permagni, ſuo ſuffragio, correctionem comprobantis. Suadet praeterea hoc, qui noſtras Epiſtolas ſaepe reſpexit, interdum etiam deſcripſit fere ad verbum, *Tzetzes*, dum Chil. V. 920. Τίνας κακούργους, inquit, ἔκαυσεν (ὁ Φάλαρις) ἐν ταύρῳ τῷ χαλκείῳ; quod ex hac ipſa epiſtola ſumtum videtur, vt ſimile, de Perillo, Chil. I. 646. Ὃς Φάλαρις Περίλαον τὸν χαλκουργὸν ἐκεῖνον τὸν Ἀττικὸν κατέκαυσεν ἐν ταύρῳ τῷ χαλκείῳ, ex epiſtola v. quod manifeſto declarat additum ἐκεῖνον τὸν Ἀττικόν. Ibi autem l. 32. de tauro aeneo Phalaridis etiam τὸν χαλκὸν habes: Τὰς γὰρ ἔνδοθεν ἐμβοωμένας ὀλοφύρσεις ὁ χαλκὸς εἰς τοὺς ἀκουσομένους κολαστὰς ἐξεμυκᾶτο. Noſtrum inprimis conferri velim cum *Pindar.* Pyth. od. I. extr. Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυτῆρα νηλέα νόον, Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις· &, quod ep. v. quoque reſpexiſſe ſophiſtam, monuit *Bentleius*, *Callimachi*, a ſchol. *Pind.* citati, Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν· ὃς τὸν ὅλεθρον Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον. Atque, ita generatim, de vaſe quouis aereo, χαλκὸν vſurpatum a ve-

quidem haec etiam conſecutus es, imo vero, cum accipis, vt milites nobis devincias, ſi inpoſterum opus fuerit nobis, etiam haec accipere videris.

LVIII. L A M A C H O.

Septem & triginta hoſce, cum de Camarinenſium multitudine caperentur, aere incluſos eſſe naturae immanitate, dicis. Volo quidem in hoc ſubſiſtere numero, &, ita me Iupiter Maximus, opto; ſed video, eſſe, qui non permittant, hoc iis terminari. Tu enim ipſe, nouem & triginta hos

veteribus, conſtat, vt, inter alia, in *Sophocl.* Electr. 760. —— *ἐν βραχεῖ Χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ Φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι.* De ſtatua Iocaſtae *Plutarch.* Sympoſ. V. p. 674. A. *ἧς Φασιν εἰς τὸ πρόσωπον ἀργύρου τι συμμίξαι τὸν τεχνίτην, ὅπως ἐκλιπόντος ἀργυρίου καὶ μαραινομένου λάβῃ περιφάνειαν ὁ χαλκός.* vbi pro *ἐκλιπόντος ἀργυρίου καὶ μ.* mihi quidem legendum videtur *ἐκλιπόντος σαρκιδίου καὶ μ.*, quod reſpondet huic *Plutarchi*, libr. de Aud. Poet. p. 18. C. *Τὸν δὲ Ἀριστοφῶντος Φιλοκτήτην, καὶ τὴν Σιλανίωνος Ἰοκάστην ὁμοίως φθίνουσι καὶ ἀποθνήσκουσι πεποιημένους ὀφῶντες χαίρομεν.* De noſtro autem, quamquam poetico fere loquendi genere ſcriptum fuiſſe videri poteſt *χαλκῷ καυθῆναι*; eſt tamen etiamnum, quod aliquam mihi dubitationem iniiciat, ſtudium ſingulare ſophiſtae rariora ſectandi. qui fortaſſe *χαλκευθῆναι* accipi voluit de aere, ſeu tauro aereo, incluſis. Nec omnino diſſimilis verbi *καταχαλκεύειν* vſus, apud *Athen.* l. XII. p. 521. F. *τὸν συνέγγυς ἅπαντα τόπον κατεχάλκευσαν θυρίσι, βουλόμενοι στῆσαι τὴν τοῦ αἵματος ἀναφοράν.* Poſſet etiam reddi *in aes*, ſeu *taurum aereum*, *damnatos*, ſi vera eſſet magni *Caſauboni* opinio, de his *Polyaeni* l. II. p. 135. *ἀγγέλλοντες, ὡς ἄρα Λαμψακηνοὶ πάντας μεταλλεύουσι, οὓς ἂν λάβωσι.* vbi *μεταλλεύειν*, eiusdem formae verbum, inter alia, interpretatur, *damnare in metallum.* Sed, niſi fallor, ibi, aberrantis culpa librarii, ſcriptum *μεταλλεύουσι*, pro *μεταλλεύειν κελεύουσι*; vt loquitur idem, l. VIII. c. XLII. p. 784. *Πύθης χρύσεια μέταλλα εὑρὼν, πάντας τοὺς πολίτας ἐκέλευε μεταλλεύειν* ——. Vt alteram interpretandi viam ſequi malim; tametſi iſta virtute non tam *χαλκευθῆναι* dici oportuit, quam *χαλκωθῆναι*, id eſt, *aere includi*, vel *claudi*. Quid. in Ibin. 441. *Vtque ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta, More bouis, Paphio clauſus in aere, gemas.* In *Pindari*, Olymp. od. XIII. epod. 4. —— *ἀναβὰς Δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιξεν*, interpretante recte ſcholiaſta, *χαλκωθεὶς* eſt, *χαλκοῦν περιθέμενος θώρακα, ἢ ὅπλα ἐνδὺς χαλκᾶ.* Similis ratio eſt verbi *σιδηροῦν*, in *Thucydidis* loco, ſupra, ad l. 2. citato. Mitto plura. Eliget lector, quod volet.

29. *Οὐχ ὁρῶ δὲ ἐώμενον τοῦτο ὑ. τ. μ. τ. ὡ.*] Sunt, qui reddant, quaſi *τοῦτον* ſit ſcriptum, dum ad *ἀριθμὸν* referunt. Sed voluit forte noſter *τοῦτο*, reſpiciens integram ſententiam antecedentem.

βιάζῃ τούτους γενέσθαι, προσνέμων σεαυτὸν, καὶ τὸν ἀναίσθητον Ἐπιθέρσην. καὶ οὐχ ὅμοιόν ἐστιν, ἢ ἐμὲ διαβάλλεσθαι ὑφ' ὑμῶν ἀπολλυμένων, ἢ ὑμᾶς πονηροτάτους ὄντας ὑπ' ἐμοῦ ἀμυνομένου ἀπόλλυσθαι.

νθ'. ΚΛΕΟΜΕΔΟΝΤΙ.

Σὺ μὲν, ὡς πυνθάνομαι, κατηγορῶν ἐμοῦ, τὰς περὶ τὸν Κλεόμβροτον τύχας οἰκτρὰς ὀδύρεσθαι ἐπιχειρεῖς. ἐγὼ δέ σε, Κλεόμεδον, πολὺ μὲν ἐκείνου τολμῶντα ἀδικώτερα, τῷ παντὶ δὲ ὄντα ἀσθενέστερον, ἐμοὶ ὑποχείριον γενέσθαι.

ξ'. ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΟΙΣ.

Καὶ εἰς Γέλαν ἔπεμψα, καὶ εἰς Λεοντίνους, καὶ πρὸς ὑμᾶς πέμψαι δεῖν ᾠήθην, ὅπως μοι συλλάβησθε εἰς τὰ παρόντα, οὐχ ὅπλων, οὐδὲ ἵππων δεομένῳ, οὐδὲ ἀνδρῶν, ὧν κενὴν εἶναι λέγετε τὴν πόλιν, ἀλλ' ἀργυρίου. καὶ Λεοντῖνοι μὲν ἡμῖν ἔπεμψαν πέντε τάλαντα εὐθέως· Γελῶοι δὲ ὑπέσχηνται δέκα δώσειν. ὑμᾶς δὲ οὔτε βραδυτέρους Λεοντίνων, οὔτε μικροπρεπεστέρους ἔσεσθαι Γελώων, ὑπολαμβάνω.

ξα'. ΝΙ-

31. Καὶ τὸν ἀναίσθητον Ἐπιθέρσην] Vox, ἀναίσθητος, contemtu plena, ſaepe placuit *Demoſtheni*, vt, de Cor. p. 493. Ἀλλὰ πρὸς θεῶν οὕτω σκαιὸς εἶ, καὶ ἀναίσθητος, Αἰσχίνη, ὥστε οὐ δύνασθαι λογίσασθαι, κ. τ. λ. De Foed. Alex. p. 166. Ἀ. Πῶς δὲ οὐχ ἅμα παρηνόμουν ἐκεῖνοι καὶ ἀναίσθητοι ἦσαν, οἵγε τηλικοῦτον παρέβησαν τῶν ὅρκων. vid. etiam, de Pac. p. 61. E. de Cor. p. 479. E. 494. D. & alibi. E citerioris Graeciae ſcriptoribus adde *Liban.* E. MLVI. Οἶδα δὲ, ὅτι, εἰ σοὶ τὸ πρῶτον ἔδοξεν εὐθὺς ἐξολέσαι τὸν ἀναίσθητον Ὀλύμπιον, κ. τ. λ. Aptum itaque huic loco nomen, ἀναίσθητος, ſollicitandum non eſt, vt viro cuidam docto fuit viſum.

39. Ὑποχείριον γενέσθαι.] Reddunt plerique omnes *in poteſtatem redigere*; quod eſt ὑποχείριον ποιεῖσθαι. Et hoc qui-

esse, cogis, quum temet adiungis & stupidum Epitherſen. Nec simile est, aut me conuiciis proscindi a vobis, quum interficiamini, aut vos, pessimos homines, a me, quum vlciscar, interfici.

LIX. CLEOMEDONTI.

Tu, sicut audio, me accusans, Cleombroti casum miserabilem deplorare aggrederis: ego vero te, Cleomedon, illo longe iniquiora audentem, viribus vero omnino inferiorem, in mea potestate esse.

LX. CAMARINENSIBVS.

Et Gelam, misi, & ad Leontinos, &, ad vos mittendum esse, putaui, vt mihi in praesentem rerum statum auxilio veniretis, non armis, nec equis, indigo, nec viris, quorum vacuam esse dicitis vrbem, sed pecunia. Ac Leontini nobis miserunt quinque talenta statim: Gelenses susceperunt se decem daturos: vos vero nec tardiores Leontinis, nec minus liberales fore Gelensibus, opinor.

LXI. NI-

quidem postulare antecedens verbum ἐπιχειρεῖς videtur. Sed illud haud dubie scripsit sophista, vno verbo, quod antecedenti membro orationis responderet, contentus, dum aliud e sententia eruendum reliquit lectori. Genus orationis est grauiter indignanti Phalaridi accommodatum. Conferri poterunt, quae de vsu non valde dissimili verbi infiniti notarunt *Valckenarius*, ad *Eurip.* Phoen. p. 572. & auctores, ibi citati.

41. Καὶ εἰς Γέλαν ἔ.] Libri editi, nec non MSS. Lugd. B. & Burm. in quibus solis exstat haec epistola, Γέλαν, &, infra, Γελλῶοι. Malui tamen Γέλαν & Γελῶοι, ad exemplum ep. CXII. vbi recte Γελῶοι. Nam Γέλα & Γελῶοι vera nomina esse, cum numi, apud *Goltzium*, & *Fazellum* docent, tum alia, de quibus copiose *Cluuerius*, Sic. Ant. l. I. c. xv. alii.

ξα'. ΝΙΚΙΑι.

Ἐφ' οἷς μισεῖς σου τὸν υἱὸν, ὅτι τοὺς σοὺς οὐ μιμεῖται τρόπους, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων φιλεῖται. σύνες οὖν, ὅτι πάντες, οἱ τοῦτον φιλοῦντες, σὲ μισοῦσι.

ξβ'. ΜΕΝΕΚΛΕΙ.

Μὴ μεταμέλου χρηστὸς γενόμενος, εἰ βούλει τῆς τοῦ πατρὸς πονηρίας ἀπολιμπανόμενος νομισθῆναι· ἐπεὶ καὶ τοῦ πρώτου χρόνου τὴν πρὸς Καμαριναίους ὑπόληψιν προσαπολεῖς. δόξεις γὰρ ὑποκρίσει καιροῦ, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ, χρηστὸς γεγονέναι.

ξγ'. ΛΥΣΑΝΔΡΩι.

Ἐφθάκαμεν τὴν παρὰ σοῦ πεμπομένην συμμαχίαν. πρὶν γὰρ ἐλθεῖν τοὺς παρὰ Εὐκλείδου στρατιώτας, εἴδομεν τοὺς πολεμίους. ὥσθ' ἡμᾶς εἰς μὲν τὴν μάχην ὑπὸ τῶν μισθοφόρων ὑστερησάντων μηδ' ὁτιοῦν ὀνηθῆναι· εἰς δὲ τὴν δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους, πλεῖστον. εἰς ὀλίγους γὰρ ἡμῶν τοὺς ἀγωνισαμένους, οὐκ εἰς

50. Ἁπάντων] Sic ſcripſi cum Burm. Lugd. C. & ed. Ven. Reliqui libri, πάντων. noſter, ep. xc. Τοῖς ἄλλοις ἅπασι atque ita alibi.

52. ΜΕΝΕΚΛΕΙ] Fortaſſe aliud nomen poſuerat auctor. Sane Lugd. A. C. & Angl. Μενεμάχῳ; cuius loco Μενενάχῳ in Lugd. B. Μενελάῳ autem M. Ald. Sed in opere confictо, vt hoc, nominum propriorum incerta admodum ratio. quare vulgatum retineo.

55. Δόξεις γὰρ ὑποκρίσει καιροῦ, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ, χρηστὸς γεγονέναι] Sic edidi cum MSS. Lugd. A. B. & Angl. qui in hanc ſcripturam conueniunt, ſi ab ἀληθείᾳ receſſeris, cuius loco in Lugd. A. & B. ἀληθεὶς, ſupra ſcripto in A. ἀληθείᾳ; in Angl. vero ἀληθὴς, adſcripto in marg. ἀληθείᾳ. Cum editis, vbi ὑποκρίσεσι γὰρ καιροῦ δόξεις, οὐκ ἀληθείᾳ χρηστὸς γ. conuenit Burm. praeterquam quod ante οὐκ additur καὶ, vt eſt quoque in edit. Commel. Ipſa verba conferri velim cum his *Laertii*, l. II. §. 66. de Ariſtippo: Ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ, καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθαι. Ex quo intelligi poteſt, quid in noſtro ſit ὑπόκρισις καιροῦ, quod genus loquendi, temporibus Phalaridis, ſi non in vniuerſa veteri Graecia, ignotum, in ſophiſta, Phalarin ὑποκρινομένῳ, facile fero. De ſententia, ha-

LXI. NICIAE.

Quod odisti filium tuum, quia tuos non imitatur mores, ab aliis omnibus amatur. Quare sic statuas, omnes, qui hunc ament, te odisse.

LXII. MENECLI.

Ne te poeniteat tuae benignitatis, si vis a patris malitia alienus existimari. Alioquin prioris temporis apud Camarinenses opinionem vna perdes. Videberis enim simulatione pro tempore, non re vera, benignus esse.

LXIII. LYSANDRO.

Anteuertimus auxiliaribus a te missis, nam ante, quam venerant Euclidae milites, vidimus hostes. Vt nos ad pugnam a mercenariis, tardius venientibus, nihil adiumenti acceperimus; ad gloriam & laudes, plurimum. Ad paucos enim, qui de nobis pugnarunt, non ad vniuersos, victoria

habuisse ante oculos noster videtur decantatum illud *Aeschyli*, Sept. c. Th. 598. Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, vel simile veteris alicuius scriptoris, qui hoc *Aeschyli* fuerit imitatus. vt sunt *Plato*, *Xenophon*, & complures alii, qui sententiam, a *Platone*, de Rep. II. p. 593. primum nobilitatam, passim inculcarunt. E quamplurimis locis, quae fere vbique prostant, quaedam collegit *Thom. Gatakerus*, ad *Anton.* l. VIII. p. 294.

59. Εἴδομεν τοὺς πολεμίους] Libri omnes εἴδομεν. De captis, aut deuictis, hostibus ante, quam aduenissent Euclidae milites, cogitandum esse, docent ea, quae subiiciuntur. Aptum igitur verbum εἴλομεν, quod olim ad marginem sui exempl. adscripserat ὁ πάνυ *Hemsterhusius*. Erunt tamen, qui ἰδεῖν τοὺς πολεμίους accipi velint pro ἐντυγχάνειν τοῖς πολεμίοις, ac, de Phalaride *cum hostibus congresso*, interpretentur. Quam in rem legi poterunt, praeter *H. Stephan.* de D. A. p. 198. *Dukerus*, ad *Thucyd.* l. IV. p. 311. &, ad *Lucian.* t. I. D. Dial. p. 227. *Hemsterhusius*. Quo etiam pertinet, quod infra est, ep. CXXXVII. Τὴν Φιλοδήμου γυναῖκα Κλεαινέτην — βουλόμενος ὑπὲρ θυγατρὸς γάμων ἰδεῖν, τοῖς ἐν ποσὶν ἐκωλύθην. Adde not. ad ep. LXVIII. Non diffiteor tamen, aliam esse rationem nostri εἴδομεν τοὺς πολεμίους; quo non solum *congressus*, sed etiam *victoria* comprehenditur.

62. Εἰς ὀλίγους γ. ἡ. τ. ἀ.] Paucis, qui pugnauimus. i. e. non conductis militibus, qui serius venerunt. BOYL.

εἰς ἅπαντας ἡ νίκη ἀνάκειται. κινδύνων δὲ μειζόνων μετασχόντες, ἐπάθλων λαμπροτέρων ἐτύχομεν.

ξδ'. ΑΙΓΕΣΤΑΙΟΙΣ. 65

Παύσασθέ μου τοὺς φυγάδας ὑποδεχόμενοι. Φάλαριν γὰρ οὔτ' εὖ ποιῶν τις, οὔτε κακῶς, ἐνίκησε. μάθοιτε δ' ἂν τὸ τοιοῦτον, εἰ τὰ Μελιταίων καὶ Λεοντίνων ἴδοιτε. οἷς μὲν γὰρ ἐλευθερίας, Λεοντίνοις δὲ δουλείας παραίτιος ἐγενόμην. οἱ μὲν, ὅτι τριήρη μου κατέδυσαν. οἱ Μελιταῖοι δὲ, ὅτι καταδυομένην 70
ἐβούλοντο σῶσαι.

ξε'. ΜΕΛΙΤΑΙΟΙΣ.

Συμπέπεισμαι πρεσβευσαμένοις ὑμῖν δανεῖσαι χρήματα, καί περ πρὸς τὸ παρὸν οὐκ εὐπόρως ἔχων, διὰ τὸ συνεχῶς εἰς πολέμους ἀνηλωκέναι. ἀλλὰ προφάσεως οὔ, φασι, δεῖ πρὸς φί- 75
λους.

ἐν Δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι. ex quo loco non aliud confici poteſt, quam chori Delphici, ſiue circa templum Delphicum inſtituti, auctorem fuiſſe Philammonem, de quo vid. *Fabric.* Bibl. Gr. V. I. p. 156. & auctores ibi citatos. vt *Langbaenium*, mirer, l. c. *tragici* vel *comici chori* inuentionem ei tribuendam eſſe, opinari. Quod quam repugnet veritati, apparebit, vbi, ea, quae de Philammonis aetate traduntur, contuleris cum diſputatis a *Bentleio*, de Orig. Tragoediae, & Comoediae, Diſſ. VIII. & XI. Quin non alium chorum cogitaſſe *Plutarchum*, quam qui κιθαρῳδίᾳ in honorem deorum Delphicorum inſtitueretur, veri ſimillimum eſt. Fuit enim, vt *Herodotus* teſtis eſt, l. I. p. 9. D. κιθαρῳδὸς, &, vt *Ouid.* Met. XI. 317. canit, *Carmine vocali clarus, citharaque Philammon.* Qualem igitur chorum primus inſtituiſſe κιθαρῳδίᾳ a *Suida* dicitur Steſichorus, talem circa Delphicum templum primus inſtituit Philammon, ex teſtimonio *Plutarchi*, & cum quidem virginum, vt teſtatur, ex *Pherecyde*, ſchol. *Hom.* ad Odyſſ. T. 432. qui, quod *Suidae* & *Plutarcho* στῆσαι χορὸν vel χοροὺς eſt, συστήσασθαι χορούς dixit. Eius loco ἄγειν χορὸν habet *Proclus*, Chreſt. ap. *Phot.* cod. CCXXXIX. p. 986. l. 18. vbi, *Arion* πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν. qui a ſchol. *Ariſtoph.* ad Aues, 1403. ex teſtimonio *Hellanici* & *Dicaearchi*, dicitur τοὺς Κυκλίους χοροὺς πρῶτος στῆσαι. id eſt τὸν διθύραμβον ποιεῖν. nam, obſeruante *Bentleio*, Reſp. ad Boyl. p. 169. Κύκλιος χορὸς idem, qui διθύραμβος. Clare *Herodotus*, l. I. p. 9. D. Ἀρίονα, ſcribit, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. quibus ſimilia habet ſchol. *Pindari*, ad. Olymp. Od. XIII. v. 25. vid. *Weſſel.* ad *Herodoti*, l. c. p. 11. Haec ſi in numerato habuiſſet *Dodwellus*, l. c. non commiſiſſet, vt χορῶν στάσιν quandam fingeret a Steſichoro inuentam, dum chori ipſius inuentionem tribueret Arioni Methymnaeo. Cum autem antiquiorem & Steſichoro & Arione eam eſſe, ex iis appareat, quae de Philammone tradidit *Plutarchus*, cumque chori Cyclii inuentor fuerit Arion, vt *Herodotus*, alii, teſtantur: non alienum erit, *Steſichorum*, exiſtimari, primum Himerae, aut in Sicilia, chorum κιθαρῳδίᾳ inſtituiſſe, aut ſaltem eius rationes, antea, ſicut ipſam κιθαρῳδίαν, (de qua lege *Plut.* de Muſ. p. 1133. B.) rudiores ſimplicioresque multis modis correxiſſe, & mutaſſe, atque adeo, tanquam chori artificioſius inſtructi auctorem, appellatum Steſichorum, cum antea Tiſias nominaretur. vid. *Suid.* l. c. Quo ſi inter alia referre velis ἐπῳδοῦ inuentionem, quae, vt ait grammaticus, Περὶ τῶν Κώλων τῶν Στροφῶν, κ. τ. λ. *Pindaro* praemiſſus, Ἱσταμένοις διεβιβάζετο εἰς εἰκόνα τῆς γῆς ἀκινησίας, non forte errabis. Fieri enim potuit, vt, cum ante Steſichorum tantum δυάσι, i. e. στροφῇ καὶ ἀντιστροφῇ, aut etiam ſimpliciori choro vterentur, is primus fuerit auctor τριάδων, addita ἐπῳδῷ. In rem nota ſunt, quae vulgo de prouerbio, Οὐδὲ τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκεις, traduntur.

18. Ὅποί ποτ' ἂν ταφῇ] Retinui cum antiquioribus libris ὅποι. tametſi in Lugd. B. ὅπη, in Lugd. C. ὁπόϊ, & in Burm. ὅπου

gitate vero, vbicunque tandem sepultus fuerit Stesichorus, Himerensem esse. Et omnis patriae vocabitur ob virtutem, manebit vero vester. Tum autem nolite putare vnum ex mortuis Stesichorum, sed in carminibus esse, quae omnium hominum communia fecit. Ratum habete, apud vos natum, altum, heroem,

ὅπου scriptum inueni. Ex quibus vltimum fortasse praeferent nonnulli: ego a vulgato ὅποι non temere recedendum puto. vid. inter alios *D' Orvill.* ad *Charit.* l. I. p. 119, 120. Fuisse inter veteres, qui parum accurate has particulas distinguerent, ipsa *Ammonii* nota, p. 112. & 121. indicio esse, mihi videtur.

19. Καὶ πάσης μὲν πατρίδος κληθήσεται] Respicit haud dubie certamen, de patria *Homeri. Heliodor.* L. III. p. 149. Ὅμηρος, ὦ Φίλος, ὑπ' ἄλλων μὲν ἄλλοθεν ἐνομαζέσθω. Καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ, πᾶσα πόλις. ἣν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος. Forma loquendi eadem, sed diuersa ratione, *Plutarch.* de Exil. p. 601. F. πατρὶς δὲ γίνεται πᾶσα πόλις εὐθὺς ἀνθρώπῳ χρῆσθαι μεμαθηκότι. quod, poetae verbis, Hercules, ib. p. 600. F. sic expressit—Ἅπας μοι πύργος Ἑλλήνων, πατρίς. quibuscum conferri velim notata a *Muret.* Var. Lect. l. II. c. III. Alia ratione *Thucydid.* l. II. p. 124. l. 83. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. Fut. κληθήσεται rarissime apud vetustiores inueniri docet *Abresch.* Anim. ad *Aeschyl.* l. I. c. VII. p. 45. De verbis καλεῖσθαι [&] εἶναι, inter se contrariis lectu dignissima notauit iuuenis doctissimus, *Ericus Hub. van Eldik*, in egregio Suspicionum Specim. c. I. p. 5. Eadem ratio est, nostro in loco, verborum κληθήσεσθαι & μένειν.

22. Δέξασθ', ὦ Ἱμ. παρὰ μὲν ὑμῖν γεννηθέντα τραφῆναι τ. ἡ. κ. π. καταβιῶναι] Minus expeditam verbi δέξασθαι rationem interpretibus fuisse, intelliges, vbi Latina eorum exempla inspexeris. Nam *Aretinus* dedit *Veniat vobis in mentem: Naogeorgus*, *Magni beneficii loco accipite.* Interpres, qui *Cuiacii* nomen mentitur, *praedicate bonis auibus: Boyleus* vero *memineritis*; quam bene, aut male, singuli, nolo disputare. Obseruo δέξασθαι, verbo iunctum infinito, idem fere esse, quod *probare*, *ratum habere*, *velle*, cet. quem verbi vsum tangit *Markland.* Coni. in *Lys.* or. XXV. p. 430. l. 3. dum reddit, *lubenter accipere.* Loquitur sic, variis in locis, *Plato*, vt, in Phileb. p. 376. D. Δέξαιο ἂν σὺ, Πρώταρχε, ζῆν τὸν βίον ἅπαντα ἡδόμενος ἡδονὰς τὰς μεγίστας; ib. p. 404. A. Μῶν οὐκ ἂν δέξαισθε οἰκεῖν μετὰ φρονήσεως πάσης, ἢ χωρὶς τοῦ φρονεῖν; de Rep. l. X. p. 754. E. πολλὰ δὲ ποιήσει, ἃ οὐκ ἂν δέξαιτο τινὰ ἰδεῖν δρῶντα. de Legg. I. p. 771. C. D. Πότερα δ' ἀπολομένων αὖ τῶν ἑτέρων εἰρήνην τῆς στάσεως γενέσθαι, νικησάντων δὲ τῶν ἑτέρων δέξαιτ' ἄν τις μᾶλλον, ἢ φιλίας τε καὶ εἰρήνης ὑπὸ διαλλαγῶν γενομένης, οὕτω τοῖς ἔξωθεν πολεμίοις προσέχειν ἀνάγκην εἶναι τὸν νοῦν; vbi antecedit, eadem fere virtute, ἅπας ἂν βούλοιτο μήτε γενέσθαι; sequitur, D. Οὕτω πᾶς ἂν ἑλέσθαι πρότερον, ἢ κείνως περὶ τὴν αὑτοῦ γίγνεσθαι πόλιν. Addo ex *Xenoph.* Symp. p. 515. l. 5. Τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον ἂν δεξαίμην εἶναι, ἢ κείνου ἐνὸς ἔντος. quae ex *Aristippo* tanquam *Xenophontis* profert *Laert.* l. II. p. 110. §. 49. Porro verbo monendum, καταβιῶναι a me scriptum esse, consentientibus in eo MSS. Lugd. tribus, Angl. Burm. Marg. Ald. & ed. Ven. Eius loco reliqui libri habent βιῶναι. Noster, ep. LXXXI. τύραννος ἂν, ἀλλ' οὐκ ἰδιώτης ἐθελήσεις καταβιῶναι. *Lucian.* t.

II.

τραφῆναι τὸν ἥρωα, καὶ παιδευθέντα καταβιῶναι, γηράσκοντα ἐν ὕμνοις καὶ μέλεσι· παρὰ δὲ Καταναίοις, τοῦτο βουληθεῖσιν, οὔτε δυνηθεῖσιν, εἰς ἄλλό τι τῆς φύσεως μεταβαλούσης, τε- λευ-

II. Var. Hiſt. I. p. 79. l. 18. ἁπάντων εὐδαιμονέστατα παρ' ἐμοὶ καταβιώσετε. Reſtat, verborum, γεννηθέντα τραφῆναι τὸν ἥρωα καὶ παιδευθέντα καταβιῶναι, contextum videamus. Dubitandum non eſt, quin τραφῆναι referendum ſit ad educationem Steſichori. Tum autem, antecedente γεννηθέντα τραφῆναι, non admodum probo, quod ſequitur, παιδευθέντα καταβιῶναι. Concinnius ſaltem ac melius ſcribi poterat γεννηθέντα τραφῆναι τὸν ἥρωα, καὶ καταβιῶναι γηράσκοντα, κ. τ. λ. Alio vero nos ducit Lugd. B. & Marg. Ald. ſcriptura, Δ. ὦ. I. π. μὲν ὑμῖν γεννηθέντα, καὶ τραφέντα τὸν ἥρωα, καὶ παιδευθέντα, καταβιῶναι γηράσκοντα, κ. τ. λ. quod etſi verum videtur, repugnantibus tamen libris pleriſque, recipere in orationis contextum non ſuſtinui. Verba γεννᾶν, τρέφειν & παιδεύειν, ſaepe, iſta ratione, iunguntur, cum ab aliis ſcriptoribus, tum a *Platone*, Crit. p. 38. C. ἡμεῖς γάρ σε γεννήσαντες, ἐκθρέψαντες, παιδεύσαντες, μεταδόντες ἁπάντων, ὧν οἷοί τε ἦμεν, κ. τ. λ. In *Luciani* Phal. I. tom. II. p. 188. Phalaris, Ἐγὼ γὰρ οὐ τῶν ἀφανῶν ἐν Ἀκράγαντι ὢν, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος εὖ γεγονὼς, καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως, καὶ παιδείᾳ προσεσχηκὼς, ἀεὶ διετέλουν, τῇ μὲν πόλει δημοτικὸν ἐμαυτὸν παρέχων, τοῖς δε συμπολιτευομένοις ἐπιεικῆ καὶ μέτριον. in quibus eadem, quae in noſtris verbis, compoſitionis ratio.

23. Γηράσκοντα ἐν ὕμνοις κ. μ.] Sic *Xenophon*, de Red. p. 540. l. 41. πολλοὶ δὲ εἰσὶ καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις γηρασκόντων. quod imitatus *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXII. p. 269. Καὶ Ξενοφῶντα, inquit, νεανιευόμενον μὲν ἐν τοῖς ἔργοις φιλῶ, γηράσκοντα δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἐπαινῶ. *Plutarch.* de Stoic. Rep. p. 1033. D. Τίς οὖν μᾶλλον ἐν τῷ σχολαστικῷ βίῳ τούτῳ κατεγήρασεν, ἢ Χρύσιππος, κ. τ. λ. *Laert.* l. X. p. 612. §. 20. συγκαταγηράσκειν μεθ' ἡμῶν προείλοντο ἐν Φιλοσοφίᾳ. Vt fere in conſuetudinem prouerbii abiiſſe videatur iſta forma loquendi; cuius origo repetenda fortaſſis ab illo Solonis, Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

24. Τοῦτο βουληθεῖσιν, οὔτε δυνηθεῖσιν] i. e. Qui hoc in votis habuerunt, & demum conſecuti ſunt, BOYL. Editum vulgo T. β. εἴτε δυνηθεῖσιν. Quibuscum poſſitne in concordiam adduci id, quod *Boyleus* notat, non lubet inquirere. Haud dubie τοῦτο referendum eſt ad antecedentia, γεννηθέντα τραφῆναι, κ. τ. λ. Sed quemadmodum cum iis cohaereat εἴτε δυνηθεῖσιν", non video. Suſpicetur aliquis, delendum id eſſe, cum in Lugd. A. Burm. & ed. Ven. non inueniatur, adſcriptum ſolummodo in Lugd. A. margine. Ego vero non temere reiiciendum arbitror, quum ſtudio ſectatus eſſe elegantiam, in verbis βουληθεῖσιν & δυνηθεῖσιν, ſophiſta videatur. In rem *Plato*, Hipp. Mai. p. 1259. A. Τοιαῦτα, ὦ Ἱππία, τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ οἷα βούλεταί τις, φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι, ἀλλ' οἷα δύναται. Ex quibus intelligimus, a prouerbio parum aut nihil abeſſe noſtrum; cuius vis omnis perit, ſi tollis εἴτε δυνηθεῖσι. Placuiſſe autem ſimile etiam auctori noſtro, diſcimus ex epiſt. CXXVIII. Οὐκ ἐν λόγοις βουλησόμεθα μόνον, ἀλλ' ἐν ἔργοις δυνησόμεθα. Nec ab eo tantum, ſed aliis etiam id inculcatum fuiſſe, exempla docebunt. *Xenophon*, de Red. p. 540. l. 42. οἱ τῷ σώματι μὲν οὔτε βούλοιντ' ἂν, οὔτε δύναιντ' ἂν ἐργάζεσθαι. *Lyſ.* in Cor. Soc. p. 27. τοῖς ποιεῖν δυναμένοις, καὶ τοῖς εἰπεῖν βουληθεῖσι.

roem & educatum vixiſſe, ſeneſcentem in carminibus cantibusque; apud Catinenſes vero, qui hoc voluerunt, non potuerunt, in aliud mutata natura, defunctum eſſe. Et Hi-

θεῖσι. *Brut.* ep. v. *Φυλάττεσθε οὖν, μὴ καὶ δύνησθε πλεῖον οὗ προσποιεῖσθε, καὶ βούλησθε ἔλαττον οὗ δύνασθε.* Adde *Sext. Empir.* Pyrrh. Hypot. III. 1. alios. Similia inuenias apud Latinos. Dubitandum igitur non eſt, quin retinendum ſit *εἴτε δυνηθεῖσι*, idque, vt cum reliquis congruat cohaereatque, mutandum in *οὔτε δυνηθεῖσιν.* Quae quo leuior mutatio, hoc minor religio mihi fuit, quo minus ad eam rationem contextum corrigerem. Cogitauit ſophiſta, dum dixit *παρὰ Κατανκίοις τοῦτο βουληθεῖσιν*, Catinenſes, qui voluerint quidem, apud ſe (*παρ' ἑαυτοῖς γενηθέντα, κ. τ. λ.*) natum alum & educatum vixiſſe Steſichorum, ſed non potuerint, cum id non eſſet *τῶν δυνατῶν.* Non diſſimili colore ſcribendi *Libanius*, Ep. MCXLIII. p. 546. *Μεγάλου δὲ δοκοῦντος τοῦ δύο ἢ τρεῖς εἰς τοῦτ' ἀφικέσθαι σχήματος, καὶ τῶν τοῦτο δυνηθέντων ὑπάρχων ἢ βουληθέντων ἐπαινουμένων, σὺ παντὶ φέρων ἔθνει ῥήτορα ἐπέστησας, κ. τ. λ.* Magis etiam praeciſe id. ep. XLIII. *Γνώμη τε γὰρ βουλομένη, φύσις τε δυναμένη.* & *Dionyſius* Sophiſt. ep. XI. ed. Cui. p. 449. *ἀπόδοτε τὴν σύνταξιν ἀνθρώποις ἢ δυναμένοις ἢ βουλομένοις.* Quibus, ſi bene memini, apud antiquiores non temere paria inuenias.

25. *Εἰς ἄλλο τι τῆς φύσεως μεταβαλούσης*] Scripſi *μεταβαλούσης*, cum Burm. edd. Baſ. & Aurel. reliqui libri *μεταβαλλούσης.* In verbis, vt paſſim, non tam tyrannum, quam philoſophum, egit noſter. Notior eſt iſta a plerisque veterum decantata *μεταβολή*, quam vt pluribus eam explicare neceſſe habeam. Inſpici poterit *Gataker.* Annot. in *Anton.* l. II. §. 17. p. 79. l. IV. §. 4. p. 130. l. V. §. 13. p. 203. & l. VII. §. 18. p. 301. vbi cum rem ipſam, tum verbi *μεταβάλλειν*, ſine caſu poſiti, vſum erudite explanat. Vnum tango *Antonini Liber*, locum, c. XXIV. vbi ſolito librariorum errore permutata *μεταλαβῶν* & *μεταβαλών.* nam legendum *ὁ δὲ μεταβαλὼν, ἐγένετο ποικίλος ἐκ τοῦ σώματος ἀσκλαβός*, non *ὁ δὲ μεταλαβών, κ. τ. λ.* vt eſt in editis. De re, adſcribam, quod haud dubie huc pertinet, epigramma *Philiſci*, in Lyſiam, a *Plutarcho*, X. Orat. V. p. 836. C. conſeruatum: *Ὦ Καλλίππης θύγατερ, πολυηγόρε, Φροντίδι δείξεις, Εἴ τι Φρονεῖς, καί τι περισσὸν ἔχεις. Τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα καὶ ἄλλοις Ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον, Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσιδάϊμον, Δόντα καταφθίμενον καὶ σοφῷ ἀθάνατον. Οἵς τότ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι Φιλέταιρον ἅπασι Καὶ τὴν τοῦ Φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.* Quod *inextricabile portentum* viſum eruditiſſimo *Taylro*, in Lyſiae Vit. p. LIX. hac occaſione, bona cum venia lectoris, explicare conabor. Nam etſi in vno, quod verum eſſet, vidit *Marklandus*, in reliquis tamen auctoris mentem nullo modo aſſecutus eſt. Leue autem eſt, quod, verſu ſecundo, excidit, ſiue *πιυτὸν*, vt coniecit ille, ſiue *ἀγαθὸν*, ſiue aliud ſimile, velis. Dictu difficilius eſt, in quam reliqua ſententiam debeant accipi. Nam nec *σὺν κόσμοισι νέου*, verſu 4. nec verſſ. 6. & 7. *δύντι καταφθιμένων, καὶ ζόφον. Ἀθανάτοις Ὡς τό τ' ἐμῆς, κ. τ. λ.* ſcribi probo. Praeclara tamen viri eximii emendatio eſt, *Λυσίᾳ ὕμνον* pro *Λυσιδάϊμον* ſcribentis. Quo arrepto, ſic totum epigramma corrigo: *Καλλίππης θύγατερ πολυηγόρε, Φροντίδι δείξεις, Εἴ τι Φρονεῖς ἀγαθὸν, καί τι περισσὸν ἔχεις. Τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα, καὶ ἄλλοις Ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτε-*

ρον, Δεῖ σ', ἀρετῆς κήρυκα, τεκεῖν τινα Λυσίᾳ ὕμνον, ΟΝτα καταΦθιμένΩι καὶ σοΦῷ ἀθάνατον. Οʽς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δεἰξΕΙ Φιλέταιρον ἅπασι, Καὶ τὴν τοῦ Φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν. Versu 5. & 6. ordo naturalis verborum non animaduersus, hic est: Δεῖ σε τεκεῖν ὕμνον τινὰ, ὄντα κήρυκα ἀρετῆς ἀθάνατον Λυσίᾳ καταΦθιμένῳ καὶ σοΦῷ, Οʽς (κήρυξ) δείξει, κ. τ. λ. *Musam suam, oportere*, poeta dicit, τεκεῖν ὕμνον τινὰ, (*carmen aliquod edere*) *qui sit praeco virtutis immortalis Lysiae mortuo, ac sapienti, qui & suum erga sodalem studium ostendet*, cet. Est hic Λυσίας καταΦθίμενος, qui infra *Φθίμενος*; diciturque ὕμνος, κήρυξ ἀρετῆς ἀθάνατος, non dissimili modo, quo, in nostra epistola, νεὼς ἱστάσθω, Στησιχόρου μνημεῖον ἀρετῆς ἀθάνατον. Antecedente autem τεκεῖν ὕμνον, non inuenuste subiicitur κήρυξ, *praeco*, quasi partu editus, in loco *praeconii*. Restant explicandi versus 3. & 4. quos quum scriberet poeta, cogitauit Τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα—— Δεῖ σ' ἀείδειν, Λυσίαν, vel simile, sed dein, mutato genere loquendi, posuit Δεῖ σε τεκεῖν, ὕμνον, κήρυκα ὄντα Λυσίᾳ. Vt Τῷ γ. ἐ. ἀ. σ. μεθαρμοσθέντι scribere *Marklandum*, non fuerit necesse. Non dissimile est, quod in *Aeliano*, Var. Hist. l. II. c. XIII. obseruant eruditi. vbi, etsi receptam vulgo scripturam recte tuentur *Kuhnius* & *Perizonius*, veram tamen compositionis rationem non perspexerunt. *Aelianus* enim, dum scripsit Εἶτα δὲ καὶ Φύσει Φθονεροὺς ὄντας, καὶ τοῖς ἀρίστοις βασκαίνειν προαιρουμένους· adhuc ea cogitauit, quae ibi antecedunt ἐξέπληξεν τοὺς Ἀθηναίους· dein vero, mutata oratione, casum tertium, οὐ μόνον τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ, κ. τ. λ. construxit cum verbis ὡς ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον αἵδε αἱ ΝεΦέλαι. Sed vt illuc reuertar. Quod in nostro est εἰς ἄλλο τι μεταβάλλειν, id voluit *Philiscus*, dum dixit εἰς ἄλλο σχῆμα μεταρμοσθῆναι. quibus interpretandis sufficerit *Marc. Anton.* l. V. §. XIII. Οὐκοῦν καταταχθήσεται πᾶν μέρος ἐμὸν κατὰ μεταβολὴν εἰς μέρος τι τοῦ κόσμου· καὶ πάλιν ἐκεῖνο εἰς ἕτερον μέρος τοῦ κόσμου μεταβαλεῖ, καὶ ἤδη εἰς ἄπειρον. Plura huc spectantia legi possunt apud *Plutarch.* de Orac. Def. & de Fac. in Or. L. variis locis. *Philisci* μεθαρμοσθῆναι componi velim cum nostro, ep. XX. οἵᾳ καθήρμοσται τάξει. vbi vid. not. p. 102. *Marco*, l. c. est in eo negotio καταταχθῆναι. Reliqua, καὶ ἄλλοις ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον, dum addit, clarius describit id, quod antecedit εἰς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα. Et quidem ἐν ἄλλοις κόσμοις βίου dictum accipio pro ἐν ἄλλαις τάξεσι βίου, vel ἐν ἄλλοιᾳ βίοις. Quemadmodum Pythagoras, in oratione ad Leontem, apud *Ciceron.* Tusc. Disp. l. V. c. III. *Ita nos*, inquit, *quasi in mercatus quandam celebritatem ex vrbe aliqua, sic in hanc vitam, ex* alia vita & natura *profectos, cet. Max. Tyr.* Diss. XLI. p. 491. Οʽν γὰρ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ θάνατον, αὐτὸ τοῦτο ἦν ἀθανασίας ἀρχὴ καὶ γένεσις μέλλοντος βίου, τῶν μὲν σωμάτων τῷ αὐτῶν νόμῳ καὶ χρόνῳ Φθειρομένων, τῆς δὲ ψυχῆς ἐπὶ τὸν αὐτῆς τόπον καὶ βίον ἀνακαλουμένης. Ab eodem, Diss. XVI. p. 187. διττῷ βίῳ ἡ ψυχὴ συνέχεσθαι dicitur, altera vita, quam hic viuimus, altera, quam, loco citato, μέλλοντα βίον vocat ille. Conferri in eandem rem poterit *Iamblich.* de Myst. cum aliis in locis, tum Sect. VIII. c. VII. p. 162, 163. Plures autem istiusmodi βίους respicit *Plutarch.* de Orac. Def. p. 415. B. dum, Ἕτεροι δὲ, inquit, μεταβολὴν τοῖς τε σώμασιν ὁμοίως ποιοῦσι καὶ ταῖς ψυχαῖς, ὥσπερ ἐκ γῆς ὕδωρ, ἐκ δὲ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ δὲ ἀέρος πῦρ γεννώμενον ὁρᾶται, τῆς οὐσίας ἄνω Φερομένης, οὕτως ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ δὲ ἡρώων εἰς δαίμονας, αἱ βελτίονες ψυχαὶ τὴν μεταβολὴν λαμβάνουσιν, ἐκ δὲ δαιμόνων ὀλίγαι μὲν ἔτι χρόνῳ πολλῷ δι' ἀρετῆς καθαρθεῖσαι παντάπασι θεότητος μετέσχον. quorum partem priorem conferri velim cum *Max. Tyr.* Diss. XLI. p. 491. princ. iisque quae ad istum locum notat *Dauisius*, p. 644. Reliquis non dissimilia sunt ea, quae e *Marco Ant.* supra sunt scripta. Addo ex *Plutarcho*, quae ibid. sequuntur, p. 416. C. ἐν ᾧ (χρόνῳ) μεταλλάττει δαίμονος ψυχὴν, καὶ ἥρως βίον. κ. τ. λ. Porro, ob-

obſeruo, antecedente μεθαρμοσθέντα, apte ſubiici ἐν ἄλλοις κόσμοις βίου. A *Max. Tyr.* Diſſ. XXII. p. 263. tanquam vicina, iunguntur ἡ ἁρμονία καὶ ὁ τῆς πολιτείας κόσμος. Frequentius τάξεις in hoc loco nominantur a philoſophis, quam in rem vnus *Iamblichi* liber, de Myſt. exempla ſuppeditare quam plurima poteſt. Sed κόσμος idem ſonare, quod τάξις, ſim. diſcimus ex *Thucyd.* l. V. p. 357. l. 10. ὑπὸ σπουδῆς καθίσταντο ἐς κόσμον τὸν ἑαυτῶν. Alia ratione, id. l. VIII. p. 533. l. 82. ἐκ τοῦ παρόντος κόσμου, &, ib. p. 544. l. 11. ἐκ τοῦ αὐτοῦ κόσμου. vid. quae ad hiſtorici l. III. p. 233. l. 53. & ad l. IV. p. 283. l. 79. notant eruditiſſimi viri, *Waſſe* & *Dukerus*. Adde *Heſychium*, v. Κόσμος, & *Foeſ.* Oec. Hippocr. p. 213. Venio ad vltima, σῶμα λαβόν· ἕτερον· vbi poeta σῶμα cogitauit ψυχικὸν, ſiue ἥρωος, ſiue δαίμονος, quod in aliis vitae ſeu naturae ordinibus haberet Lyſias. Ita σώματα δαιμόνων, σῶμα δαιμόνιον, οὐράνιον, αἰθέριον, θεῖον, πνευματικὸν, ſim. paſſim in philoſophorum ſcriptis inueniuntur. *Seruius*, ad illa *Virgil.* Aen. VI. 303. *Et ferruginea ſubvectat corpora cymba: Omne*, inquit, *quod poteſt videri, corpus dicitur:* &, ad v. 391. *Corpora viua. Quia ſunt corpora etiam mortuorum, quae tantum videntur, id eſt, vmbrae.* Plura, de vſu nominis σῶμα, vid. apud *Lipſium*, Phyſiol. Stoic. l. I. IV. Inprimis legi poterit *Iamblichus*, de Myſt. ſect. I. c. XVI. & XVII. In re nota, e multis adſcribam *Plutarchi* locum e libro, ſaepe iam citato, de Orac. Def. p. 416. D. Ἡ δὲ φύσις ἀϊσθητὰς εἰκόνας ἐξέθηκε, καὶ ὁμοιότητας ὁρωμένων θεῶν, ὡς ἥλιον καὶ ἄστρα, θνητῶν δὲ σέλα καὶ κομήτας καὶ διάττοντας. ὡς Εὐριπίδης εἴκασεν, ἐν οἷς εἶπεν, Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διστετὴς ὅπως Ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα, Μικρὸν δὲ σῶμα καὶ μέμημα δαιμόνιον. ὄντως τὴν σελήνην, τῷ τῇ τούτου τοῦ γένους συνάδειν περιφορᾷ, φύσεις φαινομένας δεχομένην καὶ αὐξήσεις, μεταβολὰς, ὁρῶντες, οἱ μὲν ἄστρον γεώδες, οἱ δ' ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον. Ex quo loco tres *Euripidis* verſus fecit *Grotius*, in Exc. p. 423. dum tertium ſic legit, Νεκρὸν δὲ σῶμα κἂν μίμημα δαιμόνων. Tum autem, ſpatio ante ὄντως vacuo relicto in editis, aliquid excidiſſe verborum *Plutarchi* poteſt videri, cum ſententia ſit imperfecta. Sed duo tantum *Euripidis* verſus, reliqua philoſophi, eſſe, eaque nulla parte deficientia, modo μικρὸν mutaueris in μικτὸν, apparebit, vbi paullo diligentius inſpexeris locum: cuius poſterior pars ſic ſcribenda, & interpungenda; Μικτὸν δὲ σῶμα, καὶ μίμημα δαιμόνιον ὄντως τὴν σελήνην, —— φύσεις φαινομένας δεχομένην καὶ αὐξήσεις, μεταβολὰς ὁρῶντες, οἱ μὲν ἄστρον, κ. τ. λ. Dicit σελήνην philoſophus μικτὸν σῶμα καὶ μίμημα δαιμόνιον, quod, ſicut ἡ δαιμόνων φύσις ἔχει καὶ πάθος θνητοῦ καὶ θεοῦ δύναμιν, vt, paullo ante, loquitur, ibid. ita ἡ τῆς σελήνης φύσις οὐχ ἁπλῆ οὐδὲ ἄμικτος, ἀλλ' οἷον ἄστρου σύγκραμα καὶ γῆς ἐστι. verba eiusdem ſunt, e libro de Fac. in Or. L. p. 943. E. quibus addo ibid. p. 945. D. Ὁ δὲ νοῦς, ἀπαθὴς καὶ αὐτοκράτωρ. μικτὸν δὲ καὶ μέσον ἡ ψυχὴ, καθάπερ ἡ σελήνη ἄνω καὶ κάτω σύμμιγμα καὶ μέγα κέρας ὑπὸ τοῦ θεοῦ γέγονε. vbi pro μέγα κέρας leg. μετακέρασμα, vt de Prim. Frigid. p. 951. E. loquitur philoſophus, οὔτε θερμὸς ὢν αὐτὸς (ὁ ἀὴρ) οὔτε ψυχρὸς, ἀλλὰ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ μετακέρασμα καὶ κοινώνημα. Habes, quae de *Philiſci* epigrammate monenda videbantur. quae nec a noſtro loco aliena omnino, nec, vt ſpero, ingrata lectori, nemo vitio mihi verterit, quod paullo excuſſerim diligentius. Latinum exemplum, vt ex mea interpretatione Graeca ſonant, ſubiungo: *Calliopes filia, multiloqua, diligenter oſtendas, ſi quid beneuolum ſapis, & eximium quid habes: Nam in aliam formam mutato, atque, aliis In ordinibus vitae* (vel *naturae*) *aliud corpus nacto, Oportet te, parere cantum, qui praeco virtutis Lyſiae Sit mortuo, ac ſapienti, immortalis; Qui & ſtudium meum erga ſodalem oſtendet omnibus, & mortui virtutem omnibus hominibus.*

λευτῆσαι. καὶ ἐν μὲν Ἱμέρᾳ νεὼς ἱστάσθω, Στησιχόρου μνημεῖον ἀρετῆς ἀθάνατον· ἐν δὲ Κατάνῃ, τὸ σπουδαζόμενον ὑπ' αὐτῶν τάφος. περὶ μὲν οὖν τούτου ὅπως ἂν ἄμεινον δόξειεν ὑμῖν αὐτοῖς, πράσσετε, μήτε χρημάτων τὸ ἐπ' ἐμοὶ, μήθ' ὅπλων ἐνδεεῖς εἶναι νομίζοντες, μήτ' ἀνδρῶν. ἓν δὲ προνοεῖσθε, ὡς οὔτε ἑλοῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις οὖσιν, εὐπρεπές. οὔτε

26. Καὶ ἐ. μ. Ἱμ. νεὼς ἱστάσθω, Στησιχόρου μνημεῖον ἀρετῆς ἀθάνατον] De templo Stesichori memoriae consecrato nihil inuenio; de statua eius Himerae ita *Cic.* in Verr. II. *Erat hic Stesichori poetae statua, senilis, incurua, cum libro; summo, vt putant, artificio facta.* BOYL. Vulgo, interpungendo post Στησιχόρου, iungunt νεὼς Στησιχόρου; vt equidem opinor, male. Quare, ab antecedentibus editoribus, in eo discessi. *Demosthenes*, adu. Lept. p. 550. D. Προσήκει τοίνυν τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἐᾷν τὸν πάντα χρόνον· ἵνα — ἐκεῖναι τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι. *Isocrat.* ad Phil. p. 288. Ταῦτα δὲ πράξας, τὰς στήλας τὰς Ἡρακλέους καλουμένας ἐποιήσατο — μνημεῖον — τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ καὶ τῶν κινδύνων. Et, parumper mutato genere loquendi, *Aristophanes*, Equit. 268. — ὡς δίκαιον ἐν πόλει Ἑστάναι μνημεῖον ὑμῶν ἐστιν, ἀνδρείας χάριν. De templo Stesichori, non Himerae ab Himeraeis, sed in his Epistolis a sophista, exstructo, legi velim *Bentl.* Diss. de Ep. Phal. XV. & in Resp. p. 272. Si in promtu habuisset, quae leguntur in Epistolis, *Diodori Siculi* inscriptis, n. XXXIX. de Stesichori *templo*; mirum esset, nisi eo, tanquam in asylum, confugisset cum suo Phalaride *Boyleus*, quo tutus esset a vi *Bentleii*. *Igitur vobis dicimus*, inquiunt, ibi, ad Himeraeos Catinenses, *ne molestum vobis sit, velle, quod ille voluit, & virum illum diuinum honorare templo vestro, e longinquo, quemadmodum nos e propinquo, sepulcro nostro.* Ego vero, cum nullum aliud in antiquitate templi Stesichorei vestigium inueniam, tantum abest, vt isto, aut nostro *Phalaridis*, testimonio, mouear, vt, nullum vnquam re vera exstitisse Himerae, credam; quidquid autem eius sit, id inuentum esse sophistae, qui Stesichorum consecratum, ac tanquam heroem diuinis auctum honoribus vellet videri. Vide, de *Diodori*, ac nostris Epistolis, a me disputata, in Praefat. In rem ipsius verba auctoris sunt, dum supra, hac epistola, Stesichorum θεῖον ἄνδρα, ac dein ἥρωα vocat, & clarius etiam, epistola proxima, XCVII. meminit εὐτυχῆ μοῖραν ἥρωος, tum etiam Stesichori τιμῶν, ἃς ψηφίζονται ὡς ἐπὶ θεῷ Ἱμεραῖοι, manifesto consecrationis, qua in numerum deorum, seu heroum, relatus sit, indicio. Apud *Thucydidem*, l. V. p. 325. l. 84. Οἱ Ἀμφιπολῖται περιέρξαντες αὐτοῦ (τοῦ Βρασίδα) μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας. Non dissimili orationis forma, *Strabo*, l. XII. p. 822. A. ὃν (Αὐτόλυκον) ἐκεῖνοι οἰκιστὴν ἐνόμιζον, καὶ ἐτίμων ὡς θεόν. De Pompeio, *Appian.* Emph. l. p. 163. καὶ τὸ σῶμα ἔθαψαν, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ, καὶ νεὼν ἐπῳκοδόμησαν τῇ πυρᾷ, καὶ θύουσιν ὡς θεῷ. adde *Herod.* l. II. p. 125. *Demosth.* de Fals. Leg. p. 338. A. *Diodor. Sic.* l. IV. p. 284. & ibi *Wessel.* alios. Hinc τιμαὶ ἰσόθεοι, in *Menandri* Fr. ex Inc. 320. &, in *Liban.* Op. t. I. p. 171. D. E Latinis, *Liuius*, l. XLV. c. XXVII. *Inde Oropum Atticae ventum est; vbi pro deo vates Amphilochus colitur, tem-*

merae quidem templum ſtatuitor, Steſichori monimentum virtutis immortale; Catinae vero expetitum ab iis ſepulcrum. De hoc autem quemadmodum optimum viſum fuerit vobis ipſis, facite, nec pecunia, quantum in me eſt, nec armis indigere vos rati, nec viris. Vnum prouidete, nec, quum ceperitis ciuitatem in Sicilia, vobis, Siculis, decorum, nec, quum non

templumque vetuſtum eſt, fontibus riuisque circa amoenum. Vbi cauſam nullam video, cur *Kuhnio*, not. ad *Pauſan.* l. I. p. 83. aſſentiamur, *Liuium* memoria lapſum opinanti, cum Amphiarai, non Amphilochi, templum prope Oropum fuerit; de quo pluribus *Salmaſius*, Plin. Exerc. p. 101, 102. Poteſt enim illud, *templumque vetuſtum eſt*, generatim dictum accipi, de *templo*, quod ibi fuerit, *vetuſto*; quod deſcripte magis *Pauſanias*, alii, Amphiarai fuiſſe, docent; cum Amphiarai arae pars Amphilocho ſacra fuit, vt eſt, ibid. apud *Pauſan.* atque adeo, vt *Liuius* ait, ibi *pro deo vates Amphilochus cultus.* Sed ne quid diſſimulem, vitii ſuſpectum eſt iſtud *templum amoenum*; ac, niſi a vulgata ſcriptura longius recederet, ſcribendum opinarer *templumque vetuſtum eſt, fontibus riuisque circa, Amphiarai.* Sciunt ii, qui codices MSS. tractant, quam ſoleant, in nominibus propriis ſcribendis, a vero aberrare librarii. De vſu particulae *circa*, qui hic eſt, *Liuio* familiari, vid. *Drakenb.* ad eius l. IX. c. II. §. 7. Quamquam autem templorum, hominibus poſt mortem dedicatorum, exempla, in antiquiſſima hiſtoria, quam plurima inueniuntur, inprimis tamen ea regum erant, & εὐεργετῶν, qui inſigni aliquo beneficio ciues mactauerant ſuos; de quibus vid. *Spanhem.* de Vſ. & Praeſt. Num. Diſſ. IX. p. 565. &, ad *Iulian.* Or. I. p. 67. & 294. *Caſaub.* ad *Suet.* Octau. c. III. alios. Sed, vt alibi interdum, ita hic inferiora, aut ſua etiam tempora ſpectauit noſter; quando, moribus in peius vergentibus, leuiſſima etiam de cauſa, fana, legimus, diuerſi generis hominibus dicata; adeo, vt etiam viuis meretricibus adulatoribusque βῶμοι καὶ ἥρωα conſecrarentur. qua de re videndus ſummus *Caſaubon.* ad *Athenaeum*, l. VI. c. XIV. p. 440. Vt, tametſi eo culpandus ſit ſophiſta, quod, cum Steſichorum ſuum induceret, alia, quam quae eius conueniret aetati, confinxit, tamen, ſi poſteriora tempora conſideremus, nihil ſcripſerit, quod eorum rationibus non conueniat, aut poſſit immoderatum videri.

27. Ἐν δὲ Κατάνῃ τὸ σπ. ὑ. ἀ. τάφος] Steſichorus ad Catanam profugus venit, ibique interiit; Catinenſes prope portam Steſichoream (eius nomine tum inſignitam) ſplendidum illi ſepulcrum erexerunt, *Suid. Pauſan.* Huiuſce ſepulcri memoriam ſuo tempore extitiſſe ſcribit *Fazellus*, Dec. I. l. III. BOYL.

30. Ὡς οὔτε ἐλεῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις οὖσιν εὐπρεπὲς, οὔτε μὴ ἐλεῦσιν ἀσφαλές] Ita reſtitui ex vtroque MSS. Bodleiano, cum in hactenus impreſſis corruptiſſime legatur ὡς οὔτε ἐλεῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις οὖσιν, ἀπρεπὲς, οὔτε μὴ ἐλεῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ Σικελιώταις οὖσιν εὐπρεπὲς, οὔτε μὴ ἐλεῦσιν ἀσφαλές. BOYL. *Naogeorgus*, *Hic*, inquit, *textus videtur confuſus.* Veram ſcripturam reuocauit *Boyleus.* atque ita Lugd. A. B. C. Angl. Burm. Pal. & edit. Ven. De bello hoc, Catinenſibus inferendo, vid. *Bentleium*, Diſſ.

οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ἀσφαλές. τὸν δὲ ἄνδρα μὴ στένετε, μήτ' ὀλοφύρεσθε, κινοῦντές τι τῆς ἐπ' αὐτῷ τύχης. τέθνηκε μὲν γὰρ τὸ σῶμα τὸ Στησιχόρου, τοὔνομα δὲ παραλαβὼν ὁ ἀνήνυτος αἰὼν, εὐκλεὲς μὲν ἐν βίῳ, μακάριον δὲ ἐν μνήμαις ἀναθήσεται. τὰ μέντοι μέλη καὶ ἔπη, καὶ παντοῖα ἄλλα ποιήματα παραινῶ, καὶ δημοσίᾳ ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς ἀναγράψασθαι, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον ἐν τῷ σφετέρῳ οἴκῳ· τότε γὰρ ἂν ἀφανίζοιτο Στησίχορος, ὅταν τούτων τὶ μὴ φυλάττηται· εἴς τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους διαπέμψασθε ἐπιμελῶς, εἰδότες, ὅτι μᾶλλον τοῦ γράψαντος ἀνδρὸς, ἡ θρέψασα πόλις τὸν τοιοῦτον ὑπὸ πάντων θαυμασθήσεται.

ΚΖ'. ΤΟΙΣ ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΥ ΠΑΙΣΙΝ.

Τοῦ μὲν πένθους τίνα ἄν τις ἄλλην ἱκανωτέραν ὑμῖν παράκλησιν εἰσενέγκοιτο, παῖδες, ἢ τὴν ἀρετὴν τοῦ γονέως, ἐφ'

Diſſ. de Ep. Ph. XV. & in Reſp. p. 272. cui, in hoc ſophiſtae immoderationem reprehendenti, facile aſſentior. Plura cum bellum hoc, tum vniuerſum epiſtolae argumentum ſpectantia legi velim; in *Diodori* ep. XXXIX.

32. Οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ἀσφαλές] Niſi enim vos prius eorum vrbem, periculum eſt, ne illi veſtram capiant. BOYL.

33. Κινοῦντές τι τῆς ἐπ' αὐτῷ τύχης] Ep. LV. Παραμυθία δὲ ἔστω σοι μεγάλη τῆς ἐπ' αὐτῷ συμφορᾶς. Vim verborum non videntur aſſecuti interpretes.

34. Τοὔνομα δὲ, κ. τ. λ.] Non diſſimilia legas apud *Thucyd.* l. II. p. 124, & 125. Conferri poterunt, quae noſter habet epiſt. LV. vbi, vt hic, quaedam *Thucydideis* ſimilia. Infra *ἀνήνυτος* cum plerisque libris retinui. Eius loco quod habet Angl. *ἀνήνυστος* inuenitur in *Homeri* Odyſſ. II. 111. quo reſpexiſſe *Heſychium*, v. Α'νηνύτῳ, recte monuit *Albertius*, de vtroque vid. *Euſtath.* ad *Hom.* Il. Γ. p. 384. l. 5. & Od. Π. p. 1795. l. 62. Α'νήνυτος in Atticorum ſcriptis frequens eſt. vid. *Sophocl.* Electr. 190. *Euripid.* Hel. 1301. *Plat.* Gorg. 346. C. alios. Vtrumque in citeriorum Graecorum ſcriptis obuium.

35. Μακάριον δὲ ἐν μνήμαις ἀναθήσεται] In eandem fere ſententiam noſter, ep. XXI. Γεγράφθω δὲ Φάλαρις ἐν αὐτῷ Στησιχόρῳ. *Aeſchyli*, in Prom. V. 788. eſt, Η'ν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. Mitto ſimilia plura.

36. Καὶ παντοῖα ἄλλα π.] Addidi ex Angl. Lugdd. A. C. & Medd. A. B. quod in reliquis libris non erat, ἄλλα. Cum iisdem & ed. Ven. infra, ἅπασι ſcripſi pro πᾶσι.

38. Α'φανίζοιτο] Aptum verbum Steſichoro, in heroum numerum relato. *Lyſ.* in

ceperitis, tutum fore. Virum vero nec lugete, nec deplorate, mouentes casum eius. Mortuum enim est corpus Stesichori, nomen vero, traditum aeternitati, gloriosum quidem in vita, beatum vero in omnium memoria consecrabitur. Cantus autem, epica, & quaecunque alia poëmata, hortor, vt publice in omnibus templis perscribatis, & priuatim, in suis quisque aedibus: tunc enim inter homines esse desinet Stesichorus, quum quid horum non obseruetur: atque ad alios homines transmittite diligenter, probe gnari, quae talem aluerit, ciuitatem, in maiore, quam scriptorem, admiratione apud omnes futuram esse.

XCVII. STESICHORI LIBERIS.

Luctus quam quis aliam meliorem vobis consolationem attulerit, liberi, quam virtutem parentis, cuius causa luge-

in Fun. Or. p. 34. ἐπειδὴ Η'ρακλῆς μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη. cui simile, quod ibi, in not. ex *Isocr.* Paneg. citat *Taylor.* Ἐπειδὴ Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθησαν. E multis addo *Anton. Liber.* cap. XXXIII. princ. Μετὰ τὸν Η'ρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν, Ευρυσθεὺς ἐξελάσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος, αὐτὸς ἐβασίλευεν. vbi duplicem viam, qua emendes istud αὐτοὺς, monstrat *Munckerus*, aut scribendo τοὺς παῖδας αὐτοῦ, aut τοὺς αὐτοῦ. vtrumque sententiae accommodatum. Vereor tamen, ne maius insit vitium, quod, alibi, non ἐξελαύνειν τῆς πατρίδος dicit ille, sed solum ἐξελαύνειν, vt c. XXXV. ἐπεὶ αὐτὴν ἐξήλασαν, c. XXXVI. ἐπεὶ δὲ Ζεὺς Τιτᾶνας ἐξελάσας—c. XXXVIII. διὰ τοῦτ' ἐξελαθέντες. &, hoc ipso capite, εἰ μὴ τοὺς Η'ρακλείδας ἐξελάσωσιν. ad cuius loci exemplum scribendum opinor, Εὐρυσθεὺς ἐξελάσας τοὺς Η'ρακλείδας, αὐτὸς ἐβασίλευσεν. ex quibus τοὺς facile transire potuit in αὐτοὺς, cum sequatur αὐτὸς. nec plane dissimilis scriptura nominis Η'ρακλείδας & τῆς πατρίδος. quorum illud in hoc transire potuisse, in scriptore adeo corrupto, mirandum non est. Vsum, quem tetigi, verbi ἀφανίζεσθαι respexeritne *Laertius*, l. VIII. §. 69. vbi, ex *Hippoboto*, Empedoclem, dicit, ἐπὶ τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἐναλέσθαι καὶ ἀφανισθῆναι, βουλόμενον τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην βεβαιῶσαι, ὅτι γέγονε θεός, iudicent alii.

41. Η' θρέψασα πόλις τὸν τοιοῦτον] Lugd. B. & Marg. Ald. Η' θρέψασα τοῦτον πόλις. quod recepissem, nisi repugnarent reliqui libri.

43. ΤΟΙΣ ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΥ ΠΑΙΣΙΝ] *Stesichori filiabus* inscriptam epistolam fecit *Aretinus*; vt verisimile sit, eum in suo exemplari inuenisse Ταῖς ΣΤ. ΠΑΙΣΙΝ.

ἐφ' ᾧ γε τὸ πένθος φέρεσθε; οὐ γὰρ δακρύεσθαι τὰ Στησιχόρου πρέπον, ἀλλ' ὑμνεῖσθαι. καὶ καθόλου μὲν οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὑμᾶς, οὔτε θρήνους, οὔτε αἰκισμοὺς προέσθαι σωμάτων, οὐχ ὅτι οὐ κοινὰ ταῦτα πάθη κατηναγκασμένα παρέπεται πᾶσιν, ἀλλ' ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνθρώποις ἐστὶν ἁρμοστὰ δυστήνοις, ὧν οὐχ ἡ τελευτὴ τὰς ὀλοφύρσεις προσηκούσας, ἀλλ' ὁ βίος ἔχει, (μᾶλλον δὲ τούτοις ἐστὶ δακρύων ἄξιος ὁ θάνατος) οὐ Στησιχόρῳ, ζήσαντι μὲν ἔτη τοσαῦτα, σὺν ταῖς ἁγιωτάταις θεαῖς, ἐν χοροῖς καὶ μέλεσι μουσῶν, ὀνομασθησομένῳ δὲ ἐπὶ τιμαῖς καὶ στεφάνοις. ὁμολογουμένως γὰρ οὔτε παρ' ἡμῖν, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μεῖζον. ἡ γὰρ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ μοῖρα, πρὸς τὸ πᾶν

ΣΙΝ. vt est in Burm. & ed. Ven. Earum mentio etiam supra, ep. II. & in *Diodori* ep. x. iisque inscribitur epistola proxima, XCVIII. Nihilominus retinui, quod in reliquis libris est, Τοῖς Σ. Π. ac *liberos* reddidi, quod noster, ll. cc. vbi filias vult, θυγατέρας nominat. accedit, hac ipsa ep. l. 22. καταδεεστέρους ἐκείνου dici, non καταδεσστέρας.

46. Οὐ γὰρ δακρύεσθαι τὰ Στησιχόρου πρέπον, ἀλλ' ὑμνεῖσθαι] Haec & plura, quae sequuntur, conferri poterunt cum *Plutarchi*, de Conf. ad Apoll. p. 114. C. verbis, vbi inter alia, Οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς ἄξιος θρήνων, ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαίνων· οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς· οὐδὲ δακρύων ἔπωδύνων, ἀλλ' ἀστείων ἀπαρχῶν. εἶγε ὁ μετηλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετέλαχεν, ἀπαλλαγεὶς τῆς τοῦ σώματος λαμπρείας, κ. τ. λ. quo in loco, antecedente ὕμνων, mihi quidem sordet καὶ ἐπαίνων, mutandum, vt opinor, in παιάνων. Ac, dum ὕμνους καὶ παιᾶνας nominauit, τιμὰς ἰσοθέους cogitauit ille, quas bonis haberi vellet, post mortem. vid. supra, not. ad ep. XCVI. l. 20. Inprimis inspici velim *Polybii*, l. IV. p. 403. Διότι σχεδὸν παρὰ μόνοις Ἀρκάσι, πρῶτον μὲν οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμους τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας, εἷς ἕκαστοι κατὰ τὰ πάτρια τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι. Quaedam eodem pertinentia notat *Casaubonus*, Anim. ad *Athen.* l. VI. p. 440.

51. Μᾶλλον δὲ τούτοις ἐστὶ δακρύων ἄξιος ὁ θάνατος, οὐ Στησιχόρῳ] Antecedente μᾶλλον, videri potest olim scriptum fuisse, ἢ Στησιχόρῳ. Sed aliud est, quod offendat, τούτοις, & Στησιχόρῳ, quae nisi acceperis pro τούτων & Στησιχόρου, vt intelligatur ὁ θάνατος τούτων & Στησιχόρου, sententia plane inepta erit. Tum autem valde inconcinnus verborum ordo, cum τούτοις vix alio referri possit videatur, quam ad ἄξιός ἐστι. Quo fit, vt verba μᾶλλον δὲ τούτοις ἐστὶ δακρύων ἄξιος ὁ θάνατος, non esse auctoris, sed ab alio, suspicer, adscripta his, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνθρώποις ἐστὶν ἁρμοστὰ δυστήνοις· vbi, antecedente δυστήνοις, tertium casum, τούτοις, scripsit ille, etiamsi ratio τούτων scribi postularet. Reliqua si iungantur hunc in modum, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνθρώποις ἐστὶν ἁρμοστὰ δυστήνοις, ὧν οὐχ ἡ τελευτὴ τὰς ὀλοφύρσεις προσηκούσας, ἀλλ' ὁ βίος ἔχει, οὐ Στησιχόρῳ, ζήσαντι, κ. τ. λ. omnia concinna erunt, & apta. Verba itaque, μᾶλλον δ. τ. ἐ. δ. ἀ. δ. θάνατος, interpositionis notis, tanquam aliena, a reliquis distinxi.

getis? Neque enim defleri Steſichorum decet, ſed hymnis cantari. Atque in vniuerſum quidem nolim, vos aut lamenta profundere, aut laniare corpus, non quod non communiter his affectibus neceſſario omnes ſunt obnoxii, ſed quia talia hominibus conueniunt miſeris, quorum non mortem defleri, conſentaneum eſt, ſed vitam (magis vero his lacrimis digna mors eſt); non Steſichoro, qui tot annos vixit, cum ſanctiſſimis deabus, in choris, & cantibus Muſarum, ac celebrabitur ob praemia & coronas. Haud dubie enim neque apud nos, neque apud alios, maius quidquam. Nam immortalis dei pars, ad vniuerſum rediens, haec, & non alia,

53. Σὺν ταῖς ἁγιωτάταις θεαῖς, ἐν χοροῖς καὶ μέλεσι Μουσῶν] Vt, antecedente epiſt. γηράσκειν ἐν ὕμνοις καὶ μέλεσι, ita, hic, ζῆν ἐν χοροῖς καὶ μέλεσι ſufficit dixiſſe. Ac mihi quidem illud Μουσῶν interpretis eſſe videtur, qui verbis, σὺν ταῖς ἁγιωτάταις θεαῖς, adſcripſerit Μούσαις, vt, epiſt. antecedente, Μοῦσαι, quum legiſſet αἱ καθαρώταται θεαί. quo de vid. ibi not. Dein autem Μούσαις male iunctum iis, quae ſequuntur, ἐν χοροῖς καὶ μέλεσι, facile tranſire in Μουσῶν potuit. Sed deficientibus, hac epiſtola, plerisque MSS. nihil muto. Nam χοροὶ καὶ μέλη Μουσῶν dici potuerunt, quod Muſae διὰ Στησιχόρου μέλη καὶ χοροὺς ἐξήνεγκαν, vt ſcripſit, in altera epiſtola, noſter.

55. Οὔτε παρ' ἡμῖν——μεῖζον] Burm. μείζων. Sed alterum ſollicitari nolo, vid. ſupra, not. ad ep. XIII. l. 35.

56. Ἡ γὰρ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ μοῖρα, πρὸς τὸ πᾶν ἰοῦσα] Vulgo in his pro ἰοῦσα legitur οὖσα. Interpretum alii alia via inſtituunt; ſed male omnes. *Aretini* eſt: *Siquidem non alia, quam immortalis & omnia continentis dei ſorte Steſichorus frui mihi videtur.* Quod nec Graecis reſpondet, nec antecedentibus accommodatum; quibus haec ſubiiciuntur, vt appareat, quare inter homines nihil fuerit Steſichoro maius. Graeca propius ſecutus, *Naogeorgus* reddit: *Immortale ſiquidem dei fatum, ad cuncta ſe extendens, id ipſum & non aliud quid mihi eſſe videtur.* quae in quam accipi ſententiam voluerit ille, melius intelliges, vbi, antecedentia, cognoueris, ſic ab eo conuerſa: *In confeſſo eſt enim, quod neque apud nos, neque apud alios homines maius hoc quicquam ſit*; addita, in margine, ad *maius*, hac nota: *quam Muſarum ſtudiis incumbere, iisque nomen conſequi.* Huic non valde diſſimile eſt, quod voluit interpres, in ed. Aurel. cuius haec Latina ſunt: *Plane enim neque apud nos, neque apud alios homines, quicquam his eſt praeſtantius. Immortalis enim dei vis, quae in omni re cernitur, haec & non alia mihi quidem videtur.* Quae ſua fecit *Boyleus*, interpoſito nomine *harmonia*, ne quidquam ambigui ſupereſſet; in locum autem verborum, *quae in omni re cernitur*, ſubſtitutis *quae per vniuerſum diffunditur.* In quo hoc probo, quod τὸ πᾶν reddidit per *vniuerſum.* Si enim, quod illi opinati ſunt, cogitaſſet noſter, non τὸ πᾶν, ſed πάντα, aut ſaltem πᾶν ſcripſiſſet. Sed, ne reliquis refellendis inhaream, illud,

πᾶν ἰοῦσα, αὕτη, καὶ οὐχ ἑτέρα τις, ἐμοί γε εἶναι δοκεῖ. ὥστε, ὦ παῖδες μεγάλου καὶ ὑπερφυοῦς πατρὸς, φρονῆσαι μὲν ἄξια τοῦ τεκνώσαντος· οὐ γὰρ μικρὸς ὑμῖν ἀγὼν, μὴ πολὺ καταδεεστέ-

lud, ἡ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ μοῖρα, siue reddideris per *immortale dei fatum*, siue *immortalis dei vis*, si de sorte, quae Stesichoro obtigerit, poeseos studia tractanti, aut vi quadam poetica, quae non dissimilis sit harmoniae, ad quam mundum canere existimauit Pythagoras, acceperis, displicebit mihi quidem, eam ἀθάνατον dici. Tum, aut harmonicam istam mundi rationem, aut dei, vel diuinam aliquam sortem, seu θεοῦ λῆξίν τινα, posse τοῦ θεοῦ μοῖραν nominari, nemo paullo peritior temere statuerit. Nec enim, addito articulo, ὁ θεὸς, si propria virtute dictum interpreteris, ex vsu loquendi veterum philosophorum, aliud erit, atque τὸ θεῖον; cui, non video, qui possit μοῖρα assignari, ista ratione, qua, qui reddiderunt *fatum*, voluerunt. Noui *Homericum* θεοῦ μοῖρα, de quo *Eustath.* ad Od. Λ. p. 1686. l. 17. sed alienum hoc a nostro loco. Quare, ne diutius his immorer, id tantum dicam, quod res est. Dum antecedentia, ὁμολογουμένως γὰρ οὔτε παρ' ἡμῖν, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μεῖζον, scripsit noster, haud dubie cogitauit, nihil fuisse vnquam Stesichoro maius, neque apud suos, neque apud alios homines. vid. cum not. ad eum locum, tum auctoris nostri verba, ep. XCVIII. Πάντας μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὑπ' ἐκείνου (Στησιχόρου) πρέπει νικᾶσθαι, περιττότερον δὲ πάντων ἐμὲ, τὸν ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων, ὧν ἐπειράθην, ἀνδρὸς ἐπιφανεστέραν ψυχὴν οὐκ ἰδόντα. In reliquis primum leue mendum notandum est, cum non οὖσα, vt libri editi, & Burm. habent, sed, quod in eius locum substitui, ἰοῦσα postulet sententia; quae est summi *Hemsterhusii*, in margine exemplaris sui, certissima correctio. Dicitur ἡ μοῖρα πρὸς τὰ πᾶν ἰοῦσα, simili constructendi ratione, qua infra, hac epistola, ὁπόθ' ἥκειν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας, sententia licet diuersa. Iam vero ἡ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ μοῖρα quid aliud potest esse, quam immortalis *dei pars*, vt *Seneca*, Ep. XCII. siue τοῦ θεοῦ ἀπόσπασμα, vt saepe in Epictet. *Arrianus*, siue, vt *Antoninus*, l. II. §. 1. loquitur, θεία ἀπόμοιρα? cuius non participem, conuenienter philosophorum placitis, Stesichorum fecit noster; sed, quo eum supra humanam sortem eueheret, ostenderetque, re vera nihil eo fuisse inter homines excellentius, ac diuinius, ita morientis conditionem Stesichori descripsit, quasi totus νοῦς, ac θεία ἀπόμοιρα *ipsa non alia* (αὕτη καὶ οὐχ ἑτέρα) esset, quae *in totum reuerteretur*. Quibus illustrandis nihil profecto accommodatius his *Platonis*, in Crit. p. 1108. C. vbi, genere Atlantico descripto, dein, Ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ θεοῦ μὲν μοῖρα ἐξίτηλος ἐγίγνετο ἐν αὐτοῖς, πολλῷ τῷ θνητῷ καὶ πολλάκις ἀνακερανυμένη, τὸ δὲ ἀνθρώπινον ἦθος ἐπεκράτει, τότε ἤδη τὰ παρόντα φέρειν ἀδυναμοῦντες ἠσχημόνουν, καὶ τῷ δυναμένῳ ὁρᾶν μὲν αἰσχροὶ κατεφαίνοντο, τὰ κάλλιστα ἀπὸ τῶν τιμιωτάτων ἀπολλύντες· τοῖς δὲ ἀδυνατοῦσιν ἀληθινὸν πρὸς εὐδαιμονίαν βίον ὁρᾶν, τότε δὴ μάλιστα πάγκαλοι μακάριοί τε ἐδοξάζοντο εἶναι, πλεονεξίας ἀδίκου καὶ δυνάμεως ἐμπιπλάμενοι. Quae, haud scio, respexerit *Chion*, ep. XVI. edit. Aurel. p. 34. cuius verba, ab interprete Latino non recte accepta, interpungendo fient perspicua: Τί γὰρ κάλλιον, ἢ ἄνθρωπον ὄντα, θνητῆς φύσεως καὶ θεοῦ κεκραμένον μοῖρα, μόνοις εὐκαιρεῖν τοῖς ἀθανάτοις ἑαυτοῦ· id est, δικαιοσύνῃ, similibusque virtutibus, quibus philosophia describi solet. Quae sunt ἀθάνατα, sicut stirps ipsa, vnde proficiscuntur, siue ἡ τοῦ θεοῦ μοῖ-

mihi quidem videtur esse. Quapropter, liberi magni & supra hominis sortem positi patris, digna genitore sapite: nec enim parua vobis contentio, ne multo inferiores illo sitis. Lu-

μοῖρα ἀθάνατος est, vt, a rei natura sumto nomine, eam describit noster. De *Platonis* loco, apparet, vt opinor, ex eius cum nostro comparatione, Stesichorum, in hoc, morientem induci, quasi ἡ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ μοῖρα *ipsa eaque sola sit, quae in totum reuertatur, non alia*, οὐχ ἑτέρα, siue ἡ τῆς θνητῆς φύσεως μοῖρα, qua altera illa diuinior contaminari soleat & corrumpi; vt abunde notum e veteri philosophia. Singulari itaque superlationis genere vsus noster, vt ostenderet, perfectum philosophum fuisse Stesichorum, ac vere ὑπερφυῆ, vt infra loquitur, siue supra hominis conditionem collocatum, quasi totum δαίμονα fecit, nullo θνητῷ impeditum, adeoque ἀνύβριστον, καὶ ἀσινῆ totum. Verba sunt *Marci Ant.* e l. II. §. XVII. vbi philosophiam positam esse docet ἐν τῷ τηρεῖν τὸν ἔνδον δαίμονα ἀνύβριστον καὶ ἀσινῆ, ἡδονῶν καὶ πόνων κρείσσονα, μηδὲν εἰκῇ ποιοῦντα, μηδὲ διεψευσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσεως, ἀνενδεῆ τοῦ ἄλλον ποιῆσαί τι, ἢ μὴ ποιῆσαι. ἔτι δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον, ὡς ἐκεῖθέν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἵλεω τῇ γνώμῃ περιμένοντα, ὡς οὐδὲν ἄλλο, ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῷον συγκρίνεται. Quibus similia dedit *Gataker.* Annot. p. 79. conferenda cum iis, quae de vsu nominis θεὸς notant *Olearius*, Oper. *Philostr.* p. 385. & *Wolf.* ad *Liban.* Ep. CXXIII. quaeque leguntur, apud *Senecam*, Ep. LXXIV. extr. *Apuleium*, de Deo Socr. p. 49, 50. alios. Restat, verbum addam de reliquis πρὸς τὸ πᾶν ἰοῦσα; quae quemadmodum accipienda sint, iam nemini amplius obscurum erit, nisi in veteri philosophia plane hospiti. Quare *Seruii* defungar verbis, ad *Virgil.* Georg. l. IV. 225. *Nihil est enim*, inquit, *quod perire funditus possit; cum sit* τὸ πᾶν, *id est*, omne, *in quod redeunt vniuersa resoluta.* Plura, huc pertinentia, collegit *Gataker.* Ann. ad *M. Ant.* l. VII. p. 301. Quid in his τὸ πᾶν sit, ignorare poterit nemo, qui inspexerit *Plutarch.* de Plac. Phil. l. I. c. v. & l. II. c. I. Cernis, vt opinor, cum antecedente, tum hac inprimis epistola, atque hoc ipso adeo in loco, non Phalarin, sed sophistam, in scholis philosophorum institutum, qui, quum Stesichorum heroem quendam, vellet, aut semideum videri, in illorum deorum numero eum collocauit, qui, *iuste ac prudenter vitae curriculo gubernato, pro numine postea proditi, fanis & cerimoniis vulgo aduertuntur: vt, in Boeotia Amphiaraus, in Africa Mopsus, in Aegypto Osiris, alius aliubi gentium, Aesculapius vbique.* Verba sunt *Apuleii*, e libr. de Deo Socr. p. 50.

58. Ὥστε——φρονῆσαι μὲν ἄξια τ. τ.] *Boyleus* φρονήσαιτε, reliqui ediderunt φρονήσαιμεν, vt est etiam in Burm. Eius loco, duabus vocibus, φρονήσαι μὲν Lugd. C. quare scripsi φρονῆσαι μέν. Particulae μέν respondet, quod infra est, δὲ in verbis, πενθεῖτε δὲ μηδαμῶς; ex quibus praeterea apparet, verbum infinitum φρονῆσαι hic imperantis esse, quemadmodum ὥστε cum isto modo legitur epist. II. l. 47. ὥστε——ἴσος ἀξίου πᾶσιν εἶναι.

59. Οὐ γὰρ μικρὸς ὑμῖν ἀγὼν, κ. τ. λ.] Haud scio, an, dum haec scriberet auctor, eius animo obuersarentur illa, in Periclis oratione, apud *Thucydid.* l. II. p. 126. l. 24. Παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε, ἢ ἀδελφοῖς, ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα. τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν· καὶ μόλις ἂν καθ' ὑπερβολὴν ἀρετῆς οὐχ ὁμοίοι, ἀλλ' ὀλίγῳ χείρους κριθείητε.

δεεστέρους ἐκείνου ὑμᾶς γενέσθαι· πενθεῖτε δὲ μηδαμῶς εὐτυχῆ μοῖραν ἥρως, οὐχ ἑνὶ μακαρισθησομένην χρόνῳ, παντὶ δὲ αἰῶνι. μηδὲ τῶν τιμῶν, ἃς ψηφίζονται ὡς ἐπὶ θεῷ Ἱμεραῖοι, τὸ λαμπρότατον ὑφαιρεῖσθε, τὴν δόξαν. οὐ γὰρ ἐκεῖνός γε, ὅσον ἡμεῖς ἴσμεν, ἠχθέσθη θανάτου προθεσμίᾳ συναιρούμενος· οὐδὲ τῶν ἡρώων τοὺς γενναιοτάτους, ἐπεὶ περὶ δόξης ἔθνησκον, ἐν τοῖς καλλίστοις ποιήμασιν ὑμνήσας, ἅπερ ὑμῖν χρήματα μὲν τοῦ παντός ἐστιν ἄξια, παραδείγματα δὲ βίου σωφρονέστατα, αὐτὸς, ὁπόθ' ἥκειν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας, ἀπτοήτως ἔθνησκεν. εὖ γὰρ ἴστε, ὦ παῖδες, οὐ γὰρ ὑφ' ἡμῖν γενόμενος, ἐχθροῖς οὖσιν, ἔδεισεν, οὐδὲ ὡς δεινόν τι πείσεσθαι μέλλων ἐπεκλάσθη· πολὺ δὲ γενναιότερος αἰχμάλωτος ἡμῖν ἦν, ἢ ἀντίπαλος. ἠττήθη γοῦν τὰ πικρὰ τῆς τυραννίδος ὑπὸ σοφίας, οὐδ' ὁτιοῦν ἔχοντός μου δρᾶσαι κατ' αὐτοῦ δεινόν· ὃ γὰρ ἔδρων, ἐχαριζόμην. ἐγὼ δὲ μυρίοις πόνοις προθυμηθεὶς ἐλεῖν, ἐπεὶ τούτου περιεγενόμην, οὐδὲν ἔσχον ἕτερον, αἱρεθεὶς ὑπὸ τούτου μᾶλλον, ἢ χάριν εἰδέναι, κἂν εὐεργεσίαν παρ' ἡμῶν ἐθελήσῃ λαμβάνειν. ἐφ' ᾧ οὐδ' ὀφείλεσθαι χάριν ἐμαυτῷ νομίζω, περιποιησάμενος εἰς δώδεκα μάλιστα αὐτὸν ἔτη, τοσαῦτα γάρ ἐστιν, ἃ προσβεβίωκεν, ἐγὼ δὲ ὀφείλειν, ὅτι καὶ τὰ

60. Πενθεῖτε δὲ μηδαμῶς, κ. τ. λ.] Id ex patre didiciſſe potuerant, cuius hoc exſtat fragmentum, apud *Stob.* Ἀτελέστατα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν. BOYL.

62. Μηδὲ τῶν τιμῶν —— τ. λ. ὑφαιρεῖσθε τὴν δόξαν] id eſt: Ne lugete eum tanquam morte extinctum, qui in ore omnium ſemper viuit. BOYL. *Arctinus* reddidit; *Neque bonorum clariſſimam gratiam auferatis; Naogeorgus: Neque ex honoribus ſplendidiſſimum auferatis, diuinitatis opinionem;* melius interpres editionis Aurel. *Neque vero ex honoribus ſplendidiſſimum omnium detrahite, nempe gloriam.* hunc fere ſecutus eſt *Boyleus.* Omnium optime interpretabere his *Ciceronis*, pro Milon. cxxxv. *Ex omnibus praemiis virtutis ampliſſimum eſt gloria.* Videtur gloriam cogitaſſe noſter, quam Steſichorus, poſtquam inter homines eſſe deſiiſſet, tanquam heros conſecutus eſſet aeternam apud Himerenſes, οὐχ ἑνὶ μακαρισθησόμενος χρόνῳ, παντὶ δὲ αἰῶνι. Quam, ne lacrimis ſuis, quum tanto ſe patre gerant indignos, imminuant, ac veluti adimant ei, his verbis hortatur. Tum autem ea, quae ſubiiciuntur, οὐ γὰρ ἐκεῖνος, —— ἠχθέσθη cet. remotiori verbo πενθεῖτε reſpondent.

63. Ὅσον ἡμεῖς ἴσμεν] Scripſi ὅσον, vt in marg. ſui exemplaris iam correxerat *Hemſterhuſius.* Eius loco in libris omnibus eſt ὅν.

64. οὐδὲ

gete vero minime felicem fortem herois, non vno tempore beatam praedicandam, sed omnibus saeculis. Neque ex praemiis, quae decernunt, tanquam deo, Himeraei, quod est splendidissimum, eripite gloriam. Non enim ille, quantum quidem nos scimus, grauiter tulit, quum statuto mortis tempore abriperetur; neque heroum nobilissimos, quum ob gloriam morerentur, pulcherrimis hymnis cum cecinit, quae vobis diuitiae quantiuis pretii, & exempla vitae prudentissima, ipse quando venit fatum extremum, perculsus est. Probe enim nostis, liberi, neque enim, in nostra inimicorum potestate cum esset, metuit, neque, tanquam mali aliquid passurus, fractus est animo; sed multo nobilior captiuus nobis fuit, quam aduersarius. Victa est igitur acerbitas tyrannidis sapientia, cum nihil ei possem facere mali. Quod enim feci, gratificatus sum. Ego vero cum infinito labore contendissem eum capere, postquam in meam redegeram potestatem, non potui aliud, captus ab eo magis, quam habere gratiam, si beneficium a nobis vellet accipere. Quare ne quidem gratiam mihi deberi puto, quum cum in annos duodecim maxime mihi afferue-

64. Οὐδὲ τῶν ἡρώων τοὺς γενναιοτάτους — ὑμνήσας, — αὐτὸς, ὁπόθ' ἥκεν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας, ἀπτοήτως ἔθνησκεν] Ita libri omnes. quare in ipso contextu non ausus sum inde recedere, ne quid temere viderer nonnullis mutasse. Vitium tamen manifestum est, varie dissimulatum ab interpretibus. Reddidit enim *Naogeorgus Neque —— ipse, cum fatum ad suum terminum venisset, meticulose defunctus est.* quod non est ἀπτοήτως ἔθνησκεν, sed eius contrarium. Alia ratione interpres, in ed. Aurel. *Atque cum generosissimos heroas — laude extulerat, — ipse, — imperterrite mortem obiit.* Huius insistens vestigiis *Boyleus*, ne monito quidem lectore, pro οὐδὲ, edidit ἀλλὰ, reddiditque *sed — ipse etiam — intrepidus discessit.* Dubitandum non est, quin aut οὐδὲ, aut ἀπτοήτως vitiose scriptum sit. nec tamen temere sollicitandam puto particulam οὐδὲ, sed vitium inesse in verbis ἀπτοήτως ἔθνησκεν; quorum hoc interpretis sit, qui eo reddiderit antecedens ἥκεν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας. nam eodem redeunt ὁπόθ' ἥκεν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας, & ὁπόθ' ἔθνησκεν. Hoc igitur deleto, vocis ἀπτοήτως facilis erit correctio. Sic enim scribo: Οὐ γὰρ ἐκεῖνός γε — ἠχθέσθη θανάτου προθεσμίᾳ συναιρούμενος, οὐδὲ τῶν ἡρώων τοὺς γενναιοτάτους — ὑμνήσας — αὐτὸς, ὁπόθ' ἥκεν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας, ἐπτοήθη. quae spectaui, cum facerem Latina.

τὰ ἄλλα προσεπέρρωσεν ἡμᾶς, καὶ θανάτου καταφρονῆσαι μόνος ἀνθρώπων ἔπεισεν.

ϟϛ'. ΤΑΙΣ ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΥ ΘΥΓΑΤΡΑΣΙ.

Ταυρομενεῖται μὲν, ὑπὲρ ὧν γράφετε πρός με, ἐντολὴν ἔχειν λέγουσαι παρὰ τοῦ πατρὸς, ὅτε μετήλλαττε τὸν βίον, οὐδεμιᾶς ἧσαν ἐπιτήδειοι τυχεῖν ἐπιεικείας. οὐδὲν γὰρ ὑπ' ἐμοῦ πώποτε πλημμεληθέντες οὔτ' ἔλαττον οὔτε μεῖζον, ἐξήνεγκαν ἀδίκως τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον. Στησίχορος δὲ οὐ μόνον ἄξιός ἐστι τυχεῖν παρ' ἐμοῦ, ὧν αἰτεῖται δι' ὑμῶν, τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων αὐτοῖς, ἅπερ εἰσεπραξάμην, ἀποδοθῆναι προστάξαι, ἀλλ' εἰ καί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μεῖζον. καὶ γὰρ εἰ τεθνᾶναι δο-

84. Οὐδεμιᾶς ἧσαν ἐπιτήδειοι τυχεῖν ἐπιεικείας] In Lugd. A. & Pal. inter τυχεῖν & ἐπιεικείας breue ſpatium relictum; Vt ſuſpicari poſſis, olim ſcriptum fuiſſe, Ο. ἡ. ἐ. τυχεῖν παρ' ἐμοῦ ἐπιεικείας. Infra, hac epiſt. ἄξιός ἐστι, τυχεῖν παρ' ἐμοῦ. Nec tamen alterum ſollicitandum. *Demoſthenis* eſt, adu. Mid. p. 617. E. ἄτιμον Ἀθηναίων εἶναι ἔνα δεῖ, καὶ μήτε συγγνώμης, μήτε τοῦ λόγου, μήτε ἐπιεικείας τυχεῖν μηδεμιᾶς· ἃ καὶ τοῖς ὄντως ἀδικοῦσιν ἅπαντα ὑπάρχει.

85. Οὔτ' ἔλαττον, οὔτε μεῖζον] *Wolfius*, ad haec *Liban.* Ep. MCXLI. Ἔδει μέν σοι τὸν οἶκον ἅπαντα εἶναι σῶν, καὶ μήτε μικρὸν, μήτε μεῖζον ἀπὸ τοῦ φθόνου βέλος ἐφ' ὑμᾶς ἐνεχθῆναι, „ Eadem *lo-* „ *quendi ratione*, inquit, delectatus fuit „ ſcriptor Epiſtolarum, quae ſub *Pha-* „ *laridis* nomine circumferuntur. Ita „ ep. XXXI. (XCVIII.) οὐδὲν ὑπ' ἐμοῦ πλημ- „ μεληθέντες, οὔτε ἔλαττον, οὔτε μεῖζον. „ Conf. ep. XXXII. (XXXVII.) LXXII. „ (XV.). " Si bene memini, apud *Herodotum* & *Platonem*, vbi ſimilia multa ſunt, non temere nomina inuenias comparata. Iis tamen frequenter vtuntur alii. Rarius eſt *Demoſthenis*, adu. Mid. p. 605. D. καὶ μικρὰ καὶ μεῖζω. cui ſimile, quod ſupra ſcriptum, *Libanii*, μήτε μικρὸν, μήτε μεῖζον, & *Iamblichi*, de Myſt. Sect. III. c. XXVI. p. 94. l. 11. ἢ μικρὰ ἢ μείζων. Formae loquendi quae ſit ſubiecta poteſtas, perite docet *Berglerus*, ad *Alciphron.* l. II. p. 260. vbi, per viam, in *Alciphronis* verbis, corrigo πάλαι μὲν ἡττημένος ἐμοῦ πάθεσι, καὶ ἔρωτι· quod malo, quam πάθει; vt pro vulgato πᾶσι legendum cenſet *Berglerus*. Ad eandem rationem, ibid. p. 244. pro ψυχῇ καὶ σώματι καὶ πᾶσιν ἀλλοιωτέρα, corrigo ψ. κ. σ. καὶ πάθεσιν ἀλλοιωτέρα.

86. Στησίχορος δὲ οὐ μόνον ἄξιός ἐστι τυχεῖν παρ' ἐμοῦ, ὧν αἰτεῖται δι' ὑμῶν] Ea fuit in mortuum Steſichorum Phalaridis gratia, quam a nemine poeta ille viuus ſperarat, Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ὄλλυτ' ἀνθρώπων χάρις. *Steſichor.* fragm. apud *Stob.* BOYL. Editur vulgo Στη-

σί-

rim: tot enim sunt, quos postea vixit; sed me debere, quod & alioquin nos confirmauit, & mortem contemnere vnus omnium persuasit.

XCVIII. STESICHORI FILIABUS.

Tauromenitani, de quibus scribitis, mandatum vos accepisse a patre, quum e vita excederet, nulla digni erant animi aequitate. Nunquam enim ulla omnino iniuria a me affecti, iniuste bellum mihi intulerunt. Stesichorus vero non solum dignus est, qui obtineat ea, quae petit per vos, ut pretia captiuorum, quae quidem exegi, iis reddi iubeam, sed si quid etiam petitorum est maius. Nam etsi mortuus esse quibusdam videtur, quod sapiens nemo dixe-

στίχορος δὲ οὐ μόνον ταύτης τῆς χάριτος ἄξιός ἐστι παρ' ἐμοῦ τυχεῖν, ἣν αἰτεῖται δι' ὑμῶν. Sed haud sane deterior eo Lugd. B. scriptura, vbi, praetermissis verbis ταύτης τῆς χάριτος, pro ἣν legitur ὧν. praeterea ὧν, notatum quoque in Marg. Ald. indicio est, in quibusdam libris saltem abfuisse ταύτης τῆς χάριτος. His itaque deletis, & ἣν in ὧν mutato, in reliquis, quem vidi in Burm. & ed. Ven. verborum ordinem seruaui.

88. Τὰ λύτρα——ἀποδοθῆναι προστάξαι] Cum plerisque libris retinui προστάξαι. Quod in ed. Comm. Pal. Burm. Lugd. C. & Medd. B. C. est, προστάξας etsi ad Stesichorum referri potest, Phalaridi tamen iubenti, quam per filias petenti Stesichoro, magis accommodatum verbum προστάξαι. Infra, hac epist. διὸ, inquit *Phalaris*, τά τε χρήματα αὐτοῖς ἀποδοῦναι προστέταχα. vnde huc translatum fortasse, quod in Margg. Angl. & Ald. notatur, προστέταχα. ep. XCI. τὰ χρήματα δοῦναι Τεύκρῳ προστέταχα.

89. Ἀλλ' εἰ καί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μεῖζον] Cl. *Hemsterhusius*, in marg. sui exemplaris notauerat τι τῶν γε δυνατῶν. Interpres, in ed. Aurel. *si quid supra vires propemodum*. Sed in huiusmodi loquendi formis τὰ ἀδύνατα sunt, *quae fieri non possint*. Ita *Cicero*, Phil. VII. 9. *Nolite id velle, quod fieri non potest*. Graeca sunt ἐπιθυμεῖν ἀδύνατα, ὀρᾶν ἀδύνατα, ἀδυνάτων ἐρᾶν, ἀδυνάτων ἐφίεσθαι, & similia; de quibus vid. *Gatak.* ad *M. Anton.* l. V. §. XVII. p. 205. & *Hemsterh.* ad *Lucian.* t. I. D. Dial. p. 227. Eius loco, *Sophocles*, Antig. 90. ἀμηχάνων ἐρᾶν. Ε'ν τι τῶν ἀδυνάτων est in *Demosth.* Exord. Conc. XXVI. p. 226. A. cui contrarium τῶν δυνατῶν τι, apud *Liban.* Ep. DCCXIV. p. 342. Ε'γὼ μὲν οὖν οὔτε τῶν δυνατῶν τι παρήσω, τοῖς τ' ἀδυνάτοις ἐπιχειρήσω. Similia, in citeriorum Graecorum scriptis inprimis obuia, mitto. Apparet, ut opinor, absurdum esse, *Stesichorum* dici, οὐ μόνον ἄξιον εἶναι τυχεῖν, ὧν αἰτεῖται, ἀλλ' εἰ καί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μεῖζον. Meliore consilio sane *Libanius*, ep. MDX. Σὺ δὲ χρηστὸς μὲν ἀεὶ, περὶ δ' αὖ τοὺς, παιδείας μετέχον-

δοκεῖ τισιν, ὅπερ οὐδεὶς ἂν εὖ Φρονῶν εἴποι, ἐμοὶ γοῦν ὁ τοιοῦτος οὐ τέθνηκε. μὴ γὰρ τοσοῦτον ἰσχύσειε τὸ κατὰ τῶν Ταυρομενειτῶν μῖσος, ὥστε Στησίχορον αἰτησάμενόν τι μὴ λαβεῖν, ὧν Φάλαρις ἔχει τὴν ἐξουσίαν. πάντας μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὑπ' ἐκείνου πρέπει νικᾶσθαι, περιττότερον δὲ πάντων ἐμὲ, τὸν ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων, ὧν ἐπειράθην, ἀνδρὸς ἐπιφανεστέραν ψυχὴν οὐκ ἰδόντα. διὸ τά τε χρήματα αὐτοῖς ἀποδοῦναι προστέταχα, καὶ τὴν χάριν ταύτην οὐ δεδωκέναι τῷ πατρὶ ὑμῶν, μὰ τοὺς θεούς, ἀλλ' αὐτὸς παρ' ἐκείνου μᾶλλον εἰληφέναι νομίζω.

ϟβ'. ΤΕΤΚΡΩΙ.

Ταυρομενείταις τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων, ἅπερ ἔλαβον, ἀπόδος, μὴ ποιούμενος ἐμὴν τὴν χάριν, ἀλλὰ Στησιχόρῳ. ζῇ γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὴν τῶν ληψομένων εὐεργεσίαν, ὁ παρ' ἐμοῦ ταύτην ἠτημένος. τέθνηκε μέν τοι ἡ περὶ τούτων αὐτῷ χάρις, εἰς ἀμνήμονας ἀνθρώπους δεδομένη.

ρ'. ΚΤΗΣΙΠΠΩΙ.

Οὔτε πρότερον, ὁπηνίκα Ταυρομενεῖται ἀδίκως ἐξήνεγκων τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον, ἀπολυτρώσας τοὺς αἰχμαλώτους, ἐκείνοις

χοντας οὕτω πρόθυμος, ὥστε πολλὰ καὶ τῶν ἀδυνάτων εἶναι δοκούντων πέπρακταί σοι. Cui simile fortasse spectauit, qui, nostro in loco, addidit *ἀνθρώποις*. Nam in Lugd. B. & Marg. Ald. scriptum inuenio *εἰ καί τι ἀνοῖς ἀδύνατόν ἐστι μ.* Reliqui cum editis conueniunt, praeter Burm. Med. & ed. Ven. vbi *εἰ καί τι καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μ.* Quamquam non omnino reiicio summi *Hemsterhusii τῶν γε δυνατῶν*, maius tamen ineſſe puto vitium; & quidem scribendum, *εἰ καί τι τῶν αἰτημάτων ἐστὶ μεῖζον*. Infra, hac epist. *μὴ γὰρ τοσοῦτον ἰσχύσειε τὸ κατὰ Ταυρομενειτῶν μῖσος, ὥστε Στησίχορον αἰτησάμενόν τι μὴ λαβεῖν, ὧν Φάλαρις ἔχει τὴν ἐξουσίαν.* Propius etiam accedit, ep. xci. *Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἔσται μέγα τῶν αἰτημάτων, ὃ μὴ πάντως αἰτησαμένῳ χαριούμεθα.* Αἰτημάτων itaque spectaui, quum facerem Latina.

1. Μὴ ποιούμενος ἐμὴν τὴν χάριν, ἀλλὰ Στησιχόρῳ] Obuia genera loquendi in scriptis praesertim Atticorum, *ἐμὴν χάριν, σὴν χάριν, τὴν ἐμὴν χάριν, τὴν σὴν χάριν*, cet. de quibus inter alios vid. *Koenius*, in cru-

xerit; mihi tamen talis vir mortuus non est. Absit, ut tantum possit odium in Taurominitanos, ut Stesichorus, quum quid petierit, non obtineat ea, quorum Phalaris habet potestatem. Nam, omnes homines, consentaneum est, ab illo vinci, sed omnium maxime me, qui in tot millibus hominum, quibus vsus sum, viri illustriorem animum non vidi. Quare & pecuniam iis reddi jussi, & beneficium hoc non dedisse patri vestro, ita me dii, sed ipsum ab illo magis accepisse me, censeo.

XCIX. TEVCRO.

Taurominitanis pretia captiuorum, quae accepi, redde, non meo, sed Stesichori, beneficio. Viuit enim ille ad bene faciendum accepturis, qui a me hoc petiit. Interiit vero ei, his praestitum, beneficium, in immemores homines datum.

C. CTESIPPO.

Neque primum, quum Taurominitani iniuste mihi bellum intulissent, accepto pretio captiuos dimisi in illorum

eruditissimis notis, ad *Gregorii* libr. de Dial. p. 12. Sed alia ratio huius nostri, ubi χάρις *beneficium* est. Iubet Teucrum, Taurominitanis reddere pretia captiuorum, idque non *suum facere beneficium*, *sed Stesichori*. quam in rem conf. ep. XCVIII. & t. Eodem respiciens *Tzetzes*, Chil. I. 677. Στησίχορον δ' ὁμάψυχον εἶχεν (Φάλαρις) αὐτῷ, καὶ φίλον, ὡς δι' αὐτὸν χαρίσασθαι λύτρα Ταυρομενείταις. De verbo ποιεῖσθαι, vid. not. ad ep. CVIII. Si alterum voluisset noster, non ἐμὴν τὴν χάριν, sed ἐμὴν χάριν vel τὴν ἐμὴν χάριν dixisset. Porro Στησιχόρῳ scripsi pro Στησιχόρου, cum in Lugd. A. Angl. & Med. A. esset Στησιχόρω. *Hippocrat.* Ep. XXVII. Oper. Hipp. p. 1292. l. 2. Ἀρχὴν οὖν τῷ λόγῳ τὴν ἀρχὴν τῶν ὑπουργιῶν ποιήσομαι. Notus tertii casus loco secundi usus. Infra, hac epistola, ἡ περὶ τούτων αὐτῷ χάρις.

6. Πρότερον] Editi πρῶτον. sed praeter Med. C. & Burm. MSS. omnes πρότερον. quare sic scripsi.

6. Ταυρομενεῖται] Ταυρομενῖται legitur apud *Goltzium*, in numismatis. Legitur etiam

νοις ἐχαριζόμην· τῷ κοινῷ δὲ νόμῳ τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἠναντιώθην· οὔθ' ὕστερον ἀποδιδοὺς, ἃ τότε ἔλαβον, εὐεργετῶν τοὺς ἀπολλυμένους, ὅπερ ὠνείδιζες, αὐτοῖς ἀπέδωκα· Στησιχόρῳ δὲ πρεσβευσαμένῳ διὰ τῶν θυγατέρων περὶ αὐτῶν ἐπείσθην. Ταυρομενεῖται μὲν οὖν καὶ τεθνηκότι Στησιχόρῳ χάριν εἰδέτωσαν ὧν ἔτυχον· Στησίχορος δὲ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις· ἐγὼ δὲ, περὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκείνῳ χάριτας εἰδὼς, οὐδὲν περὶ τῆς πρεσβείας ἀμνημονήσω. γινώσκω γὰρ, ὅτι δι' αὐτῆς αἰτησάμενός τι παρ' ἐμοῦ, καὶ τυχὼν, Ταυρομενείτας μὲν εἰς χρήματα εὐεργέτησεν· ἐμὲ δὲ εἰς ἐπίδειξιν, ἧς ἔχειν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπιστοῦμαι, χρηστότητος.

ρα'. ΕΠΙΧΑΡΜΩι.

Περὶ τῶν αὐτῶν καὶ σὺ καὶ Δημοτέλης ἡμῖν συνεβουλεύετε ἀποστῆναι τῆς τυραννίδος. ταῦτα δὲ οὐ δυσνοοῦντες, ἀλλ' ἀγνοοῦντες δι' ἀπειρίαν, οὕτω συνεβουλεύετε. τὸ μὲν γὰρ ἄρξασθαι,

etiam Ταυρομενεῖται, apud *Suidam*, aliosque, & paſſim in his Epiſtolis. BOYL. Malui, ut alibi, in his Epiſt. Ταυρομενεῖται, in Lugd. A. B. Angl. Burm. & ed. Ven. inuentum. Reliqui libri hic quidem Ταυρομενῖται; ſed alibi fere Ταυρομενεῖται. vid. ſupra, not. ad ep. XXXVIII. 1. 88.

19. ΕΠΙΧΑΡΜΩι. Veriſimile eſt, fuiſſe hunc Epicharmum poetam Siculum, quem eundem cum Epicharmo philoſopho Pythagorae auditore faciunt commentatores in *Laertium*, in Vit. Epicharmi; etſi de poeſi eius taceat *Laertius*. BOYL. In eandem ſententiam conuenit *Dodwell.* de Aet. Phal. p. 77. cet. quibuscum conf. diſputata a *Bentleio*, Diſſ. de Ep. Phal. & in Reſp. VIII. p. 108. cet. Dubitandum non eſt, quin Siculum Epicharmum voluerit noſter. quam in rem leg. ep. CII. Ipſa epiſtolarum argumenta, vt alias, confinxit. Nec eſt, vt de temporum rationibus inter ſe conciliandis multum labores. qua de re alibi opportunior erit differendi locus.

20. Περὶ τῶν αὐτῶν καὶ σὺ καὶ Δημοτέλης ἡμῖν συνεβουλεύετε ἀποστῆναι. κ.τ.λ.] Quale fuerat Demotelis Phalaridi conſilium, videbis in ep. XXXVIII. (LXXXI.) BOYL. Legitur vulgo, Περὶ τῶν αὐτῶν ὧν σὺ καὶ Δημοτέλης ἡμῖν συνεβουλεύετε ἀποστῆναι τῆς τυραννίδος, ταῦτα οὐ δυσνοοῦντες ἀλλ' ἀγνοοῦντες διὰ τὴν ἀπειρίαν, οὕτω συνεβουλεύετε. Quae ita reddidit *Naogeorgus*, ac ſi ſcriptum eſſet περὶ τῶν αὐτῶν σὺ καὶ Δημοτέλης ἡ. σ. ἀ. τ. τυραννίδος. ταῦτα, κ.τ.λ. vt opinor, recte. neque enim apte cohaeret alterum, propterea etiam a me nonnihil mutatum. Quod autem in locum ὧν ſubſtitui, καὶ e Pal.

gratiam: sed communi legi Graecorum non restiti. Neque dein, redditis iis, quae tunc accepi, quum bene facerem accepturis, quod exprobrabas, ipsis reddidi; sed Stesichoro, missis filiabus in legationem pro iis, morem gessi. Taurominitani igitur etiam mortuo Stesichoro gratias habento pro iis, quae nacti sunt; Stesichorus suis ipsius moribus; ego vero pro multis magnisque illi gratiis habitis, neque earum pro legatione immemor ero. Scio enim, quum quid, per eam petitum a me, nancisceretur, Taurominitanis quidem benefeciſſe eum ad pecuniam; mihi vero in documentum, qua me praeditum esse homines non credunt, bonitatis.

CI. EPICHARMO.

Iisdem de causis & tu, & Demoteles, nobis consilia dabatis desistendi a tyrannide. Ea vero, non quod maleuoli, sed quod ignari eratis propter imperitiam, sic demum dabatis.

e Pal. sumsi; vbi *περὶ τῶν αὐτῶν ἂν καὶ σὺ κ. Δ.* Porro, vt sua orationi concinnitas constaret, e Lugd. A. & Angl. post *ταῦτα* interposui *δέ*. ac tandem pro *διὰ τὴν ἀπειρίαν* malui *δι' ἀπειρίαν*, inuentum in Lugd. A. B. & Angl.

22. *Τὸ μὲν γὰρ ἄρξασθαι βᾶον τυραννίδος ἐρεγομένῳ, τὸ παύσασθαι δὲ οὐκ ἔτι*] Libri operarum formis descripti omnes, *τὸ μὲν γὰρ ἄρξασθαι τυραννίδος, ἐρεγομένου· τὸ παύσασθαι δὲ, οὐκ ἔτι.* Quae ita reddunt vulgo, quasi *incipere tyrannidem in potestate appetentis sit*. recte, si Graeca spectes. Sed id vniuerse dici non potest. In epistola Demoteli inscripta, n. LXXXI. ait quidem, *ὅτι τοῦ κτήσασθαι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ἐπισφαλέστερόν ἐστι τὸ καταλέσθαι*· sed nihil simile huius nostri. Nullus autem dubito, quin excederit siue *βᾴδιον*, siue *βᾶον*, restituendum e Lugd. A. B. Angl. Pal. & Marg. Ald. qui omnes *βᾶον* habent, aut plenius etiam *βᾶον τυραννίδος ἐστί*. vt Lugd. B. & Marg. Ald. accedentibus quoque Margg. Lugd. A. & Angl. *Ἔστι*, etiam inuentum in Med. B. displicet tamen inter *τυραννίδος* & *ὀρεγ.* positum. quare id praetermisi, vtpote minus necessarium. Maioris momenti est, quod in orationis contextu exhibui, *ὀρεγομένῳ*, scriptum in Lugd. B. & Marg. Ald. Quo minus dubitandum est, quin vere *Hemsterhusius* emendauerit, *τυραννίδος ὀρεγομένῳ*. Sic enim ille, in margine sui exemplaris: „ C. Pal. *βᾶον* interserit; „ porro legendum *τυραννίδος ὀρεγομένῳ*, „ vt mox *τοξότῃ*. " *Ὀρεχθῆναι μοναρχίας* etiam, vt hic *ὀρέγεσθαι τυραννίδος*, est ep. XIII. & LXXXVIII. Porro *βᾴδιον*, & *βᾶόν ἐστι*, cum verbo infinito, for-

σθαι ῥᾷον τυραννίδος ὀρεγομένῳ· τὸ παύσασθαι δὲ οὐκ ἔτι, διὰ τὸ πολλὰ μὴ δεόντως πρᾶξαι. ὥσπερ οὐδὲ τοξότῃ μεθέντι τὸν ὀϊστὸν, ἀναλαβεῖν τὸ βεβλημένον. ἀλλ' εἰ μὲν δυνατὸν ὑμῖν ἐστιν ἀνελεῖν τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος, καὶ δὴ ποιεῖτε· εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀδύνατον, ἀδυνατωτέραν ἵστε τὴν ὑμετέραν παραίνεσιν ἐμοὶ δόξαι συμφέρειν.

ρβ'. ΕΠΙΧΑΡΜΩι.

Ἀρκεῖς μόνος δικαίους ἡμᾶς νομίζων, κἂν μηδεὶς ἄλλος λέγοντί σοι πείθηται. εἷς γὰρ ἀνὴρ ἐμοὶ τοιοῦτος ἁπάσης ἐστὶ Σικελίας μέτρον. τὸ δὲ ἀνεξέταστον πλῆθος, ἐρημίας ὑπειλήφαμεν ἀναπλήρωμα. ὑφ' οὗ καὶ τὸ ἀγνοεῖσθαι, καὶ μὴ χρηστοτέρους

formae loquendi obuiae sunt. E multis adscribam *Demosthenis*, nostro non omnino dissimile, ex Olynth. II. p. 25. A. Πολὺ γὰρ ῥᾷον, ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε. Neminem autem ῥᾷον, in nostro offenderit, tametsi sequatur τὸ παύσασθαι δὲ οὐκ ἔτι. Sectatur enim passim ille comparata.

27. Ἀδυνατωτέραν ἵστε] Lugd. B. ἀδυνατάτερον ἔσται. Quod, antecedentibus ἀδύνατον & δυνατὸν, nullam habet speciem veri. Probum tamen alterum, cum vtrumque, & δυνατὸς & ἀδύνατος, saepe cum verbo infinito construatur. Nec temere sollicitandum ἵστε; id quod nostro familiare.

31. Εἷς γὰρ ἀνὴρ, κ. τ. λ.] In eandem sententiam dicta quam plurima, apud veteres, sciens praetereo. Vnum adscribam, ex Epigr. in *Heracl.* ap. *Laert.* l. IX. §. 16. & in *Anthol.* Gr. l. III. c. XXXVII. 36. Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι, Οὐδείς, κ. τ. λ. Accedit *Antimachi* illud, apud *Cicer.* in Brut. c. LI. vbi sic lego *Plato enim mihi vnus instar est hominum millium*, vel, quod malo, *hominum mille*. vt alibi *Cicero*, & alii loquuntur. vid. *Gronou.* de Pec. Vet. l. I. c. X. Quod vulgo legitur, *omnium millium* mihi quidem valde displicet. Vsus, qui hic est, nominis μέτρου translati non dissimilis est ei, quem illustrat *Hemsterhusius*, ad *Lucian.* t. I. Nigrin. p. 54. Adde *Plat.* Legg. IV. p. 832. B. Ὁ δὴ θεὸς, inquit, ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἤ που τὶς, ὥς φασιν, ἄνθρωπος. Vbi Protagorae dictum, Πάντων μέτρον ἄνθρωπος respicit, de quo saepe *Plat.* vt Theaet. p. 118. D. Crat. p. 266. D. & alibi. *Maxim. Tyr.* Diss. XXXVIII. p. 451. εἴτέρ τι παρ' ἐκείνου (τοῦ θεοῦ) ἔλθῃ πρὸς μὲν ἀνθρωπίνης ψυχῆς δύναμιν τέχνης ἂν εἴη μέτρον, κ. τ. λ. Mitto plura huius generis. Nostro porro, εἷς ἀνὴρ ἁπάσης ἐστὶ Σικελίας μέτρον, non dissimile *Luciani* illud, t. I. Scyth. p. 865. de Solone, Εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις, οἷος ἀνὴρ ἐστι, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἔχειν.

32. Ἀνεξέταστον πλῆθος] Locum tetigi iam supra, ad ep. LXVIII. p. 207. Ἀνε-

Nam incipere facilius eſt tyrannidem appetenti; deſinere vero, non amplius, quod multa fecerit indecore: ſicut neque ſagittario, cum emiſerit iaculum, recipere id, quod eſt iactum. Sed ſi fieri poteſt, vt tollatis imperium tyrannidis, facite, quaeſo; ſin vero hoc fieri non poteſt, multo minus fieri poſſe, ſcitote, vt veſtra hortatio mihi conducere videatur.

CII. EPICHARMO.

Sufficis ſolus, cum iuſtos nos eſſe exiſtimas, etiamſi nemo alius verbis tuis fidem habeat. Nam talis vir vnus mihi inſtar eſt totius Siciliae. Multitudinem vero, quae nihil ex vero aeſtimat, ſolitudinis ſupplementum habemus. A qua & igno-

Ἀνεξέταστον hic agendi virtute gaudere docet *Hemſterhuſius*, ad *Lucian.* t. I. Halc. p. 179. vbi noſtrum ἀνεξέταστον πλῆθος reddit per *vulgus*, *quod nihil expendit*, *aut ex vero aeſtimat*. Haud ſcio, an ita poſuerit *inaeſtimabilis Liuius*, l. XXXI. c. XXXIV. *Nihil tam incertum nec tam inaeſtimabile eſt*, *quam animi multitudinis. quod promtiores ad ſubeundam omnem dimicationem videbatur facturum*, *id metum pigritiamque incuſſit.* Suſpicor tamen, *inſtabile* pro *inaeſtimabile* ſcribendum eſſe, vt in *Virgil.* Georg. l. IV. 105. *Inſtabilis animos ludo prohibebis inani.* Antecedit ibi, in eandem ſententiam, *incerta volare. Stabilia incertis* contraria facit *Cic.* Top. c. XVIII. §. 70. Graecum vid. in *Plat.* Apol. p. 29. A. ὁ δὲ ἀνεξέταστος βίος οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ, quo reſpicit *Arrian.* in Epictet. l. I. c. XXVI. ὁ δὲ Σωκράτης ἔλεγεν, ἀνεξέταστον βίον, μὴ ζῆν. ad quem locum, *Platonis* iam meminit *I. Vpton.* in not. p. 88. ſed male reddit *vitam*, *in quam non inquiritur.* vid. eius Ind. Ei enim vitae τὸν ἀνεξέταστον βίον oppoſuit Socrates, qua quis quotidie ſuas aliorumque actiones expendit, vel, vt ibid. ait *Plato*, ἑαυτὸν καὶ ἄλλους ἐξετάζει. Addo *Iulian.* O. VII. p. 221. D. Τὸν κρύφιον ἅμα καὶ φανερὸν θεὸν, ὥσπερ ἐν θεάτρῳ, προβάλλειν ἀνεξετάστοις, καὶ δι' ἀνοίας ἐπὶ πάντα μᾶλλον, ἢ τὸ φιλοσοφεῖν, τετραμμένοις. ſic emendandum puto, quod vulgo ibi legitur, ἀνεξετάστοις, καὶ διανοίαις ἐ. π. μ. ἢ τ. φ. τετραμμέναις.

37. Μὴ χρηστοτέρους δοκεῖν, οὗ ἴσμεν] Conſtans in libris omnibus ſcriptura eſt, μ. χ. δοκεῖν, οὗ ἐσμέν. Inde tamen receſſit *Boyleus*, dum, eadem ſententia, edidit, ἢ ἐσμέν. Peritior aliquis non tam οὗ, quam ἐσμέν ſollicitaſſet. Si enim retinebis ἐσμὲν, ſuam crudelitatem, qua apud omnes infamis erat, agnoſcere videbitur tyrannus. quod ſophiſtae inſtituto contrarium eſt. Quare pro ἐσμὲν ſcripſi ἴσμεν. Nouerat Phalaris, ſe crudelem haberi, nec inutile ducebat, μὴ χρηστότερον δοκεῖν. quod eſt μὴ χρηστοτέρους δοκεῖν, οὗ ἴσμεν. *Herodoto*, aliisque hiſtoricis, familiaria ſunt πρᾶτοι, ὧν ἴσμεν, & ſimilia.

ρους δοκεῖν, οὗ ἴσμεν, τάχα οὐκ ἀνωφελές. πολλοὺς μὲν οὖν ἔχεις ὁμοίους σεαυτῷ, τὴν γὰρ ἀρετὴν τῶν ὄντων, οὐ τὸν ἀριθμὸν σκοπούμεθα, μεθ' ὧν ἔγνωκας ἡμᾶς καλοὺς κἀγαθούς· εἰ μέν τοι καὶ μόνος ἦσθα, ἐπλουτοῦμεν μαρτύρων, καὶ πλειόνων οὐ προσεδεόμεθα ἐπαίνων.

ργ'. ΠΑΤΡΟΛΑΙ.

Μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους τοὺς γονέας, ὦ παῖ, στέργειν σοι προσήκει, καὶ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι. τοῦτο γὰρ καὶ σεμνὸν καὶ ἄλλως εὐσεβὲς υἱῷ μεμνῆσθαι τῆς τῶν γεγεννηκότων καὶ τοσαῦτ' εὐεργετησάντων χάριτος. ἐπεί τοι πατρὸς ἀμέλησον μᾶλλον, ἢ μητρός· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων τὰ πατρὸς ἂν εἴη δίκαια πρὸς τέκνων αὔξησιν, καὶ τὰ μητρός· ἀλλ' ἡ μὲν σὺν τῷ κυῆσαι, καὶ γεννῆσαι, καὶ τιθηνῆσαι, μυρίους ἄλλους ἀνέτλησε πόνους· ὁ δ' ἐκτραφέντος ὑπὸ τῆς τεκούσης, καὶ

34. Π. μὲν οὖν] Addidi particulam οὖν e Lugd. A. C. & Angl.

37. Η'σθα] Placebit fortaſſe nonnullis οἶσθα, vt eſt in Lugd. A. & Angl. Eo tamen opus non eſt.

41. Τοῦτο γὰρ σεμνὸν, κ. τ. λ.] In hanc ſententiam fere *Demoſthen.* in Ariſtog. p. 838. C. ὃς (ὁ τῆς Φύσεως νόμος) καὶ ἀνθρώποις καὶ θηρίοις εἷς ὁ αὐτὸς ἅπασιν ὥρισται, στέργειν τοὺς γονεῖς. Legem antiquiſſimam, Γονεῖς τιμᾶν, praetereo ſciens.

44. Α'πὸ τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων]. Ex formula ſolemni eſt, cuius vſus in foederibus, vt, in illo Lacedaemonios & Argiuos inter, apud *Thucydid.* l. V. p. 364. l. 65. ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δίκας διδόντας, κατὰ πάτρια. &, mutato genere loquendi, l. 70. κατὰ πάτρια δίκας διδόντες τὰς ἴσας καὶ ὁμοίας. Idem, l. I. p. 22. l. 65. καὶ ἅμα ἀποικίαν εἰς τὴν Ε'πίδαμνον ἐκήρυσσον ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι. Α'πὸ τῆς ἴσης, ibid. eſt, p. 14. l. 28. Similia apud *Xenophontem* inuenias, & alios. Quid inter ἴσον & ὅμοιον interſit, ex *Euſtathio* docet *Valckenarius*, ad *Eurip.* Phoen. p. 183. vbi idem, de nominis ἴσον poteſtate, conſulendus, in perquam docta commentatione, ad v. 541.

46. Η' μὲν σὺν τῷ κυῆσαι, κ. τ. λ.] Forte ante oculos habuit noſter illa *Xenophontis*, Mem. l. II. p. 432. l. 9. ἡ δὲ γυνὴ ὑποδεξαμένη τε φέρει τὸ φορτίον τοῦτο, βαρυνομένη τε καὶ κινδυνεύουσα περὶ τοῦ βίου, καὶ μεταδίδουσα τῆς τροφῆς, ᾗ καὶ αὐτὴ τρέφεται, καὶ σὺν πολλῷ πόνῳ διενεγκᾶσα καὶ τεκοῦσα, τρέφει τε καὶ ἐπιμελεῖται, κ. τ. λ.

47. Α'νέτλησε πόνους] Med. A. ἀνέτλη. Frequens genus loquendi τλῆναι, vel ἀνατλῆναι πόνους exemplis illuſtrari, neceſſe

ignorari, nec meliores videri, quam ſcimus, fortaſſe non inutile. Ac multos quidem habes ſimiles tibi: nam virtutem eorum, qui ſunt, non numerum ſpectamus; quibuscum nouiſti nos bonos & honeſtos: tamen, etiamſi ſolus eſſes, abundaremus teſtibus, nec pluribus indigeremus laudibus.

CIII. PAVROLAE.

Maxime ambo parentes, o fili, amare oportet te, ac plurimi facere. Hoc enim & ſanctum & alioquin pium eſt, vt filius gratiam referat iis, qui genuerunt, & tantis eum affecerunt beneficiis. Verum tamen patrem potius neglige, quam matrem. Neque enim aequa ac paria erunt patris iura in liberorum incrementum, atque matris: ſed haec praeterquam quod in vtero geſtat, & parit, & nutrit, infinitos alios perfert labores; ille vero, educato eo a ma-

ceſſe non eſt. Per viam corrigi poterit *Eurip.* Herc. Fur. 1279. vbi Hercules, *Τὸν λοίσθιον δὲ τόνδ' ἔτλην τάλας Φόνον.* ſed praeſtat haud dubie *πόνον.* Noſtrum *ἀνέτλησε* forte ortum ex *ἄντλησε. Aeſchyl.* Prom. V. 375. *Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀντλήσω τύχην. Liban.* MCCXXXV. *Οἱ παῖδές σου τοὺς πόνους —— διαντλοῦσι.* Sic *ἐξαντλεῖν κακὰ*, & ſim. dicuntur. vid. *Gataker.* ad *M. Anton.* l. IV. p. 181. Alia virtute poſitum *ἐξαντλεῖν* in *Alciphron.* l. I. Ep. XXI. cuius verba ſic edidit *Berglerus*: *Ἀνεμιαίους ἐλπίδας ἔσχον ἐπὶ τῷ μειρακίῳ Πολυκρίτῳ. ᾤμην γὰρ αὐτὸν, εἰ τεθναίη αὐτῷ ὁ πατὴρ, χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλὴν, καὶ ἀδηφαγοῦντα καὶ καθηδυπαθοῦντα, μετά τε ἡμῶν μετά τε τῶν ἑταιρῶν, ὅσαι κατὰ τὴν ὥραν πρωτεύουσιν, ἐξαντλοῦντα ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ πολὺ τῆς οὐσίας.* Sed dubito, an peritioribus placiturum ſit *ἐξαντλεῖν τὸ πολὺ τῆς οὐσίας*, pro *δαπανᾶν* vel *ἐκδαπανᾶν τ. π. τ. οὐσίας.* Accedit, antecedente *καὶ ἀδηφ.* verbum requiri infinitum: nam *Bergleri καταδηφαγοῦντα* pro *καὶ ἀδηφ.* non probo. Friget porro *ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ πολὺ τῆς οὐσίας*; Habet quidem MS. notante *Berglero*, *ἐξαναλοῦν τὸ πολὺ τῆς οὐσίας*, praetermiſſis verbis *ἢ τὸ πᾶν ἢ.* ſed antecedente *χύσιν ἐργάσασθαι*, lenius verbum *ἐξαναλίσκειν.* Quare in verbis *ἢ τὸ πᾶν ἢ* latere arbitror *δαπανῆσαι*, eique interpretando inſeruiiſſe *ἐξαναλοῦν*, quo alterum interdum reddunt grammatici. *Alciphronis* itaque fuiſſe videntur, *ᾤμην γὰρ αὐτὸν —— χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλὴν, καὶ —— δαπανῆσαι τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. Suidas*, Δαπανᾶν. *οὐ τὸ ἀναλίσκειν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν καὶ σπαθᾶν, καὶ δαπανᾶν τὴν οὐσίαν. οὕτω Δημοσθένης, καὶ οἱ ἄλλοι δικανικοί, κ. τ. λ.*

καὶ τελειωθέντος, ἀπολαύσεως μετέχειν ἀξιοῖ, δυσκόλου σειραθεὶς οὐδενός. ἰδιαίτερον δὲ τῶν ἄλλων ἡ σὴ μήτηρ, διὰ τὰς ἐμὰς φυγὰς, περὶ τῆς σῆς κεκοπίακε τελειώσεως, τὰς ὑπὲρ ἀμφοῖν μόνη Φροντίδας ὑποστᾶσα. ὥστε καὶ σὺ τὰς εἰς ἑκατέρους τοὺς γονέας εὐχαριστίας, μιᾷ μητρὶ τῇ πάντα πονησάσῃ ἀπόδος. πεπλήρωται γάρ σοι καὶ τὰ πρὸς τὸν πατέρα δίκαια, διὰ τὴν εἰς τὴν μητέρα φιλανθρώπων· οὐδὲν γὰρ ἀπαιτήσω πλεῖον εἰς ἐμαυτὸν, ὧν εἰς ταύτην εὐσεβήσεις· μᾶλλον δὲ καὶ προσειληφέναι παρὰ σοῦ πολὺ μέρος εὐεργεσίας ὁμολογήσω. πρέποι δ' ἄν σοι μητρὶ χάριν περὶ πολλῶν ἀποδιδόντι, μεγάλης εὐεργεσίας ἀρχὴν κτήσασθαι πρὸς πατέρα.

ρδ'. ΠΑΤΡΟΛΑΙ.

Οὐχ ὑπὸ σοῦ πολλὰ νομίζω χρήματα αἰτεῖσθαι, μὰ τοὺς θεοὺς, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἐνδεέστερον εὑρίσκω, ἢ δεῖ, χρηστότη-

48. Ἀπολαύσεως μετέχειν ἀξιοῖ] Silentio praetermittenda non est Cod. Med. A. scriptura, ἀπέλαυσεν, ὧν μετέχειν ἀξιοῖ, nonnullis fortasse non displicitura. sed alterum reliqui libri omnes.

53. Πεπλήρωται] Vulgo πεπληρώσεται. sed antiquiores MSS. Lugd. A. B. Angl. Pal. & Marg. Ald. secutus, scripsi πεπλήρωται.

54. Οὐδὲν γ. ἀπαιτήσω πλεῖον ἐ. ἐ. ὧν εἰς ταύτην εὐσεβήσεις] Sic scripsi ex emendatione *Hemsterhusii*, quam in margine sui exemplaris notauerat ille, pro eo, quod vulgo editur, Οὐδὲν, ἂν——εἰς ταύτην εὐσεβήσῃς. Accedunt MSS. fere omnes. Plane enim sic Lugd. A. B. Angl. Pal. & eius loco ὧν ἂν ἐ. τ. εὐσεβήσῃς Lugd. C. Med. B. Burm. & ed. Ven.

56. Πρέποι δ' ἄν σοι] Ita scripsi cum Lugd. C. cum in MSS. plerisque inuenirem πρέπει δ' ἄν σοι. sic enim Lugd. A. B. Angl. Pal. & Marg. Ald. Reliqui vero libri πρέπει γάρ σοι. sed haud dubie verum πρέποι, quod fere ex formula est. *Plat.* Theaet. p. 108. E. τοῖσδε δὲ πρέποι τε ἂν τοῦτο—— *Liban.* Ep. CCCCXIII. πρέποι δ' ἂν ἥκοντος, κ. τ. λ. Noster, ep. I. δύναιο δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἑαυτῆς παθῶν, κ. τ. λ. ep. XXXVI. γένοιο δ' ἂν ἡμῖν καλλίων σὺ καὶ πρεπωδέστερος στέφανος. ep. LXIV. μάθοιτε δὲ ἂν τὸ τοιοῦτον, κ. τ. λ.

57. Εὐεργεσίας ἀρχὴν κτήσασθαι πρὸς πατέρα] Genus loquendi illustrat *D'Orville.* ad *Charit.* l. IV. c. VI. p. 417. *Thucydides*, l. I. p. 83. l. 32. εὐεργεσίαν δὲ ἀπὸ τοῦδε πρῶτον ἐς βασιλέα κατέθετο, καὶ τοῦ παντὸς πράγματος ἀρχὴν ἐποιήσατο. Nostro propius est hoc *Lucian.* t. II. Ald. p. 175. μείζους ἀρχὰς εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμέ.

61. Ἀλλ' ἐμαυτὸν ἐνδεέστερον εὑρίσκω, ἢ

matre, ac viro facto, fructuum esse particeps vult, nihil expertus molesti. Speciatim vero prae aliis mater tua, propter exilium meum, educatione tua fatigata est, cum pro ambobus sola curam sustineret. Quare etiam tu, quam vtrique parenti debes, gratiam vni matri, quae cuncta fecit, refer. Nam expleta tibi erunt etiam, quae patri debentur, officia, pietate in matrem. Nihil enim requiram amplius in me, quam vt in eam pius sis: imo vero, accepisse etiam a te magnam me partem beneficiorum, confitebor. Deceat vero te, matri quum gratiam pro multis referas, magnorum beneficiorum initium facere in patrem.

CIV. PAVROLAE.

Non magnam a te puto pecuniam peti, ita me dii, sed memet sentio minus, quam par est, liberalitati filii

ἢ δεῖ, χρηττότητι παιδὸς ὑπηρετεῖν] E'νδεέστερον εὑρίσκω ἤδη libri operarum formis descripti omnes. Sed *Bentleius*, e MSS. quibus vsus est *Boyleus*, legendum docuit ἐνδεέστερον εὑρίσκω, ἢ δεῖ, idque valere *minus, quam par est, parcius, quam par est.* vid. Diss. de Epist. Phal. p. 51. Idem e Cod. Pal. restituit in margine sui exemplaris *Hemsterhusius.* Conueniunt Lugd. A. B. Angl. Med. A. Burm. & Marg. Ald. E'νδεέστερον, ἢ δεῖ, ab iisdem pro ἐνδεέστερον ἤδη vindicatum ep. cxxxv. confirmant quoque MSS. quibus vtor, vt suo loco dicetur. Loquuntur ad eam rationem saepe optimi quique scriptores. *Sophocl.* Philoct. 549. Ἀλλ' αἰσχρὰ μέν τοι, σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον Ξένῳ Φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν. Nec valde repugnabo, si quis ita acceperit, quod supra, ep. lxxvii. extr. legitur, οὐδενὸς τῶν σφόδρα ἐπὶ τούτοις θαυμαζομένων ἐνδεέστερον, vt intelligatur ἐσχηματισμένον, vel simile, ex antecedente membro repetendum. Video tamen, ἐνδεέστερον etiam ibi accipi posse, pro δεύτερον, vel λειπόμενον; vt in illo *Thucydidis*, l. I. p. 10. l. 11. Οὔκουν ἀπιστεῖν εἰκὸς —— νομίζειν δὲ τὴν στρατιὰν ἐκείνην μεγίστην μὲν γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς, λειπομένην δὲ τῶν νῦν. τῇ Ὁμήρου αὖ ποιήσει εἴ τι χρὴ κἀνταῦθα πιστεύειν, ἣν εἰκὸς ἐπὶ τὸ μεῖζον μὲν ποιητὴν ὄντα κοσμῆσαι, ὅμως δὲ φαίνεται καὶ οὕτως ἐνδεεστέρα. Aliter paullo *Synesius*, ep. cv. p. m. 230. ἐγὼ δὲ καταμανθάνων ἐμαυτὸν εὑρίσκω παντάπασιν ἐνδεέστερον, ἢ ὡς ἁρμόσαι τῇ τῆς ἱερωσύνης σεμνότητι. quae adeo nostris similia sunt, vt suspicari possis, olim scriptum fuisse, ἐμαυτὸν ἐνδεέστερον εὑρίσκω, ἢ ὡς χρ. π. ὑπηρετεῖν· tametsi in tanto librorum consensu non temere illud ἢ δεῖ deserendum putem.

τητι παιδὸς ὑπηρετεῖν. εἰη μέν τοι σε εἰς ὅσα φὴς ἀναλίσκειν· καὶ οὑτω δίδους τῶν ληψομένων φίλων ἀπορήσεις θᾶττον, ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς αἰτούμενος. ὅτῳ γὰρ ἂν προηγῆται τὸ λαμπρῶς χαρίζεσθαι, ἕπεται τὸ μεγαλοφροσύνης ἀξίως κτᾶσθαι. ὅταν δὲ ἅπαξ τὸ δρᾷν πρόθυμον παρῇ τισι, τὸ κατορθοῦν ἕτοιμον αἱ τύχαι παρέχονται. μὴ δὴ καταιδούμενός με τοιούτοις παῤῥησιάζου λόγοις, ὡς οὐκ ἀσμένως ὀλίγα διδόντα υἱῷ, δι' ὃν τὰ πάντα περιεποιησάμην. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ μέμφεσθαί σε τῆς πρὸς τοὺς ἑταίρους ἐκτενείας, ὥσθ' ὑπερφυῶς ἡδόμενος, ἄξια παραινῶ σοι διανοεῖσθαι τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας· ἵνα μὴ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἧς μεγαλόφρων, συμπαραμενούσης δέ σοι τῆς αὐτῆς τύχης, ἐσαεὶ φυλάττοις τὸ βούλημα. καὶ δίδομεν οὖν ἀσμένως, ὦ γενναῖε Παυρόλα, καὶ λαμβάνομεν χάριν παρὰ σοῦ, τὸν τρόπον τῆς δαπάνης οὕτως εὔελπιν καὶ χρηστὸν ὄντα.

ρε'. ΕΥ-

tem. Quo cum inprimis conferendum, quod eſt in *Philippi* epiſt. ad S. P. Q. A. op. *Demoſth.* p. 115. E. οὓς ἐγὼ μὲν ἐτιμωρησάμην ἐνδεεστέρως, ἢ προσῆκεν. adde *Xenoph.* Cyr. Inſt. l. VIII. p. 119. l. 6. Ὃ δὲ μοὶ δοκεῖ ἐνδεέστερον, ἢ ὡς ἐχρῆν δηλῶσαι, τοῦτο ἐγὼ πειράσομαι τοὺς μὴ εἰδότας διδάξαι. Mutata conſtructione, ἐνδεεστέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι eſt in *Platonis* ep. IV. p. 1275. B. Quin ipſum ἐνδεέστερον ἤδη, ſi in eo plures conuenirent libri, non temere ſollicitandum poſſet videri, cum noſter ſic multis nominibus comparatis vtatur. in quo ſui ſaeculi magis, quam antiqui temporis, morem loquendi ſequitur. qua de re alibi dictum. Ipſum ἐνδεέστερον ita apud alios cernitur, in formula extenuandi, qua vtuntur interdum ſcriptores; vt *Plutarch.* de Anim. Tranq. p. 473. A. Δεῖ —— μὴ τὸν Ἡσίοδον ἐλέγχειν ἐνδεέστερον εἴποντα, κ. τ. λ. *Iulian.* ad S. P. Q. A. p. 268. B. πρὸς τὸ λυσιτελοῦν, ὥσπερ οἱ ῥήτορες, ἐνδεέστερον ἐπαινεῖν τὰς ἐλαττομένας. *Lucian.* I. Nigr. p. 48. l. 68. κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν. quod plenius idem, t. II. pro Imag. p. 495. l. 83. ὥστε ταύτῃ γε οὐχ ὅπως ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι.

64. Οὕτῳ γὰρ ἂν προηγῆται] *Hemſterhuſius*, ad marginem edit. Boyl. vbi ὅσῳ γ. ἂ. προσηγεῖται, ſcripſerat ὅτῳ —— προηγεῖται. Et ὅτω quidem plane ſcriptum in Burm. & Marg. Ald. confirmant Lugd. A. B. & Angl. vbi vitioſe eius loco οὕτω. Προηγεῖται vero, quod, praeter Boyl. ed. libri operarum formis deſcripti omnes habent, praecipuos MSS. ſecutus, mutaui in προηγῆται. Sic enim Lugd. A. B. Angl. & Burm.

65. Τὸ μεγαλοφροσύνης ἀξίως κτ.] Quod in Pal. Burm. & edit. Comm. eſt, μετὰ ante μεγαλοφροσύνης interpretis eſſe videtur. *Thucyd.* l. III. p. 191. l. 30. κολασθήτωσαν δὲ καὶ νῦν ἀξίως τῆς ἀδικίας. & ſic paſſim quique ſcriptores.

ſubſeruire. Liceat enim vero tibi in ea, quae dicis, inſumere: ſic demum quum des, accepturis amicis indigebis citius, quam quum a patre petas. Apud quem enim antecedit ſplendide gratificari, is, conſequens eſt, vt animi magnitudine digne acquirat. Si qui vero ſemel ad agendum promto animo acceſſerint, id quo perficiant, praeſtabit fortuna. Noli, quaeſo, reuerentia mei talibus vti verbis, quaſi non libenter pauca dem filio, cuius cauſa omnia acquiſiui. Tantum enim abeſt, vt reprehendam prolixum tuum in amicos animum, vt ſupra modum laetatus horter te, ſentias digna tanta humanitate. Quo non ſolum nunc magna ſapias, ſed, eadem te comitante fortuna, ſemper eam ſerues voluntatem. Damus enim vero libenter, generoſe Paurola, & beneficium accipimus a te modum ſumtuum, qui tantam det bonae indolis ſpem.

67. Μὴ δὴ καταιδούμενός με] Legendum forte *μηδὲν καταιδούμενός με*, *nihil reueritus:* aliter poſcit conſtructio Graecis vſitatior, vt *μὴ* verbo ſequenti referatur, quod ſenſum reddet confuſum. BOYL. *Boyleus* ſententiam omnem inuertit. Petierat Paurolas a patre pecuniam, non ſine metu offenſionis, quaſi is *tantam* (*πολλὰ χρήματα*) pecuniam in amicos conferendam non libenter (*οὐκ ἀσμένως*) ſibi daturus eſſet. Cui ille, extenuans petitum, vt animos addat petenti filio, *Noli*, inquit, *reuerentia mei, talia palam dicere, quaſi ego* non libenter pauca *dem filio, cuius cauſa omnia acquiſiui.*

73. Φυλάττοις τὸ βούλημα] Vulgo *φυλάττῃς βούλημα*. Articulum *τὸ* addidi, cum Lugd. A. C. Angl. Med. B. Burm. edd. Baſ. & Aurel. Pro *φυλάττῃς*, a me receptum *φυλάττοις*, e Burm. cum in Med. B. eſſet *φυλάττεις*, & eo deterius etiam in Pal. *φιλάττειν*.

75. Τὸν τρόπον τ. δ. ὁ. εὔελπιν καὶ χρηστὸν ὄντα] *Ariſtoteles*, Top. II. c. VI. p. 199. D. *εὔελπιν* dicit eſſe *τὸν ἀγαθὰ ἐλπίζοντα*. Atque ita paſſim iſto nomine vtuntur veteres, tragici, oratores, hiſtorici, alii. Propius noſtro eſt, quando citerioris Graeciae ſcriptores *βίον εὔελπιν*, & ſimilia, dicunt. vt *Hierocl.* in Aur. Pyth. C. p. 124. Καὶ *εὔελπις δὲ τοῦ λοιποῦ ὁ βίος*, κ. τ. λ. Huic contrarium *δύσελπιν βίον* habet *Syneſ.* Ep. LVII. p. 196. *τὸ μὲν οὖν μέγιστον τῶν κακῶν, ὅ μοι καὶ δύσελπιν εἶναι τὸν βίον ποιεῖ*, κ. τ. λ. In *Max. Tyr.* Diſſ. XI. p. 125. Socrates *ἐλάμβανε παρ' ἑαυτοῦ, συνεπινευόντων ἐκείνων (θεῶν), ἀρετὴν ψυχῆς, καὶ ἡσυχίαν βίου, καὶ ζωὴν ἀμέμπτον, καὶ εὔελπιν θάνατον, τὰ θαυμαστὰ δῶρα, τὰ θεοῖς δοτά.* vbi praeſtat legi *τὰ θεόσδοτα*· quod *Heſiodi* eſt, Op. v. 320. In his *εὔελπις* idem fere eſt, quod *ἐν ᾧ εἰσίν ἐλπίδες*, vt loquitur *Plato*, Protag. p. 228. F. de bonae ſpei iuuenibus.

ρε'. ΕΤΡΤΘΕΙΑΙ.

Εἰ μὲν εὐλαβουμένη τὸν ἐν τυραννίδι βίον, οὐ τολμᾷς εἰς Ἀκράγαντα πέμψαι Παυρόλαν, συγγνώμην ἔχω σοι, καὶ ὡς γυναικὶ καὶ ὡς μητρὶ, δεδοικυίᾳ περὶ ἀγαπητοῦ παιδός. εἰ δὲ ὡς μόνη, καὶ οὐ μετ' ἐμοῦ γεγεννηκυῖα, μόνη δικαιοῖς ἔχειν αὐτὸν, ἀγνωμόνως κρίνεις τὰ περὶ γονέων. κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἀποτομώτατον λόγον, πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον, ἢ μητρός· κατὰ δὲ τὸν εὐγνωμονέστερον, ἑκατέρων ἴσος. εἰ δὲ τὸ μεταδοῦναί ποτε καὶ τῷ γεγεννηκότι τὸν υἱὸν, σαυτῆς ἐλάττωσιν ἡγῇ, τί δοκεῖς τὸν μηδὲ μέρους ἀξιούμενον; κοινωνικότερον δὴ ποιοῦσα, πέμψον αὐτὸν ὡς ἐμὲ, οὐ διὰ μακρᾶς ἥξοντα πρὸς σὲ, ἀλλὰ θᾶττον, καὶ μεθ' ὅσων δεῖ Φαλάριδος καὶ Εὐρυθείας παῖδα· ἵνα, εἰ καὶ μὴ μετ' ἐμοῦ, μετ' ἀλλήλων γοῦν ἐν ἀφθονίᾳ βίου βιωτεύητε. εἰς τίνας γὰρ ἄν τις ἀναγκαιοτέρους εὔξαιτο περιουσιάζειν, γυναικὸς ἢ παιδὸς οὐκ ἐπιμεληθείς; ἐγὼ δὲ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακὼς, ὡς εἰκὸς ἄνδρα καὶ πατέρα, βούλομαι τῶν παρ' ἐμοὶ χρημάτων μοῖραν οὐκ ὀλίγην ἐν ὑμῖν τοῖς φιλτάτοις ἐναπερείσασθαι, καὶ τοῦτο σὺν τάχει πρᾶξαι, καὶ διὰ τἄλλα μὲν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὸ ἐπιὸν ὦρας, καὶ διὰ τὴν πρόσφατον συμβεβηκυῖάν μοι χαλεπὴν νόσον. ὑπομιμνήσκει γάρ με τελευταίαν ἡγεῖσθαι τοῦ ζῆν

82. Πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον, ἢ μητρός] Videtur ab eo dissentire, quod supra dixerat, ep. XIX. (CIII.) πατρὸς ἀμέλησον μᾶλλον, ἢ μητρὸς, &c. BOYL. Aliud matri, huius argumentum, aliud, epistolae CIII. filio scribi, postulabat. Mox pro ἑκατέρων ἴσος, quod est in Med. A. & B. ἑκατέρων ἴσως, erunt fortasse, quibus placere possit. mihi interpretis esse videtur.

88. Ἐν ἀφθονίᾳ βίου βιωτεύητε] Vulgo editum ἐν ἀφθονίᾳ πλούτου. sed Lugd. A. B. & Marg. Ald. ἐν ἀφθονίᾳ βίον βιωτεύητε. cuius loco reliqui MSS. Angl. Pal. Lugd. C. Med. B. C. & ed. Ven. ἐν ἀφθονίᾳ βίου βιωτεύητε. Burm. vero ἐν ἀφθονίου βιωτεύητε. Vtrumque & ἐν ἀφθονίᾳ βίου β. & ἐν ἀφθονίᾳ βίον β. dici potuit recte. Et illi quidem interpretando inseruisse πλούτου, veri simile est. quare, plerosque libros secutus, scripsi ἐν ἀφθονίᾳ βίου.

92. Ἐν ὑμῖν τοῖς φιλτάτοις] Ipsa *Thucydidis* verba sunt, l. III. p. 203. l. 9. sed

CV. EVRYTHEAE.

Si timore vitae in tyrannide, non audes Agrigentum mittere Paurolam, ignoſco tibi, cum vt mulieri, tum vt matri, metuenti dilecto filio. Sin, quaſi ſola, & non mecum genueris, ſolam eum habere, iuſtum putas, inique res parentum iudicas. Nam ſummo iure patris erit filius magis, quam matris, aequiore vero, vtriusque aequaliter. Quod ſi, cum genitorem participem facias filii, tui fraudationem putas, quid de eo cenſes, qui ne parte quidem dignus habetur? Communitatis itaque ratione habita, mitte eum ad me, non longe poſt rediturum ad te, ſed cito, & quibuſcum oportet Phalaridis & Eurytheae filium. Vt, etiamſi non mecum, inter vos tamen, in rerum omnium abundantia viuatis. Qui enim neceſſarii magis eſſe poterunt, in quos quis cupiat ſibi opes ſuppetere, ſi neglexerit vxorem aut filium? Ego vero veſtrum ſtudioſus, ſicut par eſt virum & patrem eſſe, volo diuitiarum, quae mihi ſunt, partem non exiguam apud vos deponere, idque facere quam primum; cum propter alia, tum inprimis propter ſenectutem appropinquantem, & in quem nuper incidi, vehementem morbum. Admonet

ſed in re diuerſa, ἐν ὑμῖν τοῖς πρὶν φιλτάτοις.

95. Τ'πομιμνήσκει γάρ με, κ. τ. λ.] Apud *Plutarch.* Apophth. p. 182. B. Antigonus, Νοσήσας μικρὰν νόσον, ὡς ἀνέῤῥωσεν, οὐδὲν (ἔφη) χεῖρον ὑπέμνησε γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος μὴ μέγα φρονεῖν, ὡς ὄντας θνητούς. Idem Alexandro tribuitur, apud *Stobaeum*, S. XXI. p. 176. l. 56. Cum reliqua ſententia conf. *Muſon.* apud *Stob.* S. I. p. 17. l. 34. Οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι. Huius generis plura, ſapienter a veteribus dicta, ſi quis legere cupiat, inſpicere poterit *Gataker.* Ann. ad *M. Anton.* l. II. p. 55. & 58. nec non *Hemſterh.* ad *Lucian.* t. I. Nigr. p. 67. Vſum nominis προθεσμία, in priſcis ſcriptoribus, illuſtrat *D' Orvill.* Anim. ad *Charit.* l. III. p. 245. Noſter, dum ep. XCVII. θανάτου προθεσμίαν, & hic, τὴν τελευταίαν τοῦ ζῆν προθεσμίαν, τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν, vocat, cum ſui ſaeculi Graecis loquitur.

ζῆν ἀνθρώπῳ προθεσμίαν τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν. τῆς δὲ παρουσίας τῆς Κρήτηθεν εἰς Ἀκράγαντα, καὶ τῆς ἐνθένδε πάλιν ἀφόβου τὸ πιστὸν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, ἡ τοῦ πατρὸς εὔνοια παρέξεται μᾶλλον, ἢ ὁ τῆς μητρὸς φόβος.

ρς'. ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΩι.

Οὐκ οἶδα τί σου μᾶλλον ἄν τις θαυμάσειεν, ὦ Πολύκλειτε, τὴν ἰσχὺν τῆς ἰατρικῆς, ἢ τὴν τοῦ τρόπου πίστιν. ἡ μὲν γὰρ ἰσχὺς τυραννοκτόνον νενίκηκε πάθος, ὁ δὲ τρόπος, τιμὰς τυραννοκτόνους. δι' ἀμφοτέρων δὲ τούτων ἡ σὴ δικαιοσύνη δραμοῦσα, τὸν δυσὶ κινδύνοις ἀναιρούμενον, ἀφύκτου τε νόσου προσβολῇ, καὶ τιμαῖς πολεμίων, διεσώσατο. μόνῳ γάρ σοι παρῆν, κτείναντός με τοῦ πάθους, μηδὲν ἀπὸ τῆς τέχνης ἀντιπράξαντι, τετυραννοκτονηκέναι δοκεῖν· καὶ μὴ κτείναντος δὲ, πᾶν ἑτοίμως τὸ δοθὲν ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ μου λαβόντος, αὐτὸς διαφθεῖραι. ἦν δὲ καὶ τὸ δόξαι διαφθεῖραι πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ὁμοίων τι-

1. Τί σου μᾶλλον ἄν τις θαυμάσειεν] Vulgo τί σ. μᾶλλον θαυμάσαιμι. cuius in locum alterum substitui, plerosque MSS. secutus. Sic enim Lugd. A. B. Angl. & Pal.

3. Τιμὰς τυραννοκτόνους] Constat ex hac epistola Phalaridis inimicos singularis praemii spe Polycletum sollicitasse; quamquam etiam tyrannicidis praemia a legibus constituta essent: vt videbis in ep. CXLVII. (XIII.) & *Lucian.* in Tyrannicida. BOYL. In antecedentibus, Lugd. A. & Angl. τυραννικὸν ἐνίκησε πάθος. sed non temere ab altero, quod in reliquis libris est, τυραννοκτόνον νενίκηκε πάθος, recedendum. Ita mox τιμὰς τυραννοκτόνους, vt *Euripid.* Iphig. Taur. 776. ξενοκτόνους τιμὰς· tum τετυραννοκτονηκέναι; porro τυραννοκτονίας. vt, sophistam, appareat, studio haec verba copulata, tanquam grande aliquid sonantia, sectatum esse.

5. Ἀφύκτου τε ν. πρ.] Ita scripsi cum Lugd. B. C. reliqui libri omnes ἀφεύκτου. Ferunt quidem vtrumque linguae rationes, sicut φυκτὸς & φευκτός. sed vsu probatum ἄφυκτος; vt docent scripta tragicorum, *Platonis*, aliorum, si a paucis locis recedas. quae hic notasse operae pretium non est. Legi interea poterunt *Solan.* ad *Luc.* t. II. Q. H. C. p. 68. *Reitz.* ad eiusdem Iou. Conf. p. 626. & inprimis *Eustath.* ad *Hom.* Od. Λ. p. 1385. l. 11.

6. Διεσώσατο] Scripsissem περιεσώσατο, vt MSS. plerique, Lugd. A. B. Angl. & Pal. habent, & nostri, ep. XIII. & alibi, loquitur; nisi studio is διεσώσατο hic scripsisse videri posset, vt responderet antecedentibus, δι' ἀμφοτέρων δὲ τούτων ἡ σὴ δικαιοσύνη δραμοῦσα.

8. Καὶ μὴ κτείναντος δὲ, π. ἑ. τὸ δοθὲν, ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ μ. λαβόντος, αὐτὸς διαφθεῖραι.

net enim me, vt vltimum exiſtimem vitae terminum homini ſtatutum, praeſentem diem. Aduentus vero ex Creta Agrigentum, & reditus inde tuti fidem ei ad ſecuritatem patris beneuolentia praeſtabit magis, quam matris metus.

CVI. POLYCLITO.

Haud ſcio, quid in te magis laudandum ſit, Polyclite, vis medicae artis, an naturae fides. Nam vis tyrannicidam vicit morbum, natura vero honores tyrannicidas: cum vtroque hoc ſpectata tua iuſtitia duobus periculis periuntem, & ineuitabilis vi morbi, & praemiis hoſtium, conſeruauit. Solus enim tu poteras, ſi me interemiſſet morbus, nullo ab arte remedio obnixus, tyrannicida videri, ac ſi non interemiſſet, quodcunque daretur, eo tanquam ſalutifero a me ſumto, ipſe interfeciſſe. Atque etiam caedis opinio facere poterat ad obtinenda ſimilia praemia. Verum enim vero no-

διαφθεῖραι] Particulam δὲ, praetermiſſam vulgo, e Lugd. A. & Angl. recepi, tum retinui cum plerisque MSS. & edit. τὸ δοθὲν, cum Burm. Lugd. C. & quaedam edit. haberent πᾶν ἑτοίμως δοθέν. Praeterea λαμβάνοντος, quod in edit. eſt, mutaui in λαβόντος, quod adſcriptum inueni in Margg. Lugd. A. & Angl. Adſcripſerat autem neſcio quis, ad λαβόντος, haec: Ταύτῃ τῇ συντάξει ἐχρήσατο καὶ Θουκυδίδης ἐν τῷ ά. Καὶ ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων, ἠγγέλθη αὐτῷ, ὅτι Μέγαρα ἀφέστηκε. Quae, e *Thucydidis* l. I. p. 73. l. 85. ſumta, inueniuntur in Lugd. C. vbi ad initium fere epiſtolae relata ſunt, & διαβεβηκότες legitur. Genus conſtructionis, ſaepe tractatum ab eruditis, notauit, ad *Thucyd.* l. c. ſcholiaſta. Porro pronomen αὐτὸς auctori vindicaui, praeeunte Angl. In Lugd. A. autem idem inter verſus ſcriptum inueni. Eius, in reliquis libris, abſentia haud dubie ex ignoratione conſtructionis repetenda, cum verbum nullum eſſet, ad quod referri poſſe videretur caſus primus αὐτός. Sed, eo cum verbo infinito nihil eſſe Graecis frequentius, ſciunt, qui Graecos ſcriptores ſolent tractare. Legi inprimis merentur, quae hanc in rem notauit *I. Ph. D' Orville*, accuratae vir eruditionis, Anim. ad *Charit.* l. I. p. 52. vbi etiam, caſum iſtum verbis infinitis iungi docet interdum, licet non antecedat, vel commode intelligatur idem aliunde. E quo genere noſtrum eſt: nam antecedenti, μόνῳ γάρ σοι παρῆν ——— δοκεῖν, ſubiicitur αὐτὸς διαφθεῖραι. Cui non diſſimile illud *Platonis*, Apol. p. 18. C. πολλαὶ μὲν ἀπέχθειαί μοι γεγένηνται, —— ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι σοφὸς εἶναι.

10. Πρὸς τὸ τυχεῖν] Burm. cum edd. quibusdam πρὸς τῷ τ. ſed reliqui omnes πρὸς τὸ τ. quod mutandum non eſt.

τιμῶν. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐβουλήθης κέρδος ἄδικον ἀντὶ δόξης δικαίας ἑλέσθαι. ἴσως γὰρ οὐδὲ εἶχεν ὁ παραδούς σοι καιρὸς ἐμὲ διὰ τὴν νόσον τυραννοκτονίας εὐσεβοῦς τύπον. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπί σοι γενόμενος, ὅ, τι βούλοιό μοι χρῆσθαι, τὰς ἀξίας χάριτας οὐκ ἔχων τοσαύτης ἀρετῆς ἀποδοῦναι, τοῦθ' ἓν οἶδα, ὅτι τοῦ κτίσαντος θεοῦ τὴν τέχνην, ἄξια φρονεῖν ἐπαιδεύθης. ὅμως δὲ σὺν τοῖς τῆς ἰατρικῆς καὶ τοῖς τῆς πίστεως ἐπαίνοις, ἀπέσταλκά σοι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χαριστήρια, φιάλας ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρας, καὶ κρατῆρας ἀργυροῦς οὐ τῆς καθ' ἡμᾶς τέχνης δύο, καὶ ποτηρίων θηρικλείων ζεύγη δέκα, καὶ παῖδας ἀφθόρους εἴκοσι, καὶ ἀργυρίου

13. Ἐγὼ μὲν ἐπί σοι γενόμενος, ὅ, τι βούλοιό μοι χρῆσθαι] Reddunt vulgo, *ego igitur in tua poteſtate conſtitutus*, vel ſimile. Non male, ſi modo teneatur, diuerſa eſſe ἐπί τινι γενέσθαι, & ὑπό τινι γενέσθαι. quorum illud non multum differt a forma loquendi ἐν τινὶ εἶναι, de qua leg. *Valcken.* ad *Euripid.* Phoen. v. 1256. Nam ἐπὶ in ſimilibus *curae* conficit ſignificationem, cerniturque ea ipſa poteſtas etiam, quum quis θνήσκειν, vel ἀποθνήσκειν ἐπί τινι, ἐπὶ παισὶν, cet. dicitur. quod eſt *mori, rebus ſuis alicuius curae commiſſis*, ſim. atque adeo, *herede aliquo inſtituto.* vt recte *Luciani* verba, t. I. D. Mort. p. 356. interpretatur *Hemſterhuſius* ὁ μακαρίτης. Mox pro ὅτι, quod vulgo in libris inuenitur, repoſui ὅ, τι. Dictum velut ex formula ἐγὼ ἐπί σοι γενόμενος, ὅ, τι βούλοιο χρῆσθαι. *Plato*, Theaet. p. 139. C. τῷ λόγῳ παρέξομεν, ὡς ναυτιῶντες, πατεῖν τε καὶ χρῆσθαι, ὅ, τι ἂν βούλῃται. *Lyſias*, contr. Andoc. p. 118. παραδέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούλησθε. Ad quam rationem ſi, noſtro in loco, abeſſet μοὶ, id non valde ſollicitarem. Sed ita libri omnes, praeter Angl. vbi μέ. Forte latet in eo ἄν.

17. Τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χαριστήρια] *Animi mei pignora.* Nempe ob eam, quam tibi acceptam refero, valetudinem. BOYL. *Boyleus*, interpretem editionis Aurel. ſecutus, reddit *animi mei pignora.* Melius *Naogeorgus*, alii, *pro vitae meae conſeruatione praemia.* qua virtute notum ψυχή. E multis noto *Euripidis* locum, in Alceſt. 341. Σὺ δ' ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα Ψυχῆς, ἔσωσας. quo cum ſi noſtrum contuleris, id fauere patebit Lugdunenſis C. ſcripturae, vbi pro ἐμαυτοῦ, ἐμῆς; quod etiam adſcriptum in Lugd. B. & Angl. Porro χαριστήρια τῆς ψυχῆς dicuntur, vt χαριστήρια γενέσεως καὶ τροφῆς, apud *Iulian.* Or. I. p. 16. C. vbi vid. *Spanhem.* p. 146. Χαριστήρια τῶν ἀγώνων ad eandem rationem habes, apud *Dionyſ. Halicarn.* Ant. Rom. l. VI. p. 414. l. 18. In Epiſtolis, quae *Euripidi* tribuuntur, n. III. ed. Cui. p. 350. ὁμολογῶ —— πειράσασθαι τοῦ καλοῦ τούτου ἔργου πολλὰ πάνυ καὶ μεγάλα παρασχεῖν σοι χαριστήρια. Apud *Appian.* Lib. p. 23. Μασσανάσῃ Ῥωμαῖοι χαριστήρια τῆς συμμαχίας, στέφανόν τε ἀπὸ χρυσοῦ, —— ἔπεμπον. Ipſe noſter, ep. CX. χαριστήρια τῆς σωτηρίας vocat, quae σῶστρα, καὶ χαριστήρια nominantur in Inſcr. apud *Spon.* Miſc. Er. Ant. p. 132, & 133. ab aliis autem σῶστρα. Sed ſatis iam exemplorum e citeriorum Graecorum ſcriptis; quibus ſimilia apud antiquiores non memini me legiſſe; tametſi notum iis fuit nomen χαριστήριον.

18. Φιά-

noluisti lucrum iniustum iustae gloriae anteferre. Fortasse enim, quod tibi tradidit me, tempus propter morbum ne quidem habebat tyrannicidii sancte perpetrati formam. Ego vero cum in tua fui potestate, vt, quod velles, mihi faceres, tantae virtuti remunerandae impar, vnum hoc noui, te conditore artis, deo, digna sapere doctum esse. Verum tamen cum medicae artis & fidei laudibus misi tibi dona ob vitam meam conseruatam, phialas auri puri quatuor, crateras argenteos antiqui operis duo, poculorum Thericleorum paria decem, & pueros intactos viginti, & quinquaginta

18. *Φιάλας ἀπέφθου χρυσοῦ τ.*] Immoderationem sophistae in donis iam notauit *Bentleius*, Add. in Diss. XIX. p. 296. *Φιάλας χρυσέας* nominat *Herod.* l. I. p. 23. l. 50. Atque ita Atticos locutos esse, docet *Pierson.* ad *Moer.* p. 413. *Ἄπεφθος χρυσὸς* est apud *Herodotum*, qui l. I. p. 23. l. 62. *εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου* dixit. *Thucydid.* l. II. p. 107. l. 44. *ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα τεσσαράκοντα τάλαντα σταθμὸν χρυσίου ἀπέφθου.* Adde veterem poetam, apud *Suid.* v. *Ἀπέφθου χρυσίου.* & *Pataiscl.* alios.

19. *Οὐ τῆς καθ' ἡμᾶς τέχνης*] Errant, qui reddunt *non operis domestici*, aut simile. nam *κατὰ* in hac forma orationis ratione temporis ponitur, vt accepit *Naogeorgus*, cuius Latina sunt *non nostri saeculi arte factos.* In eandem sententiam *Cicero*, Verr. IV. 46. *in quibus*, inquit, *eburneae Victoriae antiquo opere, ac summa arte perfectae.* cui simile illud *Lucian.* t. III. Hipp. p. 71. *καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς ἀρχαίας ἐργασίας.*

19. *Καὶ ποτηρίων θηρικλείων ζεύγη δέκα*] De poculis Thericleis multi multa; sed omnium diligentissime *Bentleius* in Diss. de Ph. E. & Resp. III. isto nomine saepius ab aliis laudatus. Quae a nostro *ποτήρια Θηρίκλεια*, ea ab aliis frequentius nominantur *Θηρίκλειοι κύλικες*, vel etiam *οἱ Θηρίκλειοι.* Loca suppeditabit non pauca *Athenaeus*, l. XI. p. 470. E. cet. vbi etiam *κρατὴρ Θηρίκλειος*, & *τὰ Θηρίκλεια* nominantur. Plura praetereo sciens. E multis tango Lyconis philosophi testamentum, apud *Laert.* l. V. §. 72. p. 305. vbi ille, *Δίδωμι δὲ τῷ Καλλίνου παιδίῳ Θηρικλείων ζεῦγος, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ξοΐσκων ζεῦγος.* quo in loco, quid per *ξοΐσκων* intelligendum sit, disputatur a doctis. vid. *Menag.* ad *Laertii* l. c. & ad *Suid.* v. *Ῥοίσκος*, *Kuster.* Mihi, siquidem in veteribus libris scriptum fuisse *Ῥοιάκων*, docet *Stephanus*, idque confirmat *Suidas*, l. c. verisimile videtur, *Ῥοιάκων* ex vitiosa scriptura ortum nominis *Ῥοδιακῶν*, ac legendum esse *Ῥοδιακῶν ζεῦγος*, vt *Θηρικλείων ζεῦγος.* Vtrumque genus poculorum, veteribus in deliciis, iunctum vide in *Dioxippi* Philargyro, ap. *Athen.* l. XI. p. 472. *β.* *Τῆς Θηρικλείου τῆς μεγάλης χρεί' ἔστι μοι, Εὖ οἶδα, καὶ τῶν Ῥοδιακῶν——*, & in *Epigenis* Heroin. ib. p. 502. E. Cuius generis autem fuerint *Ῥοδιακαί*, docet, ex *Aristotele*, *Athen.* ib. p. 464. C. Nominis *ζεῦγος* vsum in similibus erudite, vt solet, illustrat *Valckenarius*, ad *Eurip.* Phoen. p. 116.

20. *Παῖδας ἀφθόρους*] *Παῖδας ἀφθόρους*, & *ἀφθόρους*, eosdem, quos *ἡβώοντας*, esse, docet, ad *Timaei* Lex. Plat. p. 96. *Ruhn-*

ρίου μυριάδας ἀττικὰς πέντε. Γέγραφα δὲ καὶ Τεύκρῳ τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, διδόναι σοι σύνταξιν, ὅσην λαμβάνουσιν οἵτε ναύαρχοι καὶ οἱ σωματοφύλακες, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ ταξίαρχοι, μικρὰν ἀμοιβὴν ἀντὶ μεγάλης εὐεργεσίας. προσκείσθω δὲ τῷ καταδεεστέρῳ τῆς εὐχαριστίας, τὸ προσομολογεῖν, ἴσην ἀμοιβὴν οὐκ ἔχειν ἀποδοῦναι τὸν εὐεργετηθέντα. 25

ρξ. ΑΛΚΙ-

Ruhnkenius, vir clariſſimus, & in primis mihi amicus. Vſum nominis ἤθεος tetigit etiam ſummus *Valckenarius*, ad *Eurip.* Phoen. p. 349. Ἄφορος, vel παῖς ἄφορος, iſta virtute, citeriorum Graecorum, & grammaticorum inprimis, nomen ἤθεος interpretantium, eſſe puto. *Herodoto*, *Platoni*, aliis, in eodem loco ſunt γάμων ἀγνοί. De verbis, quae ſubiiciuntur, καὶ ἀργ. μυριάδας ἀττικὰς πέντε vid. *Bentleius*, Diſſ. XIV.

21. Γέγραφα δ. κ. Τεύκρῳ, τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, διδόναι σοι σύνταξιν, ὅσην κ. τ. λ.] Ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως idem, qui διοικητής, vel ταμίας. *Tzetzes*, Chil. V. 837. de Teucro: Οὗτος ὁ Τεῦκρος γραμματεὺς Φαλάριδος ὑπῆρχεν, ἐπὶ τῶν διοικήσεών τε πάντων τῶν πραγμάτων Φαλάριδος. conf. infr. ep. CXXXVII. *Demoſth.* adv. Timoth. p. 1074. D. καὶ δοῦναι ἐκέλευσεν Ἀντιμάχῳ τῷ ταμίᾳ τῷ ἐμαυτοῦ, ὃς τούτῳ διώκει τότε πάντα. In decreto, apud *Laert.* l. VII. §. 11. τὸ δ' ἀνάλωμα τὸ εἰς τὰς στήλας γινόμενον μερίσαι τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως. vid. ibi *Caſaubonum*, & *Valeſ.* ad Excerpt. *Polyb.* p. 366. alios. Reliqua, διδόναι σ. σύνταξιν, κ. τ. λ. reſpexit *Tzetzes*, Chil. V. 860. vbi vocat σύνταξιν ἐτησίαν, ὁπόσην οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσι. Ex ſui temporis conſuetudine *annuum ſalarium* σύνταξιν vocauit noſter. Quae fuerit, apud antiquiores Graecos, huic nomini ſubiecta virtus, docent *Harpocration*, *Etymol.* & *Suidas*; in quorum verbis, quod ineſt, vitium correctum vide a ſummo *Valckenario*, not. ad *Herod.* l. II. p. 153. Docent autem eruditi, tributa illa, quae Athenienſibus pendebant ſociae ciuitates, quaeque ſoluendis militum ſtipendiis inſeruiebant, συντάξεις nominata; fuiſſe autem Calliſtratum, qui, nomen φόρων aegre ferentibus Graecis, in eius locum ſubſtituerit illud συντάξεων. vid. inter alios, *Spanhem.* ad *Iulian.* Or. I. p. 166. vbi praeterea, *Ariſtophanem*, docet, non συντάξεως, ſed φόρου nomine vſum eſſe, quum tributi illius faceret mentionem. Qui ſaepius σύνταξιν nominauit, *Plato*, non aliud cogitauit quam generatim

millia drachmarum Atticarum. Ac praeterea ſcripſi Teucro, diſpenſatori, vt ſalarium annuum tibi det, quantum accipiunt nauium praefecti, ſatellites, ac tandem ordinum ductores, paruum quidem illud pro magni beneficii vice. Eſto vero eius, qui remunerando impar ſit, ad hoc confiteri, vicem aequalem non poſſe reddere beneficiis affectum.

tim quandam συντεταγμένην διοίκησιν, quam nominis poteſtatem in *Demoſthene* etiam obſeruarunt grammatici, ſupra citati. vid. *Plat.* Rep. V. p. 658. D. Legg. III. p. 809. D. & V. p. 852. B. Tim. p. 1044. E. in quorum poſtremo loco ſic philoſophus: Ταύτην οὖν δὴ τότε ξύμπασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν ὁ θεὸς πρότερους ὑμᾶς διακοσμήσασα κατῴκισεν, — vbi vicina διακόσμησις & σύνταξις ſunt, ſicut κόσμος & τάξις idem fere eſſe, alibi dictum. Illo autem συντάξεων in locum nominis φόρων ſubſtituto, de quo ſupra, facilis dein tranſitus inde in ipſa militum ſtipendia, quem vſum etiam notauit *Suidas*. Sed in eum locum qui tranſtulerit, *Diodoro Siculo* equidem antiquiorem inueni neminem; quem vid. l. V. p. 367. l. 19. & alibi. Multo minus antiquioribus Graecis innotuit latius etiam ſumtum pro quouis *annuo ſalario*; vt apud *Appian.* Syr. p. 87. ὁ περιώνυμος ἰατρὸς Ἐρασίστρατος ἐπὶ μεγίσταις συντάξεσι Σελεύκῳ συνών. quibus plura addi neceſſe non eſt, cum nota ſint exempla.

23. Καὶ τῶν λοιπῶν οἱ ταξίαρχοι] Noſter, ep. LXIX. παραινῶ δὲ τοῦ λοιποῦ τῷ Κλεισθένει. atque ita τοῦ λοιποῦ paſſim apud alios. vid. *Markland.* Ann. in *Max. Tyr.* Diſſ. XVII. p. 682. Alterum τῶν λοιπῶν eſt apud *Herodot.* l. V. p. 394. l. 29. Ὄνειδος καὶ ἄλγος μέγιστον μὲν αὐτοῖσι ἡμῖν, ἔτι δὲ τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὅσῳ προεστέατε τῆς Ἑλλάδος. &, l. VI. p. 453. l. 76. καὶ τοὺς Ἀψινθίους τρόπῳ τοιῷδε ὡσάμενος, τῶν λοιπῶν πρώτοισι ἐπολέμησε Λαμψακηνοῖσι. vbi male *Valla* reddit *primis ceterorum*. quo errore etiam lapſi ſunt in interpretando *Apollodoro*, l. I. c. VI. §. 2. Τῶν δὲ λοιπῶν, Ἀπόλλων μὲν Ἐφιάλτου τὸν ἀριστερὸν ἐτύφλωσεν ὀφθαλμόν, cet. quae egregie emendauit *Bentleius*, criticorum princeps, not. ad *Horat.* l. II. od. XIX. v. 23.

25. Προσκείσθω] Si libri fauerent, mallem προκείσθω, vt ep. CXXXVII. ἔνθα πρόκειται δοκεῖν. Sed, iis repugnantibus, nihil hic quidem muto.

ρξ'. ΑΛΚΙΒΟΩι.

Πολύκλειτος ὁ Μεσσήνιος, οὗ κατηγορεῖς παρὰ τοῖς πολίταις προδοσίαν, ἰάσατό μου νόσον ἀνήκεστον. οὐκ ἀγνοῶ δὲ λύ- 30
πας εὐαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα. σὲ δὲ οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν. σώματος μὲν γὰρ ἀῤῥωστίαν θεραπεύει τέχνη. ψυχῆς δὲ

νόσον

28. ΑΛΚΙΒΟΩι] Hemſterhuſius adſcripſerat Ἀλκίμῳ. Sed libri, quos vidi omnes, Ἀλκιβόῳ. quare hoc retinui.

29. Ὁ Μεσσήνιος] De Polyclito, noſtri medico Meſſanio, vid. *Raguſ.* Elog. Sic. n. ccxx. & *Fabric.* Bibl. Gr. t. XIII. p. 376. Vrbis Meſſanae ac Meſſaniorum rationes, quorum mentio etiam ſit ep. cviii. & cx. diuino ſuo ingenio, ſuaque eruditione, digna commentatione excuſſit *Bentleius*, Diſſ. de Phal. Ep. & Reſp. ad B. IV. De nominis ſcriptura, in qua etiam, in his epiſtolis, variant libri, ſaepe egerunt eruditi; quos, in ſimilibus, nolim manuſcriptorum auctoritate niti, cum in iis plerumque incerta horum ratio ſit. Antiquitus per duplex σσ ſcriptum fuiſſe, docent numi complures, apud *Paruſ.* tab. xx. cet. nec temere apud poetas id inuenias, prima ſyllaba breui. Nam etſi μέσος, & μέσσος dicitur, vbi tamen nomen loci eſt, μέσσος ſolum ſpectari videtur. Et quidem antiquiſſimum nomen Μέσση fuiſſe, diſcimus ex *Homer.* Il. B. 582. vnde Μεσσήνη, eiusdem formae nomen, cuius Καμβυσσήνη, Ξερξήνη, Τυῤῥήνη, Ἀθήνη, Ἀρήνη, Κυδρήνη, Κυλλήνη, Κυρήνη, ſimilia, in geographia nota: quorum, etſi ſtirpes in remotiſſima hac antiquitate ſaepe incertae ſunt, aut plane latent, ratio tamen haud dubie par eſt, quae nominum σελήνη, εἰρήνη, γαλήνη, cet. nam a nominibus σελῆνος, εἰρηνὸς, γαλῆνος orta, a ſimplicioribus proficiſcuntur, σέλας, εἶρος, ſiue εἰρὰ, vnde σειρὰ, σειρὴν, ſim. & γάλα, horumue formis vicinis, quarum ſtirpes in lingua Graeca ſunt ἕλω, *ſplendeo*; ἔρω, vel εἴρω, *necto*, & γάλω, quod peperit nomina γάλα, γαλεροὺς, alia, quae a *ſplendore* rei explicatae, & quadam leuitate nitentis, in alia quaeque loca ſunt translata, cum vicinum γελάω etiamnum, iſta *nitendi* virtute, ſuperſtes ſit, γέλαν autem Opicorum & Siculorum lingua, πάχνην appellari obſeruat *Stephan. Byz.* v. Γέλα; quod eſt Lat. *gelu*, a ſplendore haud dubie nomine ſumto. Mitto plura huc ſpectantia declinata verba, vt. γλάφω, γλύφω, γλισχρὸς, γλυκὺς, & alia multa; cum id tantum ago, vt, nominibus iſtis propriis, in ηνὸς aut ήνη cadentibus, oſtendam, declinationis Graecae formam eſſe, quae, certa ratione, ab aliis, iisque ſimplicioribus nominibus ea orta eſſe, prodat. Vt minime eorum probem ſententiam, quibus *Homeri* Μέσσην, κατ' ἀποκοπὴν, nominatam eſſe, pro Μεσσήνην, videri, ſcribit *Strabo*, l. VIII. p. 559. quod etiam viſum *Euſtathio*, ad *Hom.* Il. B. p. 295. l. 1. aliis, tam veteribus, quam citeriorum temporum eruditis. De Latino nomine etiam, ſitne id per *e*, an *a* ſcribendum, diſputatur a multis. vid. inter alios *Burmann.* ad Ouid. Met. II. 679. nec dubito, vbi de oppido Siciliae quaeſtio eſt, quin ad nominis Dorici formam Latini *Meſſanam* nominauerint. De altero vero Peloponneſi, ad exemplum poetarum

CVII. ALCIBOO.

Polyclitus Meſſanius, quem proditionis apud ciues accuſas, liberauit me morbo inſanabili. Nec ignoro, me luctus annunciare tibi & lacrimas. Te vero ne ipſe quidem dux & auctor artis Aeſculapius cum omnibus ſanauerit diis. Nam corporis infirmitatem curat ars; animae vero morbum,

 me-

rum & hiſtoricorum Graecorum, vbi Μεσσήνη inuenirent, credibile eſt, eos *Meſſene*, & *Meſſenius* potiſſimum ſcripſiſſe. Apparet, cur hic, & alibi, Μεσσήνιος ſcripſerim, cum edit. reddiderimque *Meſſanius*; tametſi MSS. omnes, exceptis Medd. B. C. & Burm. hic haberent Μεσήνιος, atque ita etiam, ex hoc loco, *Tzetzes*, Chil. V. 856. vbi τὸν ἰατρὸν Πολύκλειτον ἀπὸ τῆς Μεσήνης nominat. Epiſtola tamen CVIII. & praeſertim ep. ex. in pluribus libris per σσ ſcribitur.

30. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ λύπας εὐαγγελιζόμενος σ. κ. δ.] Citat locum *Wolfius*, ad *Liban.* ep. CXXXVII. vt, participia loco verbi infiniti, doceret, poni. Maioris momenti eſt, obſeruaſſe illud λύπας εὐαγγελιζόμενος καὶ δάκρυα: ad quam rationem, in *Luciani* t. II. Icarom. p. 790. poſtquam philoſophos omnes fulmine percuſſurum, ſe reliquis diis promiſiſſe Iouem, ſeque a Mercurio delatum in terram, narrauit Menippus, ἄπειμι τοίνυν, inquit, καὶ τοῖς ἐν τῇ Ποικίλῃ περιπατοῦσι τῶν Φιλοσόφων, αὐτὰ ταῦτα εὐαγγελιούμενος.

31. Σὲ δὲ οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν.] Non diſſimilia genera ſuperlationum ſunt, quae ſupra vidimus, ep. IX. οὐδ' ἂν εἰ θεῶν σέ τις —— αἰτιτῶτο. ep. LXXXI. οὐχ οἷον ἀνθρώπῳ τινὶ πεισθείην καταθέσθαι τὴν ταύτης ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐδὲ θεῶν τῷ δυναστεύοντι. a quo parumper differt id, quod, apud *Herodot.* l. II. p. 186. l. 84. eſt: Ἀπρίεω δὲ λέγεται εἶναι ἥδε ἡ διάνοια, μηδ' ἂν θεόν μιν μηδένα δύνασθαι παῦσαι τῆς βασιληΐης. Propius a noſtro loquendi genere abeſt *Lucian.* t. I. Deor. D. XIII. p. 237. ἀράμενός σε, ἔψω ἐπὶ κεφαλὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε μηδὲ τὸν Παιήονα ἰάσασθαί σε, τὰ κρανίον συντριβέντα. vbi vid. *Hemſterhuſius*, noſtri loci non immemor. Similia ſunt ibid. Dial. Mar. II. p. 294. (vbi *Homericum*, Ὡς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων, Od. I. 525. reſpici docent eruditi.) t. II. Aſin. p. 574. l. 36. & t. III. Tragop. p. 653. l. 142. Apud *Plutarch.* Plat. Quaeſt. p. 1000. C. legas, Οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεὸς, οὐ γὰρ σώματος ἡ Σωκράτους ἰατρεία, ψυχῆς δὲ ἦν ὑπούλου καὶ διεφθαρμένης καθαρμός. Priora reſpiciens *Athen.* l. VI. p. 256. C. ὧν ἰατρεῦσαι τὴν ἄγνοιαν οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γε νομίζω δεδόσθαι. addo *Terent.* Adelph. IV. VII. 43. —— *ipſa ſi cupiat Salus, ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam. Aeſculapius* quemadmodum ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν dicatur, diſcimus ex *Plat.* Conu. p. 1183. D. πάντα τὰ τοιαῦτα τούτοις ἐπιστηθεὶς ἔρωτα ἐμποιῆσαι καὶ ὁμόνοιαν ὁ ἡμέτερος πρόγονος Ἀσκληπιὸς (ὡς φασιν οἵδε οἱ ποιηταὶ, καὶ ἐγὼ πείθομαι) συνέστησε τὴν ἡμετέραν τέχνην. Idem noſtro eſt, ep. CVI. ὁ κτίσας θεὸς τὴν τέχνην. Genus loquendi, ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν, ſimile illi eſt, apud *Athen.* p. 335. B. Χρύσιππον δ' ἄνδρες Φίλοι τὸν τῆς στο-

νόσον ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος, ὃν ἐπαχθέστατον ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οὐκ ἀκουσίων, ὧν ἐμοὶ προτρέπεις, ἀλλ' ἑκουσίων, ὧν αὐτὸς εἴργασαι, προσδέχου.

ρη'. ΜΕΣ-

στοᾶς ἡγεμόνα κατὰ πολλὰ θαυμάζων, ——. *Iamblich.* de Myst. C. I. princ. Θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμὼν, ὁ Ἑρμῆς——. Atque ita alii, praesertim citerioris Graeciae scriptores. Porro, ὁ Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων τῶν θεῶν, vt alia similia, velut ex formula sollemni, dicuntur. Horum vsus frequens oratoribus; vid. *Demosth.* Phil. III. p. 92. E. Phil. IV. p. 97. A. & alibi. Adde *Hippocrat.* Iusiur. princ. & quotquot fere exstant scriptorum Graecorum.

33. Ψυχῆς δὲ νόσον ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος] Saepe mors ἰατρὸς τῶν κακῶν & sim. audit. *Charito*, l. III. p. 45. l. 9. μόνον δὲ τὸν θάνατον τοῦ πένθους ἰατρὸν ἐνόμιζε. vbi vid. *D' Oruill.* An. p. 256. Eodem pertinent *Aeschyli*, in Agam. 99. Παίων τε γενοῦ τῆςδε μερίμνης, quaeque ad eum locum, in Animadu. L. II. c. 11. p. 257. ex aliis citat clarissimus *Abresch.* Cum nostro in primis comparanda *Platonis* verba, Legg. XII. p. 993. vbi iudices, cum homines iniustos, qui corrigi & ad meliorem frugem reduci non possunt, videant, θάνατον ἴαμα ταῖς οὕτω διατεθείσαις ψυχαῖς διανέμοντες—— ἄξιοι ἐπαίνου γίγνοιντ' ἂν τῇ πάσῃ πόλει. Alia ratione Cadmus, Ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα, vt est in *Philemonis* Apol. apud *Stob.* S. LXXIX. p. 469. l. 39. quocum conuenit inscriptio, quam in Osymanduae, regis Aegypti, bibliotheca fuisse tradit *Diodor. Sic.* l. I. p. 58. ψυχῆς ἰατρεῖον. vbi similia plura dabit *Wesselingius.*

34. Ὃν ἐπαχθέστατον ἀ. π. κ. μ. ἀ. —— προσδέχου] *Bentleius*, Diss. de Ep. Ph. XVI. p. 46. e MSS. legendum esse docet, ὃν ἂν ἐπαχθέστατον —— προσδέχου: esse autem ἂν παραπληρωματικόν. Cui quod obiecit *Boyleus*, in Censura sua Anglice scripta p. 203. vt vulgatum ἀνεπαχθέστατον defenderet, id reticuisse consultius fuisset. Unum tamen est, quod silentio praeterire nolo; in ullo suorum codicum inueniri ἂν ἐπαχθέστατον, *Boyleum* negare. Nec vero e codice Anglicano, quem voluisse *Bentleius* videtur, vlla scripturae differentia notatur in eius libri collatione, quam diligentissime facta, ac mecum communicata a politissimo *Gally.* Vt incertum sit, quem MS. voluerit *Bentleius.* Ac dubito, ullum esse, in quo scriptum sit ἂν ἐπαχθέστατον: cum omnes, quorum mihi copia concessa fuit, habeant ἀνεπαχθέστατον. Est tamen aliquid non omnino dissimile eius, quod voluit *Bentleius*, in Burm. nam ibi disiunctis parumper literis legas ἂν επαχθέστατον. cuiusmodi aliquid inueneritne ille in Angl. inquirant ii, quibus tanti res videatur. Equidem haec monuisse contentus, quod fidem vtriusque, *Bentleii* & *Boylei*, spectarent, de ipsa *Bentleii* emendatione sic censeo: Verum esse ἐπαχθέστατον: sed ἂν delendum, ortum ex antecedente ὃν; cuius generis vitia multa in libris veterum notari solent. Ne dicam, istud ἂν modo interponi in MSS, vbi nullus ei locus est; modo negligi a librariis, vbi plane necessarium illud est; cuius generis exempla in his ipsis Epistolis non pauca praebent Variantes Lectiones MSS. Vt posthabitis MSS. omnibus, non dubitauerim ἂν delere. cui hic locus nullus erit, nisi ante certo constiterit, posse eam particulam etiam iungi modo

medica ſanat mors; quam grauiſſimam pro multis magnisque iniuriis, non ab inuito factis, quas mihi obiicis, ſed voluntariis, quas ipſe feciſti, exſpecta.

CVIII. MES-

do imperandi. Quod haud ſcio, an vllo idoneo exemplo demonſtrari poſſit. Noſtro non diſſimilis coloris ſunt, ep. CXIX. τοῦ πρώτου γεγονότος ὑπὸ σοῦ, τὸ δεύτερον ἀφ' ἡμῶν ἔσεσθαι προσδέχου. ep. XXVI. τοὺς οὖν ἄλλῳ σε τρόπῳ διδάξοντας —— ἐν τάχει παρ' ἡμῶν προσδέχου. quocum confer ep. LX. LXIII. c. cet. Reſtat, verbo moneam, in exemplari, quo aliquando vſus ſum, *Hemſterhuſii*, adſcriptum eſſe ἀναπεχθέστατον. Aptum ſane θάνατον ἀπεχθέστατον. nec tamen opus mutatione; tametſi frequens ſimilium in MSS. permutatio eſt: qua de re legendus acutiſſimus *Pierſon.* Verif. l. I. p. 67. Vſum nominis ἐπαχθὴς tranſlati, vid. in *Plat.* ep. VII. p. 1278. F. Max. Tyr. D. XX. p. 235. & alibi. Tranſlatum ἄχθεσθαι frequens in his epiſtolis. Inprimis autem conferendum, quod iam citauit *Bentleius*, ep. V. p. 28. ἔλεθρον ἀχθεινότατον.

35. Ὦ ἐμοὶ προτρέπεις] Ad quae me *hortaris.* id eſt, moribus tuis nequiſſimis provocas. BOYL. *Bentleius*, Diſſ. de Ep. Phal. XIII. p. 36. &, ibid. p. 48. προτρέπειν idem hic eſſe, docet, quod προφέρειν, in illo Γάστερά μοι προφέρεις, κ. τ. λ. cui ſimilia ſunt, apud *Herodotum*, l. I. p. 3. l. 50. Τοὺς δὲ, πρόσχαμένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν. ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων, βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνεσθαι. &, l. IV. p. 347. l. 6. χρεωμένοισι δὲ τοῖσι Θηραίοισι προέφερε ἡ Πυθίη τὴν ἐς Λιβύην ἀποικίην, alios. Vt, ſi in antiquiore ſcriptore verſaremur, ubi ſua dialecto ratio conſtat, ad eandem rationem corrigendum eſſe, poſſet videri. Nam ſi uſum aliorum ſcriptorum ſpectes, in quamcunque partem vertas προτρέπειν, alienum id eſſe, apparebit, vt recte oſtendit *Bentleius*, l. c. & in Reſponſ. ad B. C. p. 228. Eſt praeterea aliud in promtu remedium, nonnullis fortaſſe non omnino diſpliciturum illud, qui elementorum ſimilitudine magis ſoleant, quam aliis indiciis, emendationum aeſtimare bonitatem. Monuit enim aliquando me clariſſimus *Ruhnkenius*, in exemplari ſuo, neſcio quem correxiſſe προστρίβεις. Ac dicitur προστρίβειν τί τινι eadem virtute fere, ut a Latinis *maculam alicui inurere*; ſim. Frequentius quidem, eo in loco, apud veteres, eſt προστρίβεσθαι, vt *Demoſth.* adv. Timocr. p. 801. C. ἐκπώματα δ' ἢ θυμιατήρια, ἢ τὰ τοιαῦτα κτήματα, ἐὰν μὲν ὑπερβάλῃ τῷ πλήθει, πλούτου τινὰ δόξαν προσετρίψατο τοῖς κεκτημένοις. eique contrarium ἀποτρίβεσθαι, apud eundem, I. Olynth. p. 2. F. ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι, τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτριψώμεθα, & alibi. Sed in citerioris Graeciae ſcriptoribus non minus frequens προστρίβειν, ut in *Laertii* Prooem. §. 5. p. 5. τίνα γὰρ δεῖ προσαγορεύειν τὸν πᾶν τὰ ἀνθρώπειον πάθος ἀφειδοῦντα τοῖς θεοῖς προστρίψαι ——. vbi προστρίβειν parum differt a προσάπτειν, ibid. l. X. p. 655. §. 123. cuius loco περιάπτειν eſt in *Ariſtoph.* Plut. v. 590. vbi vid. Schol. Neque tamen, noſtro in loco, temere ſollicitandum puto προτρέπεις, cum in eo MSS. conueniant omnes; nec obſtabit vſus plane ſingularis huius verbi, niſi, eadem de cauſa, quamplurima alia in his Epiſtolis reiicere velis, quae haud dubie ipſius auctoris ſunt. Reddo autem cum *Bentleio*, *exprobrare* vel *obiicere.*

ρή. ΜΕΣΣΗΝΙΟΙΣ.

Πολύκλειτον, ὡς πυνθάνομαι, τὸν ἰατρὸν ὑμεῖς μέμφεσθε, ὡς προδότην Ἀκραγαντίνων γεγονότα, ὅτι με κάμνοντα λαβὼν, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, χαλεπωτάτης ἐξήρπασε νόσου. καὶ τὸν ἔπαινον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, κατηγορίαν ἀδικίας ποιεῖσθε. καὶ τοῦθ' ὁμολογοῦντες, οὐκ αἰσχύνεσθε. ἐγὼ δὲ θαυμάζω τῆς τέχνης αὐτοῦ τὸν

38. Π.——*τὸν ἰατρὸν ὑμεῖς μέμφ.*] Negat vero *Celſus*, aliquem ante Hippocratem exſtitiſſe, qui artem medicam profeſſus fuerit. BOYL. Legitur vulgo *ὑμᾶν* pro *ὑμεῖς*. Quam ſcribendi rationem ſi ſequaris, Polyclitus cenſendus eſt Meſſaniorum ciuitati a morbis curandis fuiſſe; quod a ratione temporum, in quibus verſatur noſter, alienum non eſt. vid. *Bentleius*, Add. in Diſſ. de Ep. Ph. XIX. p. 298. cet. Sed *Budaeus*, C. L. Gr. p. 790, & ex eo *H. Stephanus*, Th. L. Gr. t. III. p. 438. G. *ἡμῶν* legunt; atque ita Lugd. A. & Angl. quod nonnullis fortaſſe anteferendum videbitur. conf. ep. CVI. CVII. & CIX. Nec enim veriſimile eſt, ſophiſtam ſuum tyrannum induxiſſe, alieno, non ſuo, utentem medico. Verum cum Medd. A. & B. *ὑμεῖς* haberent, id verum eſſe non dubitaui. Nec cauſa additi pronominis obſcura eſt. nam contraria eſſe voluit ſophiſta, *ὑμεῖς μέμφεσθε*, & quod infra eſt, *ἐγὼ δὲ θαυμάζω*, κ. τ. λ.

39. Ἀκραγαντίνων] *Budaeus*, & *Stephanus*, ll. cc. addunt ἐλευθερίας. quod in nullo librorum inuentum, vnde ſumſerint ii, ignoro.

40. Καὶ *τὸν ἔπαινον ἀ. τ. δ. κατηγορίαν ἀδ. ποιεῖσθε*] Pro *ποιεῖσθε* libri operarum formis deſcripti omnes praeter Ven. *περιποιεῖσθε*. quod, vt alios mittam, *Budaeus*, l. c. Latine reddidit *praepoſtere interpretamini*. *Stephanus* autem, l. c. prolatis illius verbis, *ſed vereor*, inquit, *ne potius ſcribendum ſit παραποιεῖσθε*. Ego vero ne hoc quidem valde probo. Nam *παραποιεῖσθαί τι* de iis dici ſolet, *qui imitando aliquid ad exemplum alterius faciunt, ſiue ſimile, ſiue mutata parumper forma*. Vt exemplis in medium prolatis abunde docuit vir Graece doctiſſimus, *Fr. L. Abreſch*, Dil. Thuc. l. I. p. 133. Inter alia locum habet in grammatica, vbi de verbis in aliam formam mutatis ſermo eſt, vt in illo *Pauſaniae*, Eliac. p. 397. Τὸ δὲ ἄλσος τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς, *παραποιήσαντες τὸ ὄνομα*, Ἄλτιν ἐκ παλαιοῦ καλοῦσι. Similiter Γρύτη a *Phrynicho*, p. 98. dicitur eſſe *τῶν παραπεποιημένων*. Idem verbo *παραλλάττειν* ſignavit *Conon*, Narr. I. p. 244. *πείσας τὸ ὑπήκοον ἀπ' Εὐρώπης διαβῆναι τὸν Ἑλλήσποντον, ὑπὲρ Μυσίαν ᾤκισε Φρύγας* (ſic leg. pro ᾤκησε, Φρ.) *ἀντὶ Βρίγων, βραχύ τι παραλλαγείσης τῆς λέξεως, μετονομασθέντας*. Cernitur etiam *παρὰ* ad eandem rationem in *παραχαράττειν*; quod eſt in prouerbio, *τὸ νόμισμα παραχάραξον*, de quo paroemiographi conſulendi. Inter alios, eo reſpicit *Syneſ.* ep. V. p. 177. ed. Cui. ſic, vt videtur, corrigendus, ἐν τοῦτο μόνον εἰς μέσον ἑλκύσατε καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον *παραχαράττοντας παρενέγκατε καὶ ποιήσατε* (vulgo *περιενέγκατε πᾶσι πονήσατε*) καταφανεῖς οἵτινές εἰσι. Pertinet eodem porro *παρῳδεῖν*; cuius uſum & poteſtatem illuſtrat *P. Leopardus*, Emend. VI. c. XII. nec multum abit *παρὰ* in *παραμυθεῖσθαι*, quando *Vlpianus*, ad *Demoſth.* pro Cor. p. 477. E. *παραμυθεῖται*, inquit, *τὰς συμφορὰς*, *κλέμ-*

CVIII. MESSANIIS.

Polyclitum, vt audio, medicum, vos accusatis, tanquam qui proditor Agrigentinorum sit, quod me aegrotantem promto animo, cum posset interficere, grauissimo eripuit morbo. Ac laudem eius iustitiae accusationem iniuriae facitis; nec id confiteri, vos pudet. Ego vero magis, quam artem,

κλέμμα λέγων, ἀλλ' οὐ κατόρθωμα. quae a *Wolfio* non intellecta, hunc in modum verti, in not. ad *Lucian.* t. I. p. 27, vbi de hoc verbo agit, *Hemsterhusius*: *Calamitates opportuna voce mollit tegitque, furtum Philippi dicens, non factum prudens atque egregium.* Addo etiam παρασοφίζεσθαι, apud *Athenaeum*, l. IV. p. 137. F. vbi coquum dicit, κρέας ταριχηρὸν εἰς τάριχος διασκευάσαντα, ωαστιγωθῆναι, ὡς παρασοφιζόμενον πονηρῶς. id est, *flagris caesum fuisse, tanquam* qui piscem falsum imitando *carnem falsam malitiose inuento comminisceretur parare.* De παραποιεῖσθαι; apparet, vt opinor, eum esse verbi vsum ac potestatem, vt ab ea constructione, quae nostro in loco est, cum duplici casu quarto, plane abhorreat. Inueni autem, quod in eius locum substituerem, in Lugdd. B. C. Medd. A. B. C. Burm. & ed. Ven. ποιεῖσθε, ei, quod voluit auctor, signando aptum inprimis verbum. E multis exemplis vnum & alterum subiungo. *Lysias*, contr. Alcib. p. 286. ἀπολογίαν ποιούμενον τὸν ἑαυτοῦ βίον τῶν τοῦ πατρὸς ἁμαρτημάτων ——. *Demosth.* de Falsl. Leg. p. 309. D. ζῶντα (Αἰσχίνην) τοῖς πολλοῖς παράδειγμα ποιήσατε. cui non dissimile *Xenoph. Ephes.* l. II. p. 28. τοῖς ἄλλοις οἰκέταις τὴν σὴν αἰτίαν ποιήσομαι παράδειγμα. Plura huc pertinentia, post alios, dedit *D' Orvill.* ad *Charit.* l. I. p. 34. E nostro addo ep. CXLIII. ἣν δέ μοι χάριτος ἀμοιβὴν προσφέρεσθε, —— ταύτην εὐεργεσίαν ποιήσασθε. eoque refero, quod est ep. XCIX. —— τὰ λύτρα —— ἀπόδος, μὴ ποιούμενος ἐμὴν τὴν χάριν. In *Libanii* ep. II. vbi nunc legitur εἰ τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας ἐκείνης ῥήματα ὀλίγα φιλίας ἀρχὴν ἐποίησαν, haud dubie eodem constructionis genere scripserat ille εἰ τὰ —— ῥήματα ὀλίγα φιλίας ἀρχὴν ἐποιήσω, vt Reg. cod. habet, monente *Wolfio.* id est: *quod paucos sermones vespera illa habitos amicitiae initium fecisti.* Corrigo etiam in *Heliodori* l. VI. p. 265. πόθεν τὸ Θίσβης ὄνομα, εἴτε γνωρίζετε, εἴτε πεφόβησθε, εἴτε παιδιὰν ἐμὴν πεποίησθε, καταμηνύσατε. vbi παιδιὰν ἐμὲ πεποίησθε, scribendum esse, minus dubitabis, si contuleris ibid. p. 284. καὶ εἰ μὲν ἀληθεύεις, εἶπεν, ἢ παιδιάν με πεποίησαι, παρείσθω τὸ παρόν. Conuenit *Plauti* illud, Capt. III. IV. 47. *Vt sceleste, Hegio, nunc is te ludos facit!* Similia genera loquendi. in quibus duplex casus quartus, cum *facere*, aliisque verbis, e Latinis dedit, inter alios, *Cortius*, ad *Sallust.* Cat. c. II. p. 11.

42. Θαυμάζω τῆς τέχνης αὐτοῦ τὸν τρόπον μᾶλλον] Patet tam ex iis, quae hic sequuntur, quam ex ep. LXX. (CVI.) τρόπον ad mores referri, vtcunque alii aliter senserint interpretes. BOYL. Recte *Boyleus* τρόπον ad mores referendum existimauit; id quod clare apparet ex ep. CVI. Quo magis miror, eum veram auctoris mentem non assecutum esse, dum reddit, *Ego autem cum hominis artem, tum magis ingenii probitatem admiror.* quod in Graecis non est; quae, vt fieri par esset, Latina feci.

43. Ὅτι

τὸν τρόπον μᾶλλον, ὅτι καὶ θνήσκοντά με πιστευθεὶς, οὐχ ὡς τύραννον ἀνήρηκεν, ἀλλ' ὡς νοσοῦντα πονήσας σέσωκε. καὶ διὰ μὲν τὴν ὑμετέραν μέμψιν, οὐδ' ὁτιοῦν πέπονθε κακόν. διὰ δὲ τὴν ἐμὴν εὐχαριστίαν, ὅμοια τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν πεπλούτηκεν. οἶδα γοῦν, ὅτι διὰ τὴν δόσιν τῶν εὐχαριστηρίων, πάντες εὔχεσθε προδόται μᾶλλον Ἀκραγαντίνων, ἢ τυραννοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῆναι. 45

ρθ'. ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΩι. 50

Ἀπέλυσα διὰ σὲ Κάλλαισχρον, οὕτως ἐπιβουλεύσαντά μοι περιφανῶς, ὡς μὴ μόνον ὁμολογῆσαι τὴν ἐπίθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς

43. Ὅτι καὶ θνήσκοντά με πιστευθεὶς —— ὡς νοσοῦντα πονήσας σέσωκε] Reuocaui ex edd. vetustis, consentientibus etiam Lugd. A. B. Angl. & Pal. ὅτι καὶ θν. με π. pro ὅτι δὲ θν. με π. vt, ad exemplum ed. Commel. edidit *Boyleus*. nam particulae δὲ locus non est, omissae quoque in Medd. A. B. C. Lugd. C. & Burm. vbi est ὅτι με θνήσκοντα πιστευθείς. Ὅτι καὶ iuncta vide ep. III. & alibi saepe, apud nostrum. Porro σέσωκε a me receptum pro ἔσωσε, e Lugd. B. C. Medd. B. C. Burm. Marg. Ald. & ed. Ven. in nonnullis quorum σέσωκεν. quo de alibi dictum. Ep. XXXIII. Λεωνίδαν —— δυνάμενος ἀποκτεῖναι, σέσωκα. ep. XXXIX. Ἀχθέντας ἀιχμαλώτους —— σέσωκα. ep. XLI. ὅτι πρότερον τρὶς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν σιτοδείᾳ σέσωκα.

46. Ὅμοια τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν πεπλούτηκεν] Cum *Herodoteis* haec contulit summus *Valckenarius* ad historici l. III. p. 231. vbi etiam meminit huius apud *Thucydidem*, l. I. p. 21. l. 17. καὶ χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις. Digna vtriusque eruditione sunt, quae de similibus loquendi generibus notant *Hemsterhusius*, ad *Lucian.* t. I. p. 3, 4. & *Abresch*, Anim. ad Aesch. I. I. p. 236. & 237. vbi etiam nostro τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν similia e veteribus prolata inueniuntur. Eandem loquendi formam in lapidibus obuiam illustrat *Reinesius*, Synt. Inscr. A. classi V. n. VII. p. 357. Similia in libris sacris, notauit post alios *Wetstenius*, ad Euang. *Marc.* VI. 21. & Act. Apost. XIII. 50. XXVIII. 7.

47. Τῶν εὐχαριστηρίων] Lugd. C. χαριστηρίων. qua voce etiam alias vtitur noster. Retineo tamen alterum, quod reliqui libri omnes habent. Qui saepius χαριστήριος & χαριστήριον vsurpat, *Dionys. Halic.* Ant. Rom. l. X. p. 643. l. 38. θυσίας vocat εὐχαριστηρίους. vbi vid. *Sylburg.* *Polybius*, cui familiare χαριστήριον, altero tamen vtitur l. V. p. 506. τοῖς θεοῖς ἔθυεν εὐχαριστήρια τῆς γεγενημένης αὐτῷ —— εὐροίας. Quibus tertium addo, ex inscriptione, apud *Spon.* Misc. Er. Ant. Sect. X. n. LXXI. p. 345. ΝΕΙΚΗΣ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ. Vt dubitandum non videatur, quin sophistae nostri temporibus haec nominis copulati forma, aeque atque εὐχαριστία & εὐχαριστεῖν, fuerit in vsu.

48. Ἡ

eius admiror naturam, quod moribundum etiam fidei ſuae commiſſum me, non ſicut tyrannum ſuſtulit, ſed ſicut morbo laborantem ſua cura ac diligentia ſeruauit. Ac veſtra accuſatione, ne minimum quidem paſſus eſt mali; meo vero animi grati beneficio, diuitiis par euaſit primis Siculorum. Scio vero, propter data grati animi dona omnes vos proditores Agrigentinorum, quam tyrannicidas Phalaridis malle audire.

CIX. POLYCLITO.

Dimiſi tua cauſa Callaeſchrum, tam manifeſto mihi inſidiantem, vt non tantum confiteretur inſidias, ſed etiam con-

Rr 2

48. Η᾽ *τυραννοκτόνοι* Φ. *ἀκούσθῆναι*] Conſueta loquendi ratio poſtulat *ἀκούειν*, quemadmodum corrigendum cenſet, ad *Herodoti* l. III. p. 231. *Valckenarius*. Sed repugnant libri omnes; & habet, quo ſuum *ἀκουσθῆναι* defendat noſter, illud *Herodoti*, l. IX. p. 728. l. 44. *ἦν ταῦτα ποιέω, φὰς ἄμεινόν με ἀκούσεσθαι*. et *Antiphanis* ex Tyrrhen. apud *Athen.* l. VII. p. 329. F. —— *ἓν γὰρ τοῦτό μοι Τὸ λοιπόν ἐστι, καὶ κακῶς ἀκούσομαι*. Vt nihil contra manuſcriptos libros auſus ſim mutare.

51. Ε᾽*πιβουλεύσαντά μοι περιφανῶς*] Περιφανῶς inueni in edd. Ald. Baſ. et Aurel. adſcriptum etiam ad marginem Lugd. A. et Angl. ſed in reliquis *φανερῶς* eſt. Etſi parum refert, vtrum eligas, illud tamen malo. Ep. cx. *ἑαυτοὺς ἐλέγχετε περιφανῶς ἠσεβηκότας*. Mox *ἐπίθεσιν* reddidi *inſidias*. nam antecedit *ἐπιβουλεύεσθαι*. quocum *ἐπιτίθεσθαι* iungit *Aelian.* V. H. l. III. c. XIV. p. 255. Ε᾽*πιθέμενος οὖν αὐτῷ* (*τῷ* Πλάτωνι) *καὶ ἐπιβουλεύων ὁ* Α᾽*ριστοτέλης*. In *Theophraſti* Char. Eth. c. II. eadem virtute legitur *οἷς ἐπέθετο λάθρα*. vbi *Caſaubonus*, p. 108. *ἐπιτίθεσθαι* eſſe, docet, *tanquam ex inſidiis et ſuperiore loco adoriri*. Vſum verbi *Homericum* illuſtrat *Hemſterhuſius*, ad *Luc.* t. I. p. 292. Alterius poteſtatis, quam indicauit *Caſaubonus*, exempla quamplurima inueniuntur apud Atticos, et *Xenophontem*, magno numero collecta a ſcriptoribus Obſeruationum Philologicarum in N. T. ad Act. Apoſt. XVIII. 10. vbi, quae leguntur, minus expedita interpretibus, ſi interpungendo adiuues, nihil habebunt quod non ſit dictum planiſſime. Μὴ *φοβοῦ*, inquit, Paulo nocturno viſo apparens Ieſus, *ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς, διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ. Καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ*. id eſt, *Noli timere, ſed loquere, nec tace, quia ego tecum ſum. Nec quisquam inſidioſe te adorietur, vt malo te afficiat, quia populus mihi multus eſt in hac ciuitate*. Habes duo, ſuis ſingula rationibus munita; alterum, *Nollet timere Paulus, ſed loqueretur, quod ipſi adeſſet Ieſus*: alterum, *Neminem adorturum eſſe eum, vt malo afficeret, quod multus Ieſu eſſet in iſta ciuitate populus*.

54. Α᾽-

τοὺς συνωμότας μηνύσαι· προσθεῖναι δὲ τῇ μηνύσει καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ, καὶ πότε, καὶ πῶς ἔμελλον ἐπιχειρεῖν· ἀλλ' ἦν ἀμνήμονος, ὡς ἔοικεν, ἀνδρὸς, μὴ χαρίσασθαι σωτηρίαν ἀνθρώπῳ, τῷ ταύτην 55
δεδωρημένῳ. ἅμα δὲ ἐλογιζόμην, ὅτι κἀμοῦ μὲν ἦν, τὸ δοῦναι τοιαύτην χάριν ἰατρῷ σεσωκότι. πρὸ πολλοῦ δὲ σοὶ τὸ λαβεῖν πρεπωδέστερον τῷ τῆς ἰατρικῆς προστατοῦντι, καὶ πάντας σώζοντι τοὺς δεηθέντας. ἰδέτω μέν τοι τὸ παράλογον Κάλλαισχρος, ὅτι ζωῆς παρὰ σοῦ χάριν εἴληφεν, ἑτέρου ζωὴν οὐ δικαίως 60
ἀφελόμενος. ἀφῄρηται μὲν γὰρ οὐ μελλήσας, ἄλλως δὲ ἠτύχηκεν.

ρί. ΜΕΣΣΗΝΙΟΙΣ.

Οὐκ ἠγνόουν, ὅτι πέμψαντός μου τοῖς παρ' ὑμῖν θεοῖς ἀναθήματα, τρίποδάς τε Δελφικοὺς, καὶ στεφάνους χρυσοῦς, 65
καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ πολυτελῆ χαριστήρια τῆς σωτηρίας, δυοῖν θάτε-

54. Α' *μνήμονος, ὡς ἔοικεν, ἀνδρὸς*] Marg. Lugd. A. *ἀμνήμονος ὡς ἀληθῶς ἀνδρὸς*, et eius loco Marg. Angl. *ἀ. ὡς ἀληθοῦς ἀνδρός*. Noster, ep. XII. *ἄνδρα* habet, *ταῖς μούσαις ὡς ἀληθῶς καταπεπιστευμένον*. Hic tamen *ὡς ἀληθῶς* alteri interpretando inseruiisse puto. Qua virtute illud, cum alibi saepe legitur, tum in *Theophylacti* ep. XXII. *ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος, ἅτε δὴ φιλόσοφος ὤν, ἐδεδοίκει τὸ τῆς τύχης, ὡς ἔοικεν, ἄδηλον.* id est, *metuebat fortunae exitum vere incertum*. quam sententiam male reddendo, vt passim alibi, peruerterunt interpretes. E multis addo *Eurip.* Phoen. 409. *Η' πατρὶς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς.*

55. *Μὴ χαρίσασθαι σωτηρίαν ἀνθρώπῳ*] Salutem illi non concedere. i. e. illius gratia, *alteri* salutem non concedere. BOYL.

59. *Ἰδέτω μέν τοι τ. π. Κ.*] Similiter ep. V. extr. *ἰδέτω ὡς οὐδὲ Περιλάῳ ἄρεστα ἐπράξαμεν.* Nec temere *ἰδέτω* mutandum duxi, quod vtroque in loco in eo conuenire viderem manuscriptos. Qui in *Homero* et poetis Graecis non sunt hospites, sciunt quae sit ratio literarum *ι* et *ει* in hoc verbo eiusque declinatis; de quo variis locis egit *Eustathius*. Neque obstat per Linguae rationes, quo minus *ἰδέτω* aeque atque *εἰδέτω* Graecum sit. Vt id inuentum in vetere scriptore, vt multa alia singularia, studio sectari potuerit noster. De *τὸ παράλογον*, quod etiam est ep. v. vid. viros doctos, ad *Thucyd.* l. I. p. 53. et ad *Thom. M.* v.

61. Α' *Ἀφῄρηται μὲν γὰρ οὐ μελλήσας, ἄλλως δὲ ἠτύχηκεν*] Manifesto vitio scriptum *μελήσας* mutaui in *μελλήσας*, secutus Lugdd. A. et B. idque quidam interpretum spectasse videntur, quum reddant *non cunctando* vel *statim*. Integram loci sententiam tamen eorum nemo assecutus est, quum non animaduerterent ἄλ-

coniurationis ſocios indicaret; adderetque indicio etiam locum, vbi, et quando, et quomodo aggreſſuri eſſent. Sed hominis beneficii vere immemoris eſſet, non gratificari ſalutem ei, qui eam dederit. Simul autem exiſtimaui, meum quidem eſſe, dare tale beneficium medico, qui me conſeruauit; multo vero magis te accipere decere, qui medicinae praees, omnesque, quibus opus eſt, ſeruas. Sciat tamen inopinatum exitum Callaeſchrus, quod vitae a te beneficium accepit, alterius vita iniuſte ablata. Abſtulit enim non cunctanter; ſed temere excidit voto.

CX. MESSANIIS.

Non ignorabam, cum dona mitterem diis veſtris, cortinas Delphicas, coronas aureas, et alia multa, ac pretioſa pro ſalute mea munera, duorum alterum vos facturos eſſe, aut

ἄλλως hic eſſe *temere*. vt ſaepe *Lucianus*, alii, loquuntur. vid. not. ad *Aelian*. V. H. l. VIII. c. VI. p. 537. Verba, vt fieri par erat, feci Latina. Pertinent ἀφῖγμαι, et, ante, ἀφελόμενος, vt alia ſimilia, in his Epiſtolis, ad iſtud genus orationis, quo actus pro conatu ponitur, de quo ſupra, ad ep. XXIV. l. 85. p. 115, 116.

64. Τοῖς παρ' ὑμῖν θεοῖς] Celeberrimum apud Meſſanenſes ſacrarium memorat *Cicero* in Verr. IV. Huc forte dona ſua miſerat Phalaris. BOYL.

65. Τρίποδάς τε Δελφικοὺς] Si τρίποδας ſolum nominaſſet noſter, nihil in eo eſſet, quod a Phalaridis veri temporibus abhorreret. Sed habet τριπόδων Δελφικῶν nomen, quod, cum Romanis, prodat, noſtrum conſuetiſſe. Quas enim ii vocarunt *menſas Delphicas*, aut *Delphicas*, eas Graeci, qui temporibus Romanorum florebant, τρίποδας Δελφικοὺς nominarunt. Ita *Athenaeus*, in deſcriptione pompae Ptolemaei Philadelphi, ex Callixeno Rhodio, l. V. p. 197. A. p. 198. C. p. 199. D. p. 202. C. τρίποδας Δελφικοὺς χρυσοῦς et ἀργυροῦς commemorat; atque ita alii citeriorum temporum ſcriptores. Nec credo, ex antiquioribus inuentum iri, qui ad cortinae Delphicae exemplum factos τρίποδας generatim Δελφικοὺς nominauerit. De *Delphicis* vid. *Salmaſ.* Obſ. ad Jus Att. et Rom. p. 488. *Wower.* ad *Petron.* c. XXII. *Harduin.* ad *Plin.* H. N. l. XXXIV. IV. alios.

66. Πολλὰ καὶ πολυτελῆ] Omittuntur verba πολλὰ καὶ in Angl. et Lugd. C. Sed alterum haud dubie ab auctore profectum. Vid. ſimilia ex aliis ſcriptoribus collecta a Fr. L. Abreſch. Dil. Thuc. l. III. p. 358.

66. Δυεῖν θάτερον] Scripſi δυοῖν cum Lugd. A. C. Angl. Burm. et ed. Ven. Reliqui libri δυεῖν. vid. ſupra not. ad ep. VIII. l. 40. et ep. XIX. l. 88.

θάτερον ποιήσετε, ἢ τοῖς θεοῖς εὐσεβοῦντες ἀναθήσετε, ἢ τούτους ἀποστεροῦντες αὐτοὶ διανεμεῖσθε, ὅπερ δεδράκατε. προσποιησάμενοι γὰρ ἐμοὶ λοιδορεῖσθαι, ὡς τῶν ἀναθημάτων διὰ τὸν κτησάμενον οὐ καθαρῶν ὄντων, τοὺς θεοὺς ἱεροσυλήκατε. τί γὰρ διαφέρει, τὰ καθωσιωμένα περισπάσαντας ἀπενεγκεῖν, ἢ τὰ κατωνομασμένα τοῖς θεοῖς; ἐκείνων γὰρ ἀμφότερα ἦν, καὶ οὐ τῶν πεπομφότων. ἡ μὲν οὖν παρ' ἐμοῦ χάρις εἰς τοὺς θεοὺς, καὶ ἡ παρ' ὑμῶν ἀσέβεια παντελής ἐστι· καὶ γὰρ ἐμὲ τὸν δεδωκότα, καὶ τοὺς ἁρπάσαντας ὑμᾶς, ἴσασιν. ἀρκεῖ δέ μοι τὸ, τῶν θεῶν οὐ λαβόντων, ἐναγεῖς ὑμᾶς ὁρᾶν γεγονότας, τῇ τῶν ἱεροσυληθέντων ὀργῇ. σὺν γὰρ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν αὐτὰ κέρδος ἡγήσασθε, προσωμολογήκατε μηδὲν εἶναι μυσαρὸν τῶν ἀπεσταλμένων· εἰ μὴ τὰ αὐτὰ κειμήλια δίττας ἔχει τύχας, ἂν μὲν ὑμεῖς αὐτὰ διανέμησθε, τὰς ἀμείνους· ἂν δὲ τοῖς θεοῖς κομισθῶσι, τὰς χείρους. πρὸς δὲ τούτοις, ἑαυτοὺς ἐλέγχετε περιφανῶς ἠσεβηκότας. οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες τοῦ ψηφίσασθαι πολέμια εἶναι τὰ χρήματα, τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν δῆμον ἀναφέρουσιν· ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος, ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας· καὶ τὸ πάντων δεινότατον, τοὺς μὲν θεοὺς, ὡς κακοὺς ἀνθρώπους, προδότας ἂν γενέσθαι λέγετε, εἰ δῶρα παρὰ τυράννου λάβοιεν· τοὺς δὲ πολι-

71. Ἢ τὰ κατωνομασμένα τοῖς θεοῖς] Non male *Stephanus* reddit *diis deſtinata.* Nec tamen diſplicet *dicata.* *Polybius*, Hiſt. V. p. 540. Παρῆν Διόγνητος —— ἄγων Λαοδίκην, τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασίλεως θυγατέρα, παρθένον οὖσαν, γυναῖκα τῷ βασιλεῖ κατωνομασμένην. quod verbis *Valerii Flacci* ſonat *regi coniugio dicatam.* ita ille l. III. 535. *Quem tibi coniugio tot dedignata dicauit Nympha procos, en Haemonia puer adpulit alno, Clarus Hylas.* Vicina ſunt in *Cicer.* Verr. III. §. 183. *Donum alicui dicatum atque promiſſum.* Quibus in noſtris conuertendis uſus ſum, ne ambiguitati locus relinqueretur.

75. Τὸ, τῶν θεῶν οὐ λαβόντων, ἐναγεῖς κ. τ. λ.] Angl. τοὺς τὰ τῶν θεῶν λαβόντας ἐν. cui non diſſimile quod in Lugd. A. eſt τοὺς τὰ θεῶν οὐ λαβόντας, particula οὐ punctis notata, tanquam reiicienda. Pro τὸ τῶν Lugd. C. quoque τὰ τῶν. Ego nec Angl. ſcripturam reiicio omnino, nec alteram temere muto. Verba ἐναγεῖς γεγονότας τῇ τῶν ἱεροσυληθέντων ὀργῇ dicta accipio, vt illa *Liuii*, l. VI. c. XXI. *ni —— auctores defectionis ab Romanis, meiu ne, ſoli crimini ſubiecti, piacula irae Romanorum dederentur, auertiſſent colonias a conſiliis pacis.* Alia ratione noſter, ep. VIII. l. 39. ἐναγὴς τοσούτοις ἄγεσιν.

76. Σὺν γὰρ τοῖς ἄλ. δι' ὧν αὐτὰ κέρδος ἡγ.

diis pie conſecraturos, aut, eos priuantes, ipſos inter vos diſtributuros; id quod feciſtis. Simulantes enim vos conuicium mihi facere, quaſi dona, propter poſſeſſorem non pura eſſent, deos ſacrilegio ſpoliaſtis. Nam quid intereſt, conſecrata diripueritis, an dicata et promiſſa diis? illorum enim vtraque ſunt, et non eorum, qui miſerunt. Ac meus quidem in deos gratus animus, veſtraque impietas omnino ſpectata ſunt: nam, et, qui dedit, me, et vos, qui rapuiſtis, ſciunt. Sufficit vero mihi, cum dii non acceperint, piacula videre vos factos eorum, qui ſacrilegio ſint ſpoliati, irae. Nam inter alia, quare ea lucro vobis duxiſtis, confeſſi eſtis, nihil eſſe impurum eorum, quae miſſa ſunt. Niſi rerum pretioſarum earundem duplex conditio eſt, ſi inter vos ea diſtribuatis, melior, ſin vero diis offerantur, deterior. Adhaec voſmet arguitis, manifeſto impios eſſe. Nam magiſtratus, cur decreverint hoſtilia eſſe bona, cauſam in populum conferunt, vos vero, populus, in magiſtratus. Et, quod omnium grauiſſimum eſt, deos, ſicut malos homines, proditores fore dicitis, ſi dona a tyranno acciperent. Qui vero apud vos rempublicam tractant,

ἡγ. π. μ. εἶναι μυσαρὸν τῶν ἀπεσταλμένων] i. e. Eo quod dona haec (quae diis, vtpote polluta, indigna cenſuiſtis) vos ipſi acceperitis, non polluta eſſe confitemini; ſi eſſent enim, oportuerat vos non accepiſſe. Eodem fere argumento vtitur, ep. CXL. (CXI.) οὐ γὰρ δήπου, etc. BOYL.

85. Τοὺς δὲ πολιτ. ἀγαθοὺς παρ' ὑμῖν] Cl. *Hemſterhuſius* ſuo exemplari adſcripſerat, τοὺς δὲ πολιτευομένους παρ' ὑμῖν, ὡς ἀγαθούς. Nec alienum eſt exiſtimari, cum antecedat τοὺς μὲν θεοὺς, ὡς κακοὺς ἀνθρώπους, προδότας ἂν γενέσθαι λέγετε, ſimili colore ſcripta eſſe, quae ſubiiciuntur, τοὺς δὲ πολιτευομένους παρ' ὑμῖν, ὡς ἀγαθοὺς, — οὐ κολάζετε. Interpoſitis tamen illis, οἳ τρὶς καὶ οὐχ ἅπαξ, κ. τ. λ. quae proxime pertinent ad πολιτευομένους, concinnius ſcriberentur omnia, ſi ὡς ἀγαθοὺς in poſtrema parte ponerentur, hunc in modum, τοὺς δὲ πολιτευομένους παρ' ὑμῖν, οἳ τρὶς καὶ οὐχ ἅπαξ, κ. τ. λ. ὡς ἀγαθοὺς, οὐ κολάζετε. Sed cum, quem exhibui, verborum ordinem paſſim ſeruant libri. In Pal. autem et Burm. deſunt ἀγαθοὺς παρ', ac praeterea ille, in antecedentibus, habet ὡς κακοὺς ἀνθρώπων; quod, etſi altero non deterius eſt, contra plerosque libros tamen recipere noluī. In iisdem porro verbis, pro παρὰ τυράννου λάβοιεν, in Angl. inueni παρ' ἀνθρώπου. quod etiam in Marg. Lugd. A. eiusque loco παρ' ἄνου in Lugd. C.

πολιτευομένους ἀγαθοὺς παρ' ὑμῖν, οἳ τρὶς καὶ οὐχ ἅπαξ Μεσσήνην, ὡς Ἀκράγαντα, μοὶ ὑπὸ χεῖρα πεποιήκεσαν, εἰ χρήματα αὐτοῖς αἰτοῦσι προείμην, οὐ κολάζετε. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι κοινωνεῖτε τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, καὶ οὐ δύνασθε τοῖς αἰτίοις ἐλευθέρως ἐπεξελθεῖν· πάντες γὰρ ἔνοχοι δωροδοκίας εὑρεθήσεσθε. Οὐ μὴν 90
ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἵνα μὴ δοκῶ περὶ τῶν ἀναθημάτων λέγειν, μήτε παρ' ἐμοὶ μεμενηκότων, μήτε τοῖς θεοῖς ἀνατεθειμένων, οὐδεμίαν ποιήσομαι Φροντίδα. μετελεύσονται δὲ ὑμᾶς ἀξίως τῶν τετολμημένων οἱ σεσυληκότες, καὶ περὶ ἐμοῦ, καὶ περὶ ὧν εἰς αὐτοὺς ἠσεβήκατε. ἔῤῥωσθε. τὸ δὲ ἔῤῥωσθε διπλῆν παρέμφασιν ἔχον, ἀγαθοῦ καὶ 95
κακοῦ, μὴ ἀγνοεῖτε, ὅτι πρὸς τὸ χεῖρον γέγραπται.

ριά. ΠΟ-

C. est. Ex quibus confici quodammodo posse videtur, in antecedente parte illud ἀνθρώπους varie scriptum olim fuisse, idque ansam dedisse corrumpendis reliquis, dum pro τυράννου scriberent ἀνθρώπου. Quid, si itaque idem hic interpositum inter πολιτευομένους et παρ' ὑμῖν, eam, quae nunc vulgo est, πολιτευομένους ἀγαθοὺς παρ' ὑμῖν, scripturam peperit? Vt vt est, codicum, Pal. et Burm. vestigia secutus, non alienum puto, scribi τοὺς δὲ πολιτευομένους παρ' ὑμῖν; sed ἀγαθοὺς expungere nolui, repugnantibus reliquis libris.

86. Μεσσήνην, ὡ. Α'. μοὶ ὑπὸ χεῖρα πεποιήκεσαν] Optimis quibusque scriptoribus familiaria genera loquendi sunt ὑποχείριόν τινα ποιεῖσθαι, λαμβάνειν, cet. quorum etiam in his epistolis vsus est, vt ep. XIV. LIX. et alibi. Eodem in loco, apud tragicos obuium, χείριον; vt in *Eurip.* Andr. 628. — γυναῖκα χειρίαν λαβών. *Sophocl.* Aiac. Fl. 498. — χειρίαν ἀφεὶς τινί. et alibi saepe. Rariora multo sunt, ista virtute, ὑπὸ χεῖρα ποιεῖν, λαμβάνειν, cet. nec scio, an veteribus cognita. Nam, si bene memini, semel tantum in *Xenophontis* inueni Ages. p. 380. l. 35. τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτε. quod, nisi multa essent, et grauia, quae ex *Xenophontis* Hellenicis, citerioribus temporibus, conflatum esse istum librum arguunt, quod hic disputandi locus non est, vitii suspectum videri posset, cum alias in similibus formis loquendi ὑποχείριος vtatur ille. Est autem ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν, pro ὑποχείριον λαμβάνειν, in *Basilii* ep. XXIII. Τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν, ἀνδρείου τε καὶ ἄρχοντος ὡς ἀληθῶς. τὸ δὲ τοῖς ὑποπεπτωκόσι χρηστὸν εἶναι καὶ πρᾷον, μεγαλοφροσύνῃ πάντων καὶ ἡμερότητι διαφέροντος. Cui, praeter nostrum, par ab omni parte exemplum non inuenio. Nam alius generis est, quod habet *Plutarchus*, de Exil. p. 600. D. καθάπερ τοῖς δεδοικόσι τὰ προσωπεῖα παιδίοις, ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιοῦντες καὶ ἀναστρέφοντες ἐθίζομεν καταφρονεῖν. Proprie loquitur *Lucianus*, dum t. I. Herm. p. 798. Κέλευε, inquit, παῖδα τῶν ἀνήβων ἀμφιθαλῆ τινα, προσελθόντα πρὸς τὴν κάλπιν, ἀνελέσθαι ὅ, τι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τῶν γραμματείων. Propius nostro est *Libanii*, ep. CCCCXXVIII. Ἔχεις ὑπὸ χεῖρα Σπεκτάτον, ὃν ηὖξω λαβεῖν. μὴ τοίνυν πρὸς τὴν ὄψιν μαλακισθῇς, ἀλλ' ὅσα ἠπείλεις, ἐπιτέλει, βοῶν, (leg. βιῶν) ἔλκων, ἄγχων, καταφιλῶν ὑπὸ θυμοῦ. vbi Latine reddi potest *In manibus*, vel *in potestate*, *habes Spectatum*. Atque huc pertinet illud *Charitonis*, l. VI. p. 104. l. 19. Ἤρεσεν ὁ λόγος τῷ βασιλεῖ. πρὸς ἡδονὴν γὰρ ἦν. καὶ προσλαβόμενος ὑπὸ χεῖρα τὸν εὐνοῦχον κατεφίλησε. vbi, vi locutionis non percepta, *D'Orvillius*, Annot. p. 554. de *manu*, capi-

tractant, bonos, qui ter et non ſemel Meſſanam, ſicut Agrigentum, meae poteſtati ſubiecerunt, ſi pecuniam iis petentibus largirer, non punitis: idque propterea, quod eiusdem propoſiti participes eſtis, nec poteſtis fontes libere perſequi iudicio. Nam omnes largitionibus corruptos eſſe, apparebit. Verum enim vero, ne videar de donis dicere, ſiue apud me manſiſſent, ſiue diis eſſent conſecrata, non curabo amplius. Repetent vero a vobis poenas pro auſis ſpoliati, et mea cauſa, et veſtrae in eos impietatis. Valete: cumque verbi valete, duplex explanatio ſit, boni et mali, nolite ignorare, in deterius ſcriptum eſſe.

capiti, *vel humeris impoſita*, cogitauit; dum non aliud fere προσλαβόμενος ὑπὸ χεῖρα eſt, atque προσαγόμενος; quo, in re ſimili, vſum *Charitonem*, ibidem obſeruat vir doctiſſimus; aut, ſi mauis, προσλαβόμενος ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα, quod ad *Plutarchi* exemplum l. c. eſt, ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιησάμενος.

91. Μήτε παρ' ἐμοὶ μ.] Dubito, an ſit ſcribendum παρ' ὑμῖν. hoc enim argumenti ratio poſtulare videtur. Sed nulla hic varietas in libris MSS.

95. Τὸ δὲ ἐβῶσθε διπλῆν παρέμφασιν ἔχον] Aut fallor, aut ſophiſtam haec, non tyrannum, produnt. *Ulpianus*, p. 387. E. ad *Demoſthenis*, de Falſ. Leg. p. 331. F. Ἐβῶσθαι πολλὰ Φράσας τῷ σόφῳ Σοφοκλεῖ, Ἀντὶ τοῦ οἰμώζειν, inquit: τῶν διφορουμένων γὰρ ἡ λέξις, καὶ ἐπὶ κακοῦ λέγεται. *Demoſthenis* verba reſpexiſſe videntur *Suid.* et *Heſychius*, v. Ἐβῶσθαι Φράσας, vbi vid. viros doctos. Quaedam huc pertinentia notauit *Dauiſ.* ad *Cic.* de N. D. l. I. c. XLIV. noſtri loci non immemor. Addo *Antiphanis*, apud *Athen.* l. III. p. 100. F. verba —— Ἐκεῖσε δ' ἐκπλέω, Οὗθεν διεσπάσθημεν, ἐβῶσθαι λέγων Ἅπασιν ἵπποις, σιλφίῳ, συνωρίσι, Καυλῷ, κέλησι, μαστοῖς, πυρετοῖς, ὀποῖς. *quae hominis eſſe*, monet *Caſaubonus*, Anim. p. 198. qui, Cyrene, vbi fuiſſet moratus, relicta, *longum vale diceret equis, et ceteris rebus vniverſis, quibus abundat regio Cyrenaica.* Verba autem μαστοῖς et πυρετοῖς varie tentat; ſed pro μαστοῖς, placet, quod, inter alia, coniicit ille, μασπέτοις. Habes, σίλφιον, καυλὸν, μάσπετα et ὀποὺς, res eiusdem plane generis. ex quibus tria etiam iunguntur in *Anaxandridae* Proteſilao, apud *Athen.* l. IV. p. 131. E. Καυλοὶ, σίλφιον, ὀπός. ſic enim haud dubie legendum pro κ. σ. ὄξος. de μασπέτοις vid. *Caſaub.* l. c.. Iam vero ſimile aliquid in reliquis ſpectandum eſſe, veriſimile videtur. Cumque eodem genere deſcribantur ἵπποι, συνωρίδες, et κέλητες, non alienum erit, quartum iis adiungi διφρούς. nam περετοῖς locus nullus eſſe videtur. In rem *Max. Tyr.* Diſſ. XXIII. p. 275. τὰ Κυρηναϊκὰ παιδεύματα, διφρείας eſſe, ait. Videntur autem non vnius hominis eſſe verba, vt opinatur *Caſaubonus*, ſed duorum, qui alterni res ſibi caras inprimis enumerent, hunc in modum —— Α. Ἐκεῖσε δ' ἐκπλέω, Οὗθεν διεσπάσθημεν, ἐβῶσθαι λέγων Ἅπασιν ἵπποις. Β. Σιλφίῳ. Α. Συνωρίσιν. Β. Καυλῷ. Α. Κέλησι. Β. Μασπέτοις. Α. Διφροῖς. Β. Οἵποις. quae alterna in diuitem quadrant et paraſitum, vt illa, in *Ariſtophanis* Pluto, v. 190. alterna ſunt heri et ſerui: Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἔστι πάντων πλησμονή. Ἔρωτος. ΚΑΡ. Ἄρτων. ΧΡ. Μουσικῆς. ΚΑΡ. Τραγημάτων. κ. τ. λ.

ριά'. ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΩι.

Ἐγὼ τῶν μὲν εὖ πεπονθότων ὑπ' ἐμοῦ οὐδένα ἂν εἴποιμι, οὔτε πρὸς σὲ, οὔτε πρὸς ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα: οὐ γὰρ δήπου, ἵνα σὺ δέξαιο τὰς παρ' ἡμῶν δωρεὰς, ἃς πεμπομένας παρορᾷς, τὸ καὶ ἑτέρους πολλοὺς ἐπιδείκνυσθαι λαβόντας, πρέπον ἐστί. προσέτι καὶ ἀνυπόπτως τοῖς λαβοῦσιν ὀνειδιοῦμεν. οὐ γὰρ οἰόμεθα ὀνείδους ἀπηλλάχθαι, οὔτε ἂν αὐτός τις ἕκαστος ἰδίας εὐεργεσίας διεξίοι, οὔτε ἂν ἑτέρων λεγόντων ἀκούειν ἐθέλοι. ὅσοι μέν τοι παρὰ τὴν ἡμετέραν γνώμην βίᾳ καὶ ἀδικίᾳ πολλὰ τῶν ἐμῶν ἀπώλεσαν, ἔξεστί σοι λογίσασθαι· καί τοι πολλοὺς ἂν σφόδρα εὕροις περὶ πλείστου ποιησαμένους τὰ δίκαια κατασχεῖν, ἔπειτα ἀποτίσαντας οὐχ ἑκουσίως, ἀλλ' ἀνάγκῃ καὶ φόβῳ πολέμου καὶ ὅπλων. τινὲς ὁσιώτατα ἀλλὰ καὶ πάντων εὐσεβέστατα κατέσχον, ἐφ' ὅσον ῥώμης μετεποιοῦντο. οὐ γὰρ δήπου προστρόπαια χρήματα καὶ ἐναγῆ μετὰ κινδύνων τοσούτων κατασχεῖν ὑπέμειναν, ἃ καὶ ἀναγκαζομένους λαβεῖν ἐχρῆν ἀπώσασθαι. τίνα οὖν σὺ, πρὸς διὸς, ὑποτυπούμενος, οὐκ ἤθελες τὴν δωρεὰν λαμβάνειν; ἐπεὶ καὶ αἱ προφάσεις, ἃς σὺ προσποιούμενος ἔλεγες προβεβλῆσθαι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ, καὶ μυρίοις ἑτέροις λύονται. μαρτυρεῖται γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν τὰ χρήματα καθαρὰ εἶναι, εἰ μὴ τούτῳ διοίσει, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν δι' ἀδίκου ὀνόματος τῆς ἁρπαγῆς ἔχειν ἐβιάζοντο, καὶ τοῦτο προστιθέντες τῷ ἀσεβεῖν. σὺ δὲ μετὰ τοῦ δικαιοτάτου λήψῃ, φίλου πιστοῦ διδόντος ἑκουσίως.

ριβ'. ΕΝ-

3. Οὔτε ἂν αὐτός τις ἕκαστος ἰδίας εὐεργεσίας διεξίοι] Qui Phalarin Latinum fecerunt omnes ita reddiderunt, quasi scriptum esset Οὔτε ἂν αὐτός τις ἰδίας εὐεργεσίας διεξίοι. Quamquam non temere locum inuenias, vbi αὐτὸς ἕκαστος, interposito alio verbo, aliud significat quam quod sonat natura sua, hic tamen ista virtute alienum ἕκαστος. Quare dictum accipio, quasi legatur οὔτε ἂν τις αὐθέκαστος ἰδίας εὐεργεσίας διεξίοι, vbi αὐθέκαστος est pro αὐθεκάστως, id est, *seuere, plane, simpliciter, nec arroganter, nec dissimulanter, sed aperte, et ex vero.* Erudite, vt solet, *Valckenarius, Euripideum* αὖθ' ἕκαστα explicans, ad Phœn. p. 180. inter alia, „ *Simplex oratio*, in„ quit, qualem natura dictat: qui sic lo„ quitur simpliciter, quique scapham sca„ pham vocat, proprie dicitur αὐθέκα„ στος." Nostro loco inprimis instar commentarii potest esse *Aristotelis* illud, Ethic. Ni-

CXI. POLYSTRATO.

Ego eorum, qui beneficiis a me affecti ſunt, neminem dicam, neque tibi, neque hominum ulli. Nec enimvero, vt tu dona noſtra accipias, quae, quum mittuntur, ſpernis, alios etiam multos, qui acceperint, oſtendi, decet. Adhaec etiam ſine ſuſpicione iis, qui acceperunt, exprobrabimus. Neque enim putamus ab exprobratione abeſſe, ſi quis aperte ſua beneficia commemoret, aut alios dicentes velit audire. Quot vero, contra noſtram ſententiam, vi et iniuria multa de meis perdiderint, licet tibi exiſtimare. Tametſi multos admodum inuenies, qui plurimi faciant iuſta detinere, dein reddant non ſponte, ſed neceſſitate ac metu belli et armorum. Quidam ſanctiſſima, imo omnium etiam religioſiſſima retinuerunt, quantum robur habuerunt. Nec enimvero auerruncandas res, et piaculares cum tantis periculis retinere ſuſtinuerint, quas etiam coactos accipere, oporteret repudiare. Quodnam igitur tu, per Iouem, informans, noluiſti donum accipere? Quum etiam cauſae, quas tu ſimulabas obtentas eſſe, hoc modo, et infinitis aliis ſoluuntur. Teſtimonio enim ipſorum inimicorum conſtat, res puras eſſe, niſi hoc differat, quod illi iniuſto nomine rapinae habere conati ſunt, etiam hoc adiungentes impietati: tu vero iuſtiſſimo accipies, ſua ſponte dante fido amico.

Nicom. l. IV. c. XIII. p. 55. C. δοκεῖ δὲ ὁ μὲν ἀλαζὼν προσποιητικὸς τῶν ἐνδόξων εἶναι, καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει. ὁ δὲ εἴρων ἀνάπαλιν, ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα ἢ ἐλάττω ποιεῖν. ὁ δὲ μέσος αὐθέναστός τις ὢν, ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ, τὰ ὑπάρχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὑτὸν, καὶ οὔτε μείζω, οὔτε ἐλάττω. Ipſi ſententiae ſimilia a ſeuerioris philoſophiae doctoribus paſſim inculcantur. In rem vnius *Senecae* verba adſcribam, e libro II. de Benef. c. 1. p. 277. A. *Ne aliis quidem narrare debemus. qui dedit beneficium, taceat: narret, qui accepit. Dicetur enim, quod illi vbique iactanti beneficium ſuum:* Num negabis, *inquit*, te recepiſſe? *et quum reſpondiſſet*, Quando? Saepe quidem, *inquit*, et multis locis: *id eſt, quoties et vbicunque narraſti.* vid. ibi *Lipſ.* et, ad *M. Anton. Gatak.* l. V. p. 189. cet.

8. Τινὲς ὁσιώτατα· ἀλλὰ καὶ πάντων εὐσεβέστατα κατέσχον] Meſſenii ſc. de quibus queritur ep. LXXXIV. (CX.) BOYL.

ριβ'. ΕΝΝΑΙΟΙΣ.

Ἐγὼ οἶμαι μὲν καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐμαυτὸν αἴτιον ὑμῖν γεγονέναι· ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐλευθερίας, οὐ μέμφομαι ὑμῖν ἀχαρίστοις οὖσι. τὸ μέν τοι ἀργύριον, ὃ ἐδανείσασθε, ἀπόδοτε. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐν χρείᾳ εἰμὶ οὐ μετρίᾳ, καὶ περιπέμπω χρήματα δανειζόμενος εἰς ἅπασαν Σικελίαν· καὶ οἱ μὲν ἐχαρίσαντο ἡμῖν, ὥσπερ Λεοντῖνοι, καὶ Γελῶαι· οἱ δὲ ὑπέσχηνται δανείσειν, ὡς Ὑβλαῖοι καὶ Φινθιεῖς. τί ἂν οὖν, πρὸς διὸς, αὐτοὶ ὑπολάβοιτε περὶ αὐτῶν, τηνικαῦτα ἃ δεδάνεισθε, μὴ ἀποδιδόντες, ὁπότε ἄλλοι χαρίζονται τὰ αὐτῶν, μηδὲν ἀγαθὸν ὑφ' ἡμῶν πεπονθότες; εἰ δὲ πύθοιντο οἱ ὑπεσχημένοι χαριεῖσθαι, ὅτι ἀντὶ τοῦ κομίζεσθαι τὰ ὀφειλόμενα τοῖς μηδὲν ὀφείλουσι βαρεῖς ἐσμὲν, ἆρ' ἔτι δώσειν οἴεσθε αὐτούς; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι μηδὲ τοὺς δανείσειν ὑπεσχημένους δανείσειν ἔτι, ἀλλ' ἐνθυμηθήσεσθαι, ὅτι ὁ μὴ ἀναπρασσόμενος τὰ αὐτοῦ παρὰ τῶν ὀφειλόντων, οὗτος ἀποτίνειν τοῖς δανείσασιν οὐ βουλήσεται. ταῦτα τοίνυν ἐνθυμηθέντες, εἰ μὴ ἀποτίνητε, αἰδέσθητε· εἰ δὲ

25. Οἱ μὲν ἐχαρίσαντο ἡμῖν, ὥσπερ A. καὶ Γελῶοι] Edd. Ven. Baſ. et Aurel. Γελλῶοι. atque ita Burm. reliqui libri Γελῶοι; quod verum. vid. not. ad ep. LX. Ad argumentum epiſtolae quod attinet; id non diſſimile ei eſt, quod habes ep. LX. Sed, ibi Leontini, rogati a Phalaride, ἔπεμψαν πέντε τάλαντα εὐθέως· Γελῶοι δὲ ὑπέσχηνται δέκα δώσειν: hic vtrique iam ἐχαρίσαντο. Quod ſi per ſe ſpectaueris, aut diuerſum, hic, factum reſpici, aut, illam, apparebit, hanc ſaltem antecedere, ſicut tempore, ſic ordine, debere. Neſcio tamen, quo caſu euenerit, vt, cum in ordinem qualemcunque redigerem Epiſtolas, hae duae tam longe inter ſe fuerint diſiunctae. Quod nunc factum nolim. Nam argumentis diligentius ponderatis, idem vtramque video reſpicere tempus, ac dubium eſſe, haec, an illa, debeat ordine antecedere. Nam, niſi, in eadem epiſtola, exiſtimes, inter ſe pugnantia ſcripſiſſe ſophiſtam, ἐχαρίσαντο non de actu ipſo, quaſi iam gratificati ſint Leontini et Gelenſes id, quod petiit Phalaris, ſed de voluntate, et promto animo, accipiendum eſt, quo mox rogati, ſi non vtrique, at ſaltem Gelenſes ſe gratificaturos eſſe promiſerint. Ac Leontinos quidem, quo minus, ipſo actu dediſſe, cenſeas, non eſt, quod vetet: ſed alterutri, et quidem, vt in altera epiſtola declaratur, Gelenſes ſaltem debent eſſe, in quos quadrare poſſint, quae infra, hac epiſtola leguntur, εἰ δὲ πύθοιντο οἱ ὑπεσχημένοι χαριεῖσθαι, κ. τ. λ. quae haud dubie reſpiciunt

CXII. ENNENSIBUS.

Equidem puto, libertatis etiam memet cauſam vobis fuiſſe. Sed de libertate, non reprehendo vos, quod ſitis ingrati. Verum tamen argentum, quod mutuum ſumſiſtis, reddite. Nam ipſe in inopia ſum non mediocri, et per totam Siciliam mitto, vt pecuniam mutuam ſumam. Et alii quidem gratificati ſunt nobis, ſicut Leontini, et Gelenſes: alii vero ſe mutuam daturos ſuſceperunt, vt Hyblaei et Phinthienſes. Quid igitur, per Iouem, ipſi ſuſpicamini de iis, cum tantam pecuniam, quam mutuam ſumſiſtis, non redditis, quando alii gratificantur, quae ipſorum eſt, nullo bono a nobis affecti? Quod ſi reſciuerint ii, qui ſuſceperunt, ſe gratificaturos eſſe, nos non recipere debita, ſed iis, qui nihil debent, graues eſſe, an adhuc daturos putatis eos? Ego enimuero puto, nequidem eos, qui mutuam pecuniam daturos ſe promiſerint, mutuam daturos eſſe adhuc, ſed cogitaturos, fore vt, qui ſua non repetat a debitoribus, hic illis, qui mutuam dederint, ſoluere nolit. Haec igitur cogitantes, niſi ſoluatis, vereamini. Sin vero

ciunt antecedentia, *οἱ μὲν ἐχαρίσαντο ἡμῖν, ὥσπερ Λεοντῖνοι καὶ Γελῶοι*, ſicut illa, quae dein ſubiiciuntur, *τοὺς δανείσειν ὑπεσχημένους*, *κ. τ. λ.* pertinent ad ſuperiora, *οἱ δὲ ὑπέσχηνται δανείσειν, ὡς Υ̓βλαῖοι καὶ Φινθιεῖς*. Vt ſophiſtam, cenſendum ſit, dum *ἐχαρίσαντο* ſcriberet, aut promiſſum, et voluntatem gratificandi ipſam feciſſe gratificationem: cuius generis alia, in quibus actus pro voluntate, cet. eſt, aliquoties iam tetigi in his Epiſtolis; aut verbo *ἐχαρίσαντο* generatim comprehendiſſe tam eos, qui promiſiſſent ſe daturos, quam illos, qui reuera iam eſſent gratificati.

27. *Υ̓βλαῖοι καὶ Φινθιεῖς*] Nullum huius nominis (*Υ̓αλαῖοι*) in Sicilia populum inveni: legendum puto *Υ̓βλαῖοι*, quos in agro Gelloo ſitos memorat Thucydides, l. VI. Erant vero plures Hyblae in Sicilia. BOYL. Libri omnes operarum formis deſcripti, *Υ̓αλαῖοι*. Sed recte Lugd. A. Angl. et Pal. *Υ̓βλαῖοι*. cuius loco *Οἰβλαῖοι* Lugd. B. Verum vidit *Hemſterhuſius*, qui, ad marg. exemplaris ſui: „ Phin„ thienſium, inquit, „ ex hoc loco me„ minit *Cluuerius*, Sic. Ant. I. p. 213. „ quem tamen certa praecedentis *Υ̓βλαῖοι* „ emendatio fugit. vid. II. p. 333. " Haec ille. De vtrisque, et Hyblaeis, et praeſertim Phinthienſibus, leg. diſputata a *Bentleio*, Reſp. ad C. B. I.

36. *Αἰδέσθητε*] Vid. not. ad ep. XXXIV. p. 126.

37. *Εὖ*

δὲ μὴ ταῦτα ἀνύσειεν, εὖ ἴστε, ὅτι ταχὺ σφόδρα καὶ λόγων κρεῖσσόν τι εὑρήσομεν, ὃ ἐπαναγκάσει ὑμᾶς, εἴπερ οἷόν τε ἐπαναγκαζομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.

ριγ'. ΕΝΝΑΙΟΙΣ.

Ἐκ πολλῶν πάνυ χρημάτων, ὧν ἐδανείσασθε παρ' ἐμοῦ, ὀκτὼ τάλαντα μόνον ἀποδοῦναι πείσαντες, καὶ ταῦτα ἐν οἷς μάλιστα καιροῖς χρημάτων ἐδεόμην ἐπικουφισθέντες, οὐδὲ περὶ ταῦτα εὐτακτήκατε, ἀλλὰ τέσσαρα μόλις ἀχθόμενοι καὶ στένοντες διελύσασθε. τέσσαρα δ' ἀκμὴν κατέχετε. καὶ μὰ τοὺς θεούς, οὐχ οὕτω περὶ τούτων ἄχθομαι, ὡς περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἀφεθεῖσι χάριτος. ἡ μὲν γὰρ χρεωκοπία ὑμῶν, ἐὰν ἐπιτρέπωμεν καὶ τοῦτο, τεσσάρων μόνον ταλάντων ἔχει ζημίαν· ἡ δ' ἀχαριστία ὑπερδεκατάλαντον τὴν βλάβην· ὁμοίως γὰρ καὶ ταῦτα ἀπαδώσειν ὑπισχνεῖσθε, καὶ τὰς περὶ ἐκείνων εἰδέναι χά-

37. Εὖ ἴστε, ὅτι ταχὺ σφόδρα καὶ λόγων κρεῖσσόν τι εὑρήσομεν] Sic edidi ad exemplum edd. Comm. et Boyl. cum in eo conuenire viderem MSS. Lugd. A. B. Angl. et Pal. Nam in reliquis libris non inueniuntur verba ταχὺ σφόδρα καὶ λόγων κρεῖσσόν τι.

38. Εἴπερ οἷόν τε ἐ. τ. δ. π.] In plerisque libris ad finem additur ἐστίν. quod, cum nec in Lugd. B. nec Burm. esset, abesse malui.

41. Ἐκ πολλῶν πάνυ χρημάτων, κ. τ. λ.] Dum haec scriberet sophista, ante oculos ei videntur obuersata fuisse verba *Dinarchi*, contr. Demosth. p. 175. A. Οὐκ ἐτόλμησεν ὁ μιαρὸς οὗτος —— ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων, ὧν εἶχε, δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι.

42. Ἀποδοῦναι πείσαντες] *Naogeorgus* vertit *reddere persuasi*, quasi legisset πεισθέντες. Deterius etiam interpres ed. Aurel. πείσαντες retulit ad Phalarin, deditque *cum saltem octo talentorum solutionem postularemus*. nec melius ille instituit, dum ἐπικουφισθέντες interpretatus est per *vt inopia leuaremur*. Nam si ad Phalarin haec pertinerent, aut πείσας et ἐπικουφισθείς, vt ἐδεόμην, fuisset scribendum, aut ἐδεόμεθα, vt saltem cum πείσαντες et ἐπικουφισθέντες conueniret. Nihilominus *Boyleus* etiam reddidit *cum octo tantum talenta poscceremus*. Verum vidit *Hemsterhusius*, qui exemplari suo adscripserat haec: „ Leg. σπείσαντες, „ *pacti*. Imo retinendum πείσαντες hoc „ sensu: *quum induci me a vobis sum* „ *passus, vt ex magno pecuniae numero,* „ *talentis tantum octo redditis mihi sa-* „ *tisfieret:*" Ac recte quidem vir magnus retinendum monet πείσαντες. idque ad Ennenses referendum esse, nemo dubitabit, qui cogitauerit, horum fuisse πεῖθειν Pha-

haec nihil effecerint, scitote, nos celeriter admodum omni etiam oratione maius aliquid inuenturos esse, quod cogat vos, siquidem fieri poterit, vt coacti, id, quod iustum sit, faciatis.

CXIII. ENNENSIBUS.

Ex magna admodum pecunia, quam mutuam sumsistis a me, quum, vt octo tantum talenta redderetis, persuasistis, atque ita, quibus maxime temporibus pecunia indigerem, estis leuati, ne quidem in iis recte atque ordine feciſtis, sed quatuor vix, grauate et cum suspirio persoluistis: quatuor etiam nunc retinetis. Nec, per deos, tam ob haec grauor, quam ob beneficium, ab iis, quibus remissum sit, acceptum referendum. Vestra enim debiti fraudatione, si etiam hoc permittamus, quatuor talentum duntaxat facio damnum: sed ingrato vestro animo supra decem talentum detrimentum. Nam

Phalarin, vt ex maxima pecunia octo talentis tantum redditis sibi satisfieri pateretur: nisi quis, Phalarin, putauerit eum fuisse, qui, quum mutuam pecuniam Ennensibus daret, tum beneficii loco ab iis peteret, iisque tandem persuaderet, vt minore etiam, quam accepissent, pecunia debitum soluerent. Quod absurdum est. Fateor tamen, singulare genus loquendi esse ita per se positum ἀποδοῦναι πείσαντες. quod quum scriberet sophista, cogitauit haud dubie ἀπολαβεῖν ἐμὲ πείσαντες vel simile; vbi ἀπολαβεῖν ἐμὲ de Phalaride dictum eodem redit, quo ἀποδοῦναι de Ennensibus. Est autem constructio verbi πείθειν cum casu quarto et verbo infinito obuia in scriptis veterum. E multis locis adpono *Aeschin.* de Fals. Leg. p. 398. C. ὁ τὰς δωρεὰς Ἀριστοδήμῳ φάσκων πείσειν δοῦναι τὸν δῆμον. *Lucian.* t. II. Dem. p. 384. ἔπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν, καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, καὶ μικροῦ τοῦ Φαρμάκου πείθοντα αὐτὴν δοῦναί μοι τὸν ἄρτον. *Plutarch.* x. Orat. V. p. 835. F. ἔπεισέ τε τάλαντα δοῦναι Θρασύλαιον τὸν Ἠλεῖον, ξένον αὐτῷ γεγονότα. Sed in his alii πείθουσι, alii δοῦναι dicuntur; et hi quidem casu quarto addito definiuntur; cui in nostro locus non est, cum ad eosdem pertineant πείθειν et ἀποδοῦναι.

44. Μόλις ἀρχόμενοι] Quo in loco μόλις habendum sit, abunde docent viri docti. vid. *D' Orvill.* ad *Charit.* l. III. p. 345. Non dissimilis generis, infra, ἀκμὴν est, pro ἔτι positum: quod proficisci a sophista potuit, non potuit a Phalaride. vid. quae ex *H. Stephani* Diatr. prim. notat *Gul. Battie*, ad *Isocrat.* Par. p. 15; nec non eruditorum not. ad Thom. M. v. Ἔτι, et ad *Moer. Att.* v. Ἀκμήν. p. 79.

45. Καὶ μὰ τοὺς θεούς] Καὶ praetermissum

χάριτας ὁμολογεῖτε, ὥστε οὐδεμία περὶ τῆς ἐν ὑμῖν οὔσης ἀχαριστίας χρηστὴ ἐλπὶς, εἰ τὴν ἐφ' ἡμῖν οὖσαν κομιδὴν, οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐκτίνειν. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ ταύτης ἐστὲ τῆς γνώμης, ἐγὼ πυνθανόμενος ὑμᾶς παρὰ τῶν πρέσβεων ἐνδεῶς ἔχειν, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων εἰσφέρειν, ἀφίημι καὶ τούτων τὴν πόλιν· μᾶλλον δὲ, εἰ καὶ τὰ ἀποδοθέντα βούλεσθε λαμβάνειν, ἀποπέμπειν ἕτοιμός εἰμι, εἰ μέλλετε ἐπωφελεῖσθαι, καὶ μὴ οἱ τὰ τοῦ δήμου κλέψαντες, ἐξ ὧν ὑμεῖς κοινῇ πένεσθε, καὶ ταῦτα οἴσονται. τὰς δὲ ἀναστάσεις τῶν εἰκόνων, ἃς εὐεργεσίας ἀμοιβὴν εἰς ἐμὲ πρεσβεύοντες ἐπαγγέλλεσθε, μὴ φιλοτιμεῖσθε. μετὰ γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ τὴν εἰς ταῦτα ὑμῖν χαρίζομαι δαπάνην.

ριδ'. ΕΝΝΑΙΟΙΣ.

Οὐ μεταμελόμενος ἐπὶ τῇ παρέσει τῶν χρημάτων, ἄνδρες Ἐνναῖοι, τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἐπέσταλκα, ἀλλ' ἵνα βεβαίαν ἔχητε τὴν χάριν, ἐπεξελθόντες τῇ δίκῃ Περίανδρον. τοῦ γὰρ ἀληθῶς ἔχειν τὴν πόλιν, ἀλλὰ προφάσει ψευδεῖ καταχρω-

missum in plerisque libris, retinui cum edd. Comm. et Boyl. consentiente MS. Burmann.

53. Εἰ καὶ ταύτης ἐστὲ τῆς γνώμης] *Quod si hoc animo* non *sitis*. Videbatur mihi deesse particula οὐκ. Sed fortasse rectius ita se habet sententia, Etiamsi sitis animi adeo ingrati, tamen si vos inopes cognouerim, mea vobis non deerit liberalitas. BOYL.

58. Οἱ τὰ τοῦ δήμου κλέψαντες] Qualem describit Periandrum, ep. LXXXI. (CXIV.) BOYL.

64. Οὐ μεταμελόμενος] Lugd. A. et Angl. μεταμελούμενος. Sed μεταμελόμενος reliqui libri. de vtroque vid. supra, not. ad ep. LXXVI.

65. Τ. ἐ. ταύτην ἐπέσταλκα] Vulgo Τ. ἐ. ταύτην ὑμῖν ἐπέστ. et, mutato verborum ordine, Burm. Τ. ἐ. ὑμῖν ταύτην ἐπέστ. Sed cum in Lugdd. A. B. et Angl. non inueniretur ὑμῖν, nec eo opus esset, id omisi.

5. Τοῦ γὰρ ἀληθῶς ἔχειν τὴν πόλιν, κ. τ. λ.] Ita MS. Cant. Impressi legunt τοῦ γὰρ ἀληθῶς μὴ ἔχειν τὴν πόλιν, etc. Sensus est: *nisi illum, quem furto apud me arguitis, huiusce criminis re vera damnetis, me a vobis delusum censebo.* BOYL. Ante *Boyleum* ediderant τοῦ γὰρ μὴ ἀληθῶς ἔχειν τ. π. ad quod *Naogeorgus*, „ Hic mihi, inquit, „ vna in Graeco deesse videtur negatio: μὴ ἀληθῶς „ οὐκ

Nam similiter et haec redditurus vos esse suscipiebatis, et pro illis gratiam habere confitebamini. Vt nulla de ingrato, qui in vobis est, animo bona spes sit, si, cuius nobis potestas erat recipiendi, debitum non potestis soluere. Verum tamen etsi eo animo estis, quum, vos, audio a legatis, esse in inopia, atque de priuatis bonis in publicum conferre, etiam haec remitto ciuitati. Imo vero, si reddita etiam vultis accipere, ad ea mittenda sum paratus, si fructum et vtilitatem inde percepturi estis, nec depeculatores aerarii, quae communis vestrae penuriae causa est, etiam haec ablaturi. De erigendis vero imaginibus, quas in beneficii vicem mihi per legatos promittitis, nolite solliciti esse. Nam post meum ipsius, etiam qui ad ea requiritur, vobis gratificor sumtum.

CXIV. ENNENSIBUS.

Non quod me pecuniae remissae poenitet, Ennenses, epistolam hanc vobis misi: sed vt firmum habeatis beneficium, in ius vocato Periandro. Nam reuera habere ciuitatem, sed, obtentu falso vsam, priuare creditores, demonstrationi mihi

„ οὐκ ἔχειν. " Sed haud dubie verum est, quod e MS. Cant. habet *Boyleus*, τοῦ γὰρ ἀληθῶς ἔχειν τ. π. in quo conueniunt Lugdd. A. B. C. Angl. Pal. Burm. et ed. Ven. In iis tamen illud μὴ, infra, ante προφάσει interponitur. In ed. Commel. autem est τοῦ γὰρ μὴ ἀ. ἔ. τ. π. ἀλλὰ μὴ προφάσει, κ. τ. λ. Audiuerat Phalaris, Ennensium ciuitatem in summa inopia pecuniae esse, vt etiam ii de suis bonis in publicum conferrent. Discimus hoc ex epistola antecedente; quam spectasse videtur, quisquis interposuit μὴ, vt esset τοῦ γὰρ μὴ ἔχειν τὴν πόλιν, κ. τ. λ. Sed non cogitauit ille, tum locum nullum esse verbo καταψεύσασθαι; quod ferri non potest, nisi scribatur τοῦ γὰρ ἀληθῶς, sine μὴ, ne de reliqua sententia dicam. Res huc redit. Quo certo sibi constaret, esletne ciuitati Ennensium pecunia, nec ne, Periandrum peculatus accusari Phalaris voluit. Quem si furti conuincerent, tum demum plane appareret, quae causa esset paupertatis, siue τοῦ μὴ ἔχειν τὴν πόλιν; sin, falso accusatum, comperiretur, nec is pecunia priuasset ciuitatem, id demonstrationi esset futurum, re vera ciuitatem habere pecuniam, sed, obtentu paupertatis vsam, fraudare debitores; quod est, τοῦ ἀληθῶς ἔχειν τὴν πόλιν, ἀλλὰ προφάσει ψευδεῖ καταχρωμένην, ἀποστερεῖν τοὺς δεδανεικότας, ἀπόδειξις, κ. τ. λ.

ταχρωμένην, ἀποστερεῖν τοὺς δεδανεικότας, ἀπόδειξις ἔσται μοι, τὸ τούτου τῆς κλοπῆς ὑμᾶς καταψεύσασθαι. οὐ γὰρ ἔχει λόγον ὑγιᾶ, τοὺς αὐτοὺς, τοτὲ μὲν, ὡς πενομένους, πάρεσιν αἰτεῖσθαι χρημάτων, τοτὲ δὲ, ὡς πλουτοῦντας, πολλὰ τῶν κοινῶν εἰς τοὺς ἁρπάζοντας προεῖσθαι. ἀλλ' ἢ καὶ πρὸς τοὺς δανειστὰς πλουσίους ὑμᾶς εἶναι δέον, ἢ καὶ πρὸς τοὺς κλέπτοντας, πένητας. ἐὰν δὲ τὰ μὲν τῆς πόλεως χαρίζησθε τοῖς νοσφιζομένοις, ὡς περιουσιάζοντες, τὰ δὲ τῶν δεδανεικότων ἀποστερῆτε διὰ τοὺς δημαγωγοὺς, ὡς ἀπορούμενοι, πρῶτον μὲν, ὃ καὶ μεῖζόν ἐστιν, ἀδικήσετε, μηδενὸς ὑμῖν ἀδικεῖν ἐπιτρέψοντος· ἔπειτα πολλῷ δικαιότερόν ἐστιν, ἀποτίσαι ὃ δεδάνεισθε ὑμεῖς, ἔχειν οὐ δυνάμενοι διὰ τοὺς ἀφαιρουμένους, καὶ νομίσασθαι τὸν δεδανεικότα, ἢ Φαλάριδος ἐπ' ὀνόματι δωρεᾶς χρεωκοπηθέντος, Περίανδρον ἀδεῶς κεκερδακέναι τὰ τοῦ παρεικότος. ὥσθ' ὑμῖν πάρεστιν, ἢ σὺν τῷ σῶσαι τὰ σφέτερα, κυρίαν ἔχειν καὶ τὴν ἀπ' ἐμοῦ χάριν· ἢ μετὰ τῆς τῶν ἰδίων χρημάτων ἀπωλείας, πραχθῆναι καὶ τὰ παρειμένα.

ριέ. ΓΟΡ-

69. Οὐ γ. ἔ. λόγον ὑγιᾶ] Lugd. B. Burm. et ed. Ven. ὑγιῆ. de vtroque quid ſit ſtatuendum, docent *Moer. Att.* et *Thom. M.* vbi vide *Oudendorp.* et *Pierſon.* Λόγον ὑγιᾶ non tam de *ratione*, vt plerique interpretes, quam de *oratione* dictum accipio. Interea non male in ed. Aurel. redditur, *non enim eſt veritati conſentaneum.* *Homericum* eſt μῦθος ὑγιὴς, Il. Θ. 524. vbi *Euſtathius*, p. 727. l. 39. ὑγιὴς λόγος ὁ ἀπαρχαιότητος καὶ ἀκολόβωτος, κ. τ. λ. Ὑγιεῖ λόγῳ χρῆσθαι dixit *Antoninus*, l. VIII. §. XXX. vbi quaedam notat *Gataker.* p. 305, 306. Ipſa *Antonini* verba, ab eo non intellecta, ſic interpungenda videntur, καὶ πρὸς πάνθ' ὁντινοῦν κοσμίως, μὴ περιτράνως, ὑγιεῖ λόγῳ χρῆσθαι. quibus quid voluit ille, non melius intelliges, quam ſi conferas *Euripidea*, ex Phoen. 472. Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ, Κοὐ ποικίλων δεῖ τἀνδιχ' ἑρμηνευμάτων. Eſt hic ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας, quem *Antoninus* λόγον ὑγιᾶ vocat. Hunc alter ἁπλοῦν eſſe, dicit, Κοὐ ποικίλων δεῖν ἑρμηνευμάτων; alter praecipit, eo vtendum eſſe κοσμίως, μὴ περιτράνως.

70. Τοτὲ μὲν, ὡς πενομένους, πάρεσιν αἰτεῖσθαι χρημάτων, τοτὲ δὲ, κ. τ. λ.] Angl. ποτὲ μὲν —— ποτὲ δὲ, quo cum conuenit priore loco Pal. ſed reliqui τοτὲ μὲν — τοτὲ δὲ. quare nihil mutaui. Maioris momenti eſt, quod ſcripſi, πάρεσιν αἰτεῖσθαι χρημάτων, cum antea legeretur παρεῖναι, καὶ δεῖσθαι χρημάτων. Cui qui non anteferant alterum, eos pauciſſimos puto fore, praeſertim, vbi intellexerint, πάρεσιν αἰτεῖσθαι adſcriptum inueniri in Margg. Lugd. A. et Angl. Supra, hac epiſtola, Οὐ μεταμελόμενος ἐπὶ τῇ παρέσει τῶν χρημάτων. Atque ita, infra, no-

mi-

erit, quum falso eum furti accusaueritis. Neque enim ex vero dici potest, eosdem modo, tanquam pauperes, petere, vt sibi pecunia remittatur; modo, tanquam diuites, multa, quae ciuitatis sunt communia, in direptores profundere. Sed aut erga creditores etiam diuites, vos esse, oportet, aut etiam erga eos, qui furantur, pauperes. Si autem, quae ciuitatis sunt, ea surripientibus gratificemini, tanquam copiis affluentes, quae vero creditorum, illis hos priuetis, propter concionatores, tanquam egeni, primum quidem, id quod maximum est, iniuriam facietis, etsi nemo vt iniuriam faciatis, vobis permittet. Adhaec multo iustius est, vt soluatis, quam vos mutuam sumsistis, pecuniam, quum retinere non possitis propter eos, qui auferunt, eamque recipiant creditores, quam, Phalaride, doni nomine, aere suo fraudato, Periandrum secure lucrari ea, quae huius sunt, qui remisit. Vt in vobis sit, aut, vna cum vestris pecuniis conseruatis, ratum habere etiam a me praestitum beneficium, aut cum rei familiaris iactura etiam exigi a vobis ea, quae remissa sunt.

minantur τὰ τοῦ παρεικότος et τὰ παρειμένα.

78. Α'ποτίσαι] Libri omnes ἀποτίσειν. alterum ad marginem sui exemplaris adscripserat *Hemsterhusius*. quod recepi, cum sequeretur κομίσασθαι.

79. Η" Φαλάριδος ἐπ' ὀν. δ. χρεωκοπηθέντος, Περίανδρον ἀδεῶς κεκερδακέναι τὰ τοῦ παρεικότος] Meminerunt huius loci *Budaeus*, C. L. Gr. p. 847. et ex eo *H. Stephan.* Th. L. Gr. IV. p. 583. E. dum χρεωκοπεῖσθαι positum obseruant pro *aere suo fraudari:* sed vterque omisit ἡδέως, vt vulgo legitur pro ἀδεῶς; casune, an de industria, non dixerim. Displicet autem hic loci ἡδέως; ac plane abhorret, quod Angl. Lugd. C. et Marg. Lugd. A. habent, δικαίως. Sed frequens inprimis vsus, in similibus, aduerbii ἀδεῶς; id est *secure, sine metu poenae, cum nemo Periandrum iudicio persequeretur,* quod, cum inprimis accommodatum esset huic loco, non dubitaui in orationis recipere contextum. *Herodoti* est, l. III. p. 229. l. 3. ἐξεργασθέντος δὲ κακοῦ τοσούτου, ἀδεῶς διαιτώμην, οὐδαμᾶ ἐπιλεξάμενος μή κοτέ τίς μοι — ἄλλος ἐπαναστατίῃ ἀνθρώπων. *Lys.* adv. Del. p. 415. ἐξόν μοι μετ' ἐκείνων ἀδεῶς πολιτεύεσθαι. — *Demosth.* Olynth. I. p. 4. F. τὴν οἰκείαν ἀδεῶς καρπούμενοι, et ibid. p. 5. B. τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς. Mitto similia, apud alios. Praestat, ad eandem rationem corrigi *Lucian.* t. III. Nav. p. 269. E'μὲ, inquit Lycinus, ὦ βασιλεῦ, εἰ δοκεῖ, σατράπην τῆς Ε'λλάδος κατάλιπε. δειλὸς γάρ εἰμι, καὶ τῶν οἴκοι πολὺ ἀπελθεῖν οὐκ ἂν ἡδέως ὑπομείναιμι. vbi, antecedente δειλὸς γάρ εἰμι, malo οὐκ ἂν ἀδεῶς ὑπομείναιμι. E contrario ἡδέως male transiit in ἀδεῶς, apud *Athen.* l. XIII. p. 577. E. vbi

Ma-

ριε'. ΓΟΡΓΙΑΙ. 85

Τὰ μὲν ἄλλα τῆς ἐπιστολῆς σου πάντα καλῶς ἡγοῦμαι γεγράφθαι. τὴν δὲ παράκλησιν τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι, περιττεύειν νυνὶ μάλιστα λογίζομαι. ἐγὼ γὰρ οὔτε τελευτὴν, οὔτε τελευτῆς εἶδος φεύγω, σωφρονεῖν ὑπολαμβανόμενος. εἱμαρμένη γὰρ οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων νομοθετεῖται. καὶ καθόλου δὲ τὸν 90

ἔξε-

Machon, Η' Λαμία δ' ἣν αὐλητρὶς, ᾗ σφόδρ' ἀδεῶς Ε'χειν Φησὶ, κνισθῆναί τε τὸν Δημήτριον. Sed legendum —— ἧς σφόδρ' ἡδέως ἔχειν —— vt idem, ibid. p. 581. D. loquitur, Τὸν Α'νδρόνικον ἡδέως αὐτῆς ἔχειν. In priore *Machonis* loco, F. praeterea lego, Ο'ζειν δοκεῖ μοι σαπρότατον πάντων πολύ; quod nunc est Δοκεῖ νομίζειν μοι σ. π. π.

89. Σωφρονεῖν ὑπολαμβανόμενος] Grammaticus ineditus, in bibliotheca regia Paris. Σωφρονεῖν, inquit, ἐστι τὸ ἐν παρθενίᾳ διάγειν. ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ πάντα σῶα καὶ ὑγιῆ φρονεῖν, ὡς τὸ σωφρονεῖν ὑπολαμβανόμενος παρὰ Φαλάριδι. Locum mecum communicauit, qua est humanitate, *Rubnkenius* meus, qui istius MS. possidet exemplum. Mentio nostri Phalaridis, quum apud veteres grammaticos nusquam facta inueniatur, aut auctorem prodit eius libri non valde antiquum, aut, quod credere malo, cum, teste *Rubnkenio*, antiquitatis non vnum is habeat indicium, magno argumento est interpolati operis. qua de re iudicium ferat peritissimus eius possessor. Vtraque virtute a grammatico notata, obuium in veterum scriptis σωφρονεῖν. Quod dicit ille, nostro in loco σωφρονεῖν esse, τὸ κατὰ πάντα σῶα καὶ ὑγιῆ φρονεῖν, cum eo conuenit, quod verbo σωφρονεῖν iungit *Alciphron*, l. III. ep. XI. Οὐ σωφρονεῖς, ὦ γύναι, οὐδὲ ὑγιές τι διανοῇ. In eandem sententiam idem, l. I. ep. IV. vnde plura adscribam, vt ea emendanda puto. Τί δὴ οὖν παθοῦσα, ὦ γύναι, τὴν ἄκατον ἀπολιποῦσα, καὶ τὰ νήματα τοῦ λίνου ἄστυδε θαμίζεις ——; οὐκ ἔστι τοῦτο σωφρονεῖν, οὐδὲ ἀγαθὰ διανοεῖσθαι. οὐχ οὕτω δέ σε ὁ πατὴρ ἐκ τῆς Αἰγίνης —— μνεῖσθαι ὑπ' ἐμοὶ γάμῳ παρέδωκεν. εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, χαῖρε, καὶ ἄπιθι· εἰ τὸν ἄνδρα, εἰς τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαθὰ ἐπάνιθι, τὸ λῷον ἑλομένη. Scripsi τὴν ἄκατον pro τὴν ἀκτήν; nam ἀκάτου mentio, sicut τῶν νημάτων τοῦ λίνου, inprimis piscatoris ingenio accommodata, cui vt ait ipse ibid. ante, βίος ἐν ὕδατι, θάνατος ἡ γῆ, καθάπερ τοῖς ἰχθύσιν ἥκιστα δυναμένοις ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα. In reliquis, quae sic edidit *Berglerus*, εἰς τὸν ἄνδρα εἰ τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαπᾷς ἐπάνιθι, quod reposui, τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαθὰ, dictum est, vt τὰ ἐκ θαλάττης τρυφήματα, ibid. l. I. ep. XII. Nec dissimili modo ab eodem, l. II. ep. III. τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ dicuntur; quod, per prouerbium sumtum, illustrat *Berglerus*, p. 227. Α'φθονα ἀγαθὰ idem habet, ibid. p. 230. Ad cibos speciatim transfertur cum saepe alibi, tum in illo *Theogn.* v. 993. Δείπνου δὴ λήγοιμεν, ὅπου τινὰ θυμὸς ἀνώγει, Παντοίων ἀγαθῶν γαστρὶ χαριζόμενοι. quorum facilis correctio est, cum, quod apud *Athenaeum*, l. VII. p. 310. A. huius loco legitur Δ. δ. λήγοι μένος ὅν τινα θ. ἀνώγοι Η. literis aliter in verba distinctis aptam efficiat sententiam, Δ. δ. λήγοιμεν, ὅσον τινὰ θ. ἀνώγοι Παντοίων, κ. τ. λ. Antecedentibus addo ex eodem *Alciphrone*, locum non minus mendosum, sed eundem venustissimum; vt, si etiam plura adscribam praeter institutum, et commoda corrigam emendatione, id non omnino ingratum fore, sperem, lectori. L. II. ep. II. inter alia Leontium, p. 210. haec Lamiae scribit: Μέχρι τίνος ὑπομενεῖ τις τὸν Φιλόσοφον τοῦτον (τὸν Ε'πίκουρον); ἐχέτω τὰς περὶ Φύσεως αὐτοῦ κυρίας δόξας, καὶ τοὺς διεστραμμένους καὶ-

CXV. GORGIAE.

Reliqua epiſtolae tuae omnia pulchre ſcripta duco; adhortationem vero de futuris ſupervacaneam eſſe cum maxime puto. Ego enim nec mortem, nec mortis ſpeciem fugio, cum animum induco ſapere. Fatum enim non hominum legibus ſubiectum eſt. In vniuerſum autem, qui inquirat de fu-

νόνας. ἐμὲ δὲ ἐφέτω τὴν μουσικῶς κυρίαν ἐμαυτῆς ἀστομάχητον καὶ ἀνύβριστον· ὄντως ἐπιπολιορκητὴν ἔχω τοιοῦτον, οὐχ οἷον σὺ Λάμια Δημήτριον. μὴ γάρ ἐστι σωφρονίσαι διὰ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, καὶ Σωκρατίζειν καὶ στωμυλεύεσθαι θέλει, καὶ εἰρωνεύεσθαι. καὶ Ἀλκιβιάδην τινὰ ἢ Πυθοκλέα νομίζει, καὶ Ξανθίππην ἐμὲ οἴεται ποιήσειν. In quibus pro *μουσικῶς*, cum in cod. MS. inueniſſet *φωσικῶς*, recte *Φυσικῶς* ſubſtituit *D'Orville.* ad *Charit.* l. V. c. 11. p. 441. Dein *ἀστομάχητον*, quod *Berglero* non diſplicuiſſe videtur, dum, Latino more vſurpatum eſſe, monet, mei ſtomachi non eſt. Ab ΑΣΤΟΜΑΧΗΤΟΝ autem, ſi ductum literarum cogitabis, non multum differre apparebit ΑΝΕΝΟΧΛΗΤΟΝ vel ΑΝΟΧΛΗΤΟΝ. *Heliod.* l. V. p. 233. οὐδὲ ἐπὶ τῆς ἐρημίας ἀνενόχλητον εἶχεν ἡ Χαρίκλεια τὸ κάλλος. Placet autem eo magis, quod e ſchola Epicuri ſumtum, id venuſte in ſe transferre potuit Leontium. Nam nota Epicuri *ἀνοχλησία*, et *τὸ τῆς σαρκὸς ἀόχλητον*, vid. *Bergler.* ad *Alciphr.* l. III. p. 411, 412. Nec alio ſpectant, quae ante nominantur, *κυρίαι δόξαι καὶ οἱ διεστραμμένοι κανόνες.* Quo magis miror, quod infra, in eadem epiſtola, haud dubie eodem referendum *δόξα*, a *Berglero* redditur *gloria.* Eſt locus iſte, ibid. p. 218. Τί σὺ λέγεις, Λάμια; οὐκ ἀληθῆ ταῦτα, οὐ δίκαια φημί; καὶ μὴ δῆ, δέομαί σου πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, μή σοι ταῦτα ὑπελθέτω. ἀλλὰ Φιλόσοφος (ὁ Ἐπίκουρος). ἀλλὰ ἐπιφανής. ἀλλὰ πολλοῖς φίλοις κεχρημένος. λαβέτω καὶ ἃ ἔχω. διδασκέτω δ' ἄλλους. ἐμὲ δὲ οὐδὲν θάλπει τι δόξα. ἀλλ' ὃν θέλω ὃς Τίμαρχον Δάματερ. ἀλλὰ καὶ δὶ ἐμὲ πάντα ἠνάγκασται ὁ νεανίσκος, κ. τ. λ. Quae mihi quidem non minus, quam alia multa, in ea epiſtola corrupta viſa, ne venuſtiſſimi ſcriptoris leporibus nimis captus, quid inſtituti mei ratio poſtulet, plane videar obliuiſci, vt aliquando ea tentaui, hic tantum adſcribere liceat: —— ἀλλὰ πολλοῖς φίλοις κεχρημένος. λαβέτω, κατεχέτω. διδασκέτω δ' ἄλλους. ἐμὲ δὲ οὐδὲν θάλπει τι δόξα. ἀλλ', ὃν θέλω, ὅτω Τίμαρχον, Λάμια. Τί γὰρ ἄλλ' ἢ καὶ δι' ἐμὲ ——. In altero loco, porro, vbi legitur ὄντως ἐπιπολιορκητὴν ἔχω τοιοῦτον, οὐχ οἷον σὺ, Λάμια, Δημήτριον, veriſimile mihi videtur *ἐπι* in ἐπιπολιορκητὴν remanſiſſe ex Ε'πίκουρον, atque adeo ſcriptum olim fuiſſe, ὄντως Ε'πίκουρον, πολιορκητὴν ἔχω τοιοῦτον, οὐχ οἷον σὺ, Λάμια, Δημήτριον. quae conferri poterunt cum illis, ibid. ep. I. p. 196. καὶ τότε μοι ὄντως ὁ πολιορκητὴς εἶναι δοκεῖς Δημήτριος. Sequitur μὴ γάρ ἐστι σωφρονίσαι. ſed recte, σωφρονῆσαι legendum eſſe, monuit iam *Berglerus.* Dein στωμυλεύεσθαι forte mutandum in στωμύλλεσθαι, quod *Ariſtophaneum.* alterum mihi quidem ſuſpectum. Poſtrema tandem ſic corrigo: Καὶ Ἀλκιβιάδην εἶναι Πυθοκλέα νομίζει, καὶ Ξανθίππην ἐμὲ οἴεται ποιήσειν, figura venuſta, et in ſcriptis veterum obvia. vid. a me notata ſupra, ad ep. v. l. 88. Sed ad Phalarin revertor.

89. Εἱμαρμένη, κ. τ. λ.] Vtitur hoc loco *S. Dreſemius* ad *Joſ. Iſcan.* l. VI. 257. vbi plura, in eandem ſententiam dicta ab aliis, confert.

90. Καὶ καθόλου δὲ τὸν ἑ. περὶ τῶν ἐσομένων καλῶν ἢ κακῶν.] Secutus ſum Lugd. A.

ἐξετάζοντα περὶ τῶν ἐσομένων καλῶν ἢ κακῶν λίαν εὐήθη νομίζω, εἴ τις ἢ προγνῶναι τὸ μέλλον δύνασθαι πέπεισται, ἢ προγνοὺς φυλάξασθαι. εἰ δέ τις τὸ μὲν προγνῶναι δυνατὸν ἡγεῖται, τὸ δὲ φυλάξασθαι ἀδύνατον, τοῦ χάριν ἐσπούδασεν εἰδέναι τὸ γενησόμενον, ὅπερ ἀγνοοῦντος καὶ γινώσκοντος ἔσται; Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ 95
καὶ σὺν τῷ γνῶναι καὶ τὸ φυλάξασθαι τοὐπιὸν ἀνυστὸν εἶναι φήσει τις, ὥστε δύνασθαι καὶ διατάξαι, καὶ μεταθεῖναι ἄλλο ἀντὶ τοῦ προγνωσθέντος χείρονος ἐπιεικέστερον, ᾧ τελευτῆσαι δύναιτ' ἂν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. θεοῦ γὰρ ἔργον τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἀνθρώπου. ἐνθυμηθεὶς δέ τις τοὺς λεγομένους ἀπὸ τοῦ Διὸς Αἰακὸν, καὶ 100
Μίνω, καὶ Ῥαδάμανθυν, καὶ τοὺς ἄλλους ἡμιθέους, οὔτε ἀθανάτους γενομένους, οὔτε ἄλλως ἀποθανόντας, ἢ κατὰ τὴν ἰδίαν ἕκα-

A. vbi sic scriptum. Reliqui libri omnes, κ. κ. δ. τὸν ἐξετάζοντα περὶ τῶν τοιούτων, ἢ δεδιότα περὶ τῶν ἐσομένων καλῶν ἢ κακῶν λ. ε. ν. praeterquam, quod verba ἢ κακῶν, in ed. Ald. et quibusdam aliis omissa sunt. sed non apte iungi videntur δεδιότα et περὶ τῶν ἐσομένων καλῶν. quare, deletis iis, quae in Lugd. A. non essent, alterum malui. Imo, ipsa verba, καλῶν ἢ κακῶν, si abessent, non sane deterior sententia esset. Qui saepe similia inculcarunt veteres, generatim nominarunt τὸ μέλλον, τὰ μέλλοντα, τὰ γενησόμενα, similia. vid. *Sophocl.* Aiac. 1440. *Demosth.* adu. Lept. p. 565. *Laert.* l. I. p. 48. §. 78. *Lucian.* t. II. Iou. Conf. p. 635. alios. atque ita, hac epistola, supra, ἐπὶ τοῖς μέλλουσι, mox autem τὸ μέλλον, et quae plura similia sunt. Proficisci autem potuerunt ista, καλῶν ἢ κακῶν, ab eodem, cuius ea sunt, quae in suprema pagina Lugd. B. leguntur: εἰ μὲν ἦν μαθεῖν καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν. εἰ δὲ χρὴ παθεῖν, ἃ δεῖ μαθεῖν, τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή. tum illa, in marg. Ald. post νομίζω, adscripta, ταῦτα δὲ ἀκατάληπτα πᾶσίν ἐστι, ἀλλ' οὐ φυλακτὰ, et alia, in hac epistola, quae in Var. Lect. notantur. Cum iis autem, quae hic disputantur, inprimis conferri velim *Lucian.* l. c. p. 535, et 536. vbi quaedam, etiam si verba spectes, his nostris similia.

93. Εἰ δέ τις τὸ μὲν προγνῶναι δυνατὸν ἡγεῖται, τὸ δὲ φυλάξασθαι, κ. τ. λ.] Lugd. A. B. Angl. Pal. Burm. et ed. Ven. praetermissis reliquis, tantum habent εἰ δὲ φυλάξασθαι. sed illa in Margg. Lugd. A. et Angl. adduntur: vbi pro γνῶναι, quod est in edd. προγνῶναι, vt supra, consentiente etiam Lugd. C. malui. Scripsi praeterea ἐσπούδασεν cum Lugdd. A. B. et Angl. Cum his autem conferri velim illa *Ciceronis*, de N. D. l. III. c. VI. *Quid igitur iuuat, aut quid adfert ad cauendum, scire aliquid futurum, cum id certe futurum sit?*

97. Ὥστε δύνασθαι καὶ διάταξαι, κ. τ. λ.] Libri omnes ὡς γενέσθαι καὶ διατάξαι, vitio, vt opinor, manifesto. Quare scripsi ὥστε δύνασθαι. praesertim cum non mea adeo haec emendatio esset, quam summi *Hemsterhusii*; qui in suo exemplari adscripserat ὅς γε δύνασθαι, sententia perspicua et plana. Ab eo autem in hoc vno recessi, quod edidi ὥστε δύνασθαι. In reli-

futuris, bonis aut malis, eum valde ſtultum exiſtimo, ſi quis aut ante cognoſcere futurum poſſe ſe, credat, aut, cum ante cognouerit, cauere. Si quis vero, vt ante cognoſcat, fieri poſſe, exiſtimat, vt caueat, non poſſe, quam ob cauſam ſtudet ſcire id, quod futurum ſit, quod eo neſciente, et ſciente erit? Verum enim vero, ſi, cum cognouerit, etiam vt caueat inſtans, fieri poſſe dicet aliquis, vt poſſit et ordinare, et ponere in locum ante cogniti deterioris, aliud lenius, quo perficere poſſit, equidem non puto eſſe. Dei enim tale opus, non hominis. Si quis vero cogitauerit, qui a Joue prognati dicuntur, Aeacum, Mino, Rhadamanthum, aliosque ſemideos, nec immortales fuiſſe, nec aliter mortuos, quam priuo quemque fato,

liquis ſeruaui, quod erat in editis, ἄλλο ἀντὶ τοῦ προγνωσθέντος χείρονος ἐπιεικέστερον. cuius loco Lugdd. A. B. Angl. Pal. Burm. Med. C. et ed. Ven. ἀ. ἀ. τ. πρ., χείρονα ὄντα τὸν ἐπιεικέστερον τρόπον. atque ita etiam Marg. Lugd. C. Sed Med. A. χείρονος τὸ ἐπιεικέστερον, Med. B. vero χείρονος ἐπιεικέστερον τρόπον. quod, non video, quemadmodum quadrare poſſit huic loco. Ac τρόπον fortaſſe profectum ab aliquo, quem offenderet per ſe poſitum ᾧ. Nec tamen illo opus eſſe puto. Latet enim nomen, vnde pendet ᾧ, in proximis verbis ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι; quod accipiendum, quaſi ſit ſcriptum ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶμαι, ᾧ τ. δ. ἀ. Frequens reſponſio, ad interrogationes, apud oratores eſt, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι, vel ſimile. Suffecerit e *Demoſthene* vnum et alterum locum notaſſe. vt, adu. Mid. p. 622. A. εἴ γ' εἶχε στιγμὴν, ἢ σκιὰν τούτων ὧν κατεσκεύαζε κατ' ἐμοῦ, ταῦτ' ἂν εἴασεν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. adu. Timocr. p. 796. F. Τί γὰρ κωλύει, —— —— ἕτερον φανῆναι ἄλλο τι τῶν τῆς πόλεως ἰσχυροτάτων καταλύσοντα νόμῳ καινῷ; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι οὐδέν. adu. Theocrin. p. 855. Τί ἡ πόλις κερδαίνει, ἢ βλάπτεται; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲν οἶμαι. II. in Onet. p. 927. πῶς ἐστι δίκαιον τῆς ἀδελφῆς, τῆς σῆς μηδέπω καὶ τήμερον ἄλλῳ συνοικούσης, μηδ' ἀπηλλαγμένης Ἀφόβου, μηδὲ τὴν προῖκα δεδωκότος τούτου, μηδ' ὑπὲρ τούτων εἰς βάσανον, μηδ' εἰς ἄλλο δίκαιον μηδὲν καταφυγεῖν ἐθέλοντος; ὅτι σὺ στῆσαι φὴς ὅρους, σὸν εἶναι τὸ χωρίον; ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς οἶμαι. adv. Boeot. p. 1004. F. vbi, antecedente καί τοι τίς ἂν ὑμῶν οἴεται —— ——; reſponſio haec eſt, ἐγὼ μὲν οὐδένα οἶμαι, cuius loco male legitur ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν οἶμαι. Similia, in reliquorum oratorum ſcriptis obuia, praetereo. Apparet, vt opinor, aliam eſſe huius loci compoſitionem, quam quae a veteribus fuerit probata, ita tamen comparatam illam, vt non temere eam ſollicitaueris, in noſtro ſophiſta.

1. Τοὺς ἄλλους ἡμιθέους] Innuit ſe, tyrannum licet, ſimile tamen fatum exſpectare, ac iuſtiſſimi illi principes ſortiti ſunt. BOYL. Haud ſcio, an ante oculos habuerit noſter illa *Platonis*, Apol. p. 31. A. Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ Αἰακὸς, καὶ Τριπτόλεμος, καὶ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθεῶν δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, κ. τ. λ.

ἕκαστον εἱμαρμένην, ἢ περὶ μοίρας, ἢ θανάτου δυσανασχετῶν ἢ φοβούμενος, ἐμπεδόφρων εἶναί σοι δοκεῖ; μάλιστα μὲν οὖν πειρῶ καὶ σὺ τοιαύτην διάνοιαν ἐν τοῖς ἰδίοις περὶ τῶν ἀφανῶν ἔχειν, ὡς μηδὲν περὶ αὐτῶν φροντίζειν· ἐπεί τοι περὶ ἡμῶν ὡς μηδὲν μεριμνώντων ἐπίστασο.

ριε'. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι.

Οὐ λυπεῖ με τὸ γῆρας. οὐ γὰρ ἡ τῆς τυραννίδος ἰσχὺς γεγήρακεν, ἀλλὰ Φάλαρις· λυπεῖς δέ με σὺ λίαν ὑπερφοβούμενός μου. τὸ γὰρ εἱμαρμένον ἥξει, κἂν Ἀρισταίνετος μᾶλλον, ἢ δεῖ, φοβηθῇ.

Πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐστι, μὴ δεδοικότα,
Παθεῖν τὸ μέλλον δεινόν, ἢ δεδοικότα.

ἵνα σοι καὶ μετὰ παραδειγμάτων ποιητικῶν ἐπιστέλλω.

ριζ'. ΤΥΡΣΗΝΩι.

Εἰ τοὺς μετὰ ἀνάγκης τι πράξαντας τῶν μὴ νομίμων χαλεπὰς ἔχειν δεῖ περὶ τοῦ μέλλοντος προσδοκίας, ὡς ὑπέφαινες

3. Η* περὶ μοίρας, ἢ θανάτου δυσανασχετῶν] Nisi libri omnes haberent ἢ θανάτου, videri posset antecedenti περὶ μοίρας interpretando adscriptum fuisse olim. Δυσανασχετεῖν tanquam *Thucydideum* profert *Pollux*, l. III. 130. *Thucydidis* sunt, l. VII. p. 493. l. 66. εἰμωγῇ τε καὶ στόνῳ πάντες δυσανασχετοῦντες τὰ γιγνόμενα. a qua construendi ratione saepe recedunt citerioris Graeciae scriptores. Reliqua δυσανασχετῶν ἢ φ. ἐ. ε. σοι δοκεῖ; sic edidi ad plurium librorum exemplum. Quod in Lugd. A. B. Angl. et Burm. est μοὶ pro σοὶ ferri nequit, nisi praeterea addatur particula negans; vt in ed. Ven. vbi est μὴ δυσανασχετῶν, ἢ φ. ἐμπεδόφρων εἶναί μοι δοκεῖ. sed non est, cur alterum mutes.

9. Οὐ γὰρ ἡ τῆς τυραννίδος ἰσχὺς γεγήρακεν, ἀλλὰ Φάλαρις] Non valde dissimile ei *Sophoclis* est, Oed. Col. 758. —— καὶ γὰρ εἰ γέρων κυρῶ, Τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος. Alia ratione in *Xenoph.* Ages. p. 392. l. 14. ἡ μὲν τοῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκει, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατός ἐστιν.

13. Πολ-

to, quum aut fatum, aut mortem aegre ferat, aut metuat, firmone animo esse tibi videtur? Maxime igitur conare etiam tu tali esse mente in propriis rebus, de iis, quae latent, vt nullo modo ea cures. Alioquin de nobis sic habe, vt qui nullo modo solliciti simus.

CXVI. ARISTAENETO.

Non molesta mihi est senectus: nec enim vis tyrannidis consenuit, sed Phalaris; sed tu mihi valde molestus es, cum mihi metuis. Nam aderit fatum, etiamsi Aristaenetus plus aequo metuerit.

Futura fata, conuenit multo magis,
Nihil timentem, quam timentem, perpeti.

ut cum poeticis exemplis Tibi scribam.

CXVII. TYRSENO.

Si, qui necessitate coacti aliquid fecerunt iniusti, eorum acerbam oportet esse futuri exspectationem, vt Segesta-

 nis

13. Πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐ.] Jambos hosce nusquam legi. BOYL.

18. Περὶ τοῦ μέλλοντος] Ita scripsi, *Boyleum* secutus, pro π. τοῦ μέλλοντος βίου. Conueniunt Lugd. A. B. Angl. et Pal. Saepe in his Epistolis τὸ μέλλον, τὰ μέλλοντα, et sim. leguntur.

18. Ὡς ὑπέφαινες Αἰγεσταίοις] Cum libris plerisque retinui Αἰγεσταίοις. Lugd. A. Οἰγεσταίοις. Angl. Ἀγασταίοις. vid. supra, not. ad ep. LXIV. adde *Wass.* ad *Thucydid.* l. VI. p. 381. l. 45. Pro ὑπέφαινες, nisi singularia multa essent in his Epistolis, mallem ἀπέφαινες. quocum alterum permutari saepe a librariis, iam monuit summus *Hemsterhusius*, ad *Lucian.* t. I. Nigr. p. 76. Sed nostro in loco libri omnes ὑπέφαινες. idque studio fortasse posuit sophista, vt indicaret, non tam disertis verbis id, quod antecedit, dixisse Tyrsenum, quam obscure significasse, dum res Phalaridis ad dei prouidentiam referret. Quid proprie sit ὑποφαίνειν, non melius intelligitur, quam ex hoc *Platonis*, Protag. p. 218. B. ἤδη γὰρ ὑπέφαινέ τι ἡμέρας, ὥστε καταφανῆ αὐτὸν γενέσθαι. Conue-

νες Αἰγεσταίοις, εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ, τίνας ἐχρῆν ἐλπίδας ἔχειν σε περὶ σεαυτοῦ, τὸν μὴ μετὰ ἀνάγκης μηδὲν ὧν παρανενόμηκας, μετὰ γνώμης δὲ ἠσεβηκότα πάντα;

ριή. ΗΡΟ-

ueniunt genera loquendi ὡς ἡμέρα vel ὡς ἕως ὑπέφαινε, *prima luce, cum primum dilucularet*, de quibus vid. *Valcken.* ad *Herodot.* l. III. p. 242. *Syneſio*, ep. IV. p. 174. idem eſt ὑποφαινομένης ἡμέρας. Mitto plura ſimilia, apud alios. Hinc autem verbum tranſlatum in ſpem, quae inſtar lucis primum orientis offeratur; vt apud *Lucian.* t. II. Abd. p. 185. εἰ καὶ μὴ τελέως οὕτως ἀπέγνωστο, ἀλλά τις ἔτι σωτηρίας ἐλπὶς ὑπεφαίνετο. *Liban.* ep. CCCCXX. extr. καὶ δὴ καὶ εἴ τις ἐλπὶς ὑποφαίνετο (l. ὑποφαίνοιτο) μηδὲν ἔσεσθαι μέγοντι κακὸν, μένε. Verbo ὑποφαίνω, niſi fallor, in eodem loco vſus eſt *Dinarchus*, c. Demoſth. p. 175. A. τοσαύτας ὁρῶν ἐλπίδας ὑποφαινούσας εἰς τὴν Θηβαίων σωτηρίαν. vbi nunc legitur ὑποβαινούσας. Non diſſimili porro modo in ſolertiam et audaciam e rebus geſtis Hannibalis eluceſcentem tranſtulit id *Polybius*, l. II. p. 172. Τὴν δὲ στρατηγίαν εἰ Καρχηδόνιοι τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Ἀννίβᾳ περιέθεσαν ὄντι νέῳ, διὰ τὴν ὑποφαινομένην ἐκ τῶν πράξεων ἀγχίνοιαν αὐτοῦ καὶ τόλμαν. *Arriani*, de Exp. Al. eſt, l. IV. c. XIX. §. 1. εἶπου τὶ τῆς χώρας ἔρημον χίονος ὑποφαίνοιτο. A veterum autem loquendi norma recedit plane, quod eſt apud *Diodor. Sic.* l. XIV. p. 673. l. 85. Τῷ δὲ Κόνωνι περὶ τῆς ναυαρχίας διαλεχθεὶς, ἐπέστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν θάλατταν ἡγεμόνα, μεγάλας ὑποφαίνων παρὰ τοῦ βασιλέως ἐλπίδας. vbi ſimile ex *Zoſimo* adfert *Weſſelingius*. Loquitur ſic ſaepius *Herodian.* vt Hiſt. l. II. c. III. §. 14. c. IX. §. 5. l. III. c. VI. §. 17. et alibi. *Demoſtheni* fere eodem in loco eſt ἐλπίδας ὑποτείνειν, de Rep. Ord. p. 126. A. τὰς ἐλπίδας ὑμῖν ὑποτείνων, ἀλλὸ δ' οὐδέν. atque ita *Suidas*, v. Υ'ποτείνει, e *Philoſtrato*, Ε'λπίδα πικρὰν ὑποτείνει τοῦ μέλλοντος. id eſt, vt ille interpretatur, ὑποδεικνύει; qua poteſtate, verbo ὑποφαίνειν noſtro in loco vſus eſt ſophiſta

19. Εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ] Quaſi dignus eſſem, de quo vindex Dei prouidentia poenas ſumeret. BOYL. Frequens δαιμόνιον in ſcriptis veterum, tam per ſe, vt quando τὸ δαιμόνιον dicitur, quam ad aliud nomen adiunctum; cuius generis ſunt δαιμόνιος ἀνάγκη, apud *Lyſ.* c. Andoc. p. 118. τὸ σημεῖον τὸ δαιμόνιον, non vno loco apud *Platonem.* τὸ δαιμόνιον ἐναντίωμα, apud eundem, Alcib. I. p. 429. A. quo vſus *Procopius*, ep. XLVII. ed. Cui. p. 443. ſe ait Σωκρατικῶς εἰπεῖν. Nec diſſimili modo idem ep. XXXIII. p. 439. Δέδεγμαί σου τὴν —— ἐπιστολὴν, τῆς μὲν μακρᾶς σιωπῆς Σωκρατικῶς αἰτιωμένην ἡμῖν τὸ δαιμόνιον. Quamquam autem neminem temere inuentum iri opinor, niſi rudem plane in ſcriptis veterum philoſophorum, quin ſciat, iſtiusmodi genera loquendi, quae in *Platone*, *Xenophonte*, aliis, longe plurima ſunt, certa ratione dici poſſe Σωκρατικὰ, nihil tamen re vera adeo in nominis vſu ineſt, quod tempore Socratis nouum plane fuiſſe nec auditum ante videatur. *Herodotea* iam ſunt, l. II. p. 158. l. 22. ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι, τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος, ὅκως πανωλεθρίῃ ἀπολόμενοι, κ. τ. λ. l. V. p. 415. l. 69. Ἀργεῖοι μὲν λέγουσι, αὐτέων τὸ Ἀττικὸν στρατόπεδον διαφθειράντων, τὸν ἕνα τοῦτον περιγενέσθαι· Ἀθηναῖοι δὲ, τοῦ δαιμονίου. et l. VI. p. 476. αὐτοὶ δὲ Σπαρτιῆται Φασὶ ἐκ δαιμονίου μὲν οὐδενὸς μανῆναι Κλεομένεα, κ. τ. λ. In his autem

et

nis significabas, cum ad dei prouidentiam referebas causam meam: quamnam, aequum est, te spem habere de temet, qui nihil eorum, quae inique fecisti, necessitate coactus, sed consulto, impie perpetrasti omnia?

et similibus generibus loquendi, quae magno numero adscripsisse nihil attinet, quamquam in reddendo τὸ δαιμόνιον modo nomine *deus*, modo *diuinitas*, modo alio, quod cuique sententiae accommodatum maxime videatur, vtuntur interpretes, nunquam tamen antiquiores saltem Graeci, dum τὸ δαιμόνιον, sim. nominarunt, tam late id patere voluerunt, vt generatim sonaret τὸν θεόν. Ac *Platoni* quidem quid fuerit τὸ δαιμόνιον, discimus ex eius conuiuio, p. 1194. A. καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. quocum conferri velim quae apud eundem disputantur a Socrate, in Apol. p. 21, et 22. vbi inter alia tanquam diuersae potestatis iunguntur δαιμόνια καὶ θεῖα, sicut inter se differunt δαίμονες καὶ θεοί. Atque ita, ibid. p. 24. D. ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον γίγνεται φωνή. Addo, de Rep. II. p. 607. E. Πάντη ἄρα ἀψευδὲς τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ θεῖον. Ac ne quis philosophum, putet, accuratius distinxisse ea, quae vulgo confunderentur, *Demosthenis* verba adscribam, de Fals. Leg. p. 330. B. Οἱ θεοὶ δὲ εἴσονται καὶ τὸ δαιμόνιον, τὸν μὴ τὰ δίκαια ψηφισάμενον. ad quam rationem etiam accipiendum, quod idem dicit, adv. Mid. p. 624. A. καὶ τὸ τῆς ὁσίας ὅ, τι (male vulgo ὅτι) δή ποτ' ἐστὶ τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ δαιμόνιον. vbi τὸ σεμνὸν, diuersum a τὸ δαιμόνιον, respicit τὸ θεῖον. Simile porro est, quum *Isocrates*, seu quisquis auctor est, Par. p. 23. Demonicum vult εὐσεβεῖν τὰ πρὸς τοὺς θεούς, ac τιμᾶν τὸ δαιμόνιον. Sunt quidem loca, vbi non multum a τύχη differre videatur τὸ δαιμόνιον. vt in *Demosth.* Amat. p. 248. D. vbi, cum antecederet ἔτι μᾶλλον ἐν τούτοις ἐπεδείξατο τὴν εὔνοιαν, ἣν εἶχεν εἰς σὲ τὸ δαιμόνιον, dein, ibid. subiecit τοιαύτας ὑπεναντιώσεις πρὸς ἄλληλα λαβοῦσα ἡ τύχη, πρὸς τὸ δέον ἅπανθ' ὁμολογούμενα ἀπέδωκεν. Re vera tamen τὴν τύχην et τὸ δαιμόνιον distincta etiam fuisse *Demostheni*, cognoscas ex eius orat. de Class. p. 138. A. εἴθ' ὁν ἡ τύχη καὶ τὸ δαιμόνιον φίλον μὲν ἀλυσιτελῆ, συμφέροντα δ' ἐχθρὸν ἐμφανίζει, τοῦτον ἡμεῖς φοβούμεθα. Apparet, vt opinor, verisimile esse, veteres, cum τὸ δαιμόνιον nominarent, non adeo cogitasse τὸν θεὸν aut τὸ θεῖον, sed id inprimis, quod esset τῶν δαιμόνων. Vt, cum τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν dicat noster, tametsi nomine τὸ δαιμόνιον cum antiquis vtatur, in vsu nominis tamen ab iis recedat. Est enim hic, quae ab aliis dici solet ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια; vel ἡ θεῖα πρόνοια; quam τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν e veteribus qui dixerit, inuentum iri, credo, neminem. Nisi subtilius philosophatum sophistam, τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν existimes vocasse, eam quam in distributione τῆς προνοίας, *Plutarchus*, de Fat. p. 573. A. τρίτην esse dicit; dum τρίτη δ' ἂν, inquit, εἰκότι ἡθείᾳ πρόνοιά τε καὶ προμήθεια τῶν ὅσοι περὶ γῆν δαίμονες τεταγμένοι τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων φύλακές τε καὶ ἐπίσκοποί εἰσιν. quod qui probent, admodum paucos, opinor, fore.

20. Τίνας ἐ. ἐ. ἔ. σε περὶ σεαυτοῦ] In Lugd. A. B. et Pal. omissum σε. nec id valde requirerem, si legeretur περὶ σοῦ. nunc vero, cum libri omnes habeant περὶ σεαυτοῦ, retineo σε.

22. Η'σεβηκότα πάντα;] Sic scripsi cum Lugd. A. C. Angl. Pal. Med. A. B. Vulgo legitur ἅπαν ἠσεβηκότα. sed in Lugd. B. et Med. C. ἅπαντα ἠσεβηκότα. in Burm. et ed. Ven. πάντα ἠσεβηκότα.

ριή. ΗΡΟΔΙΚΩι.

Ἄλλου μὲν ἦν κακῶς πεπονθότος, μηδὲν ὁμολογῆσαι πρὸς τὸν δεδρακότα περὶ ἀμύνης, ἵν' ὡς ἥκιστα πρὸς αὐτὸν ὕποπτος ἀλῷη. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν ἀγεννοῦς ἀνδρὸς ἔργον ἡγοῦμαι, τὸ τὸν ἀγνοοῦντα χειρώσασθαι. προηδικημένος δ' ὑπὸ σοῦ μεγάλα, μηνύω σοι Φυλάττεσθαι τὴν ἐπιοῦσαν ἐξ ἡμῶν ἄμυναν, ἵνα πρὸ τοῦ μὲν παθεῖν, ἡ προσδοκία κολάζῃ σε· μετὰ δὲ τὴν προσδοκίαν αὐτὸ τὸ παθεῖν.

ριθ'. ΕΥΜΗΛΩι.

Οὔτε δοκοῦντος, οὔτε ὄντος ἀδίκου τὸν ἄρξαντα πλημμελεῖν, ἀμύνεσθαι. τοῦ πρώτου γεγονότος ὑπὸ σοῦ, τὸ δεύτερον ἀφ' ἡμῶν ἔσεσθαι προσδέχου.

ρκ'. ΖΕΥΞΙΠΠΩι.

Τῷ μὲν υἱῷ σου διὰ τὴν νεότητα συγγινώσκω, σοὶ δὲ διὰ τὸ γῆρας, καί περ ἀσύγγνωστα πεποιηκόσιν. ἂν μέν τοι μὴ παύσησθε τῆς αὐθαδείας, οὔτε ἐκεῖνον ἡ νεότης, οὔτε σὲ τὸ γῆρας

25. Περὶ ἀμύνης] Vtitur hoc nomine aliquoties noſter cum ſui ſæculi ſcriptoribus. De eo quid ſit exiſtimandum, docent abunde viri docti, ad *Thom. M. Timaei* L. Plat. et *Moerin.* vt alios taceam. Mox ἀλῷη, quod *Homericum* eſt, male vulgo agendi virtute reddiderunt interpretes. Reliquis rectius *Aretinus*, *vt quam minimum apud illum ſuſpectus habeatur.*

27. Πρ. ὑπὸ σοῦ μεγάλα] E Lugd. C. Med. B. et Margg. Lugd. A. et Angl. addidi μεγάλα, quod in reliquis libris deerat. *Thucyd.* l. VII. p. 461. l. 33. μεγάλα οἱ Ἀθηναῖοι ἐβλάπτοντο. vid. not. ad ep. CXXVII.

32. Οὔτε δοκοῦντος, οὔτε ὄντος ἀ.] Figura hac dictionis primus fortaſſe vſus eſt *Aeſchylus* in illo Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. de quo vid. ſupra not. ad ep. LXII. p. 193. Inde autem ab *Aeſchyli* temporibus vix genus loquendi aliud inuenitur, tantopere inculcatum ab Oratoribus, philoſophis et ſophiſtis, quam ita iuncta verba δοκεῖν et εἶναι, Latina autem, *videri* et *eſſe*.

32. Τὸν ἄρξαντα πλ. ἀμύνεσθαι] De ſententia dictum ſupra, ad ep. XXXII. p. 124. adde *Leopard.* Em. X. XII. et inprimis *Valckenarium*, ad *Eurip.* Phoen. p. 532.

CXVIII. HERODICO.

Alius esset, malo affecti, nihil confiteri apud eius auctorem de vltione, vt quam minime suspectus apud eum deprehenderetur. ego vero ignaui hominis esse puto, opprimere imprudentem. Iniuria vero magna affectus ante a te, moneo te, vt caueas futuram a nobis vltionem, vt ante supplicium, exspectatione eius puniaris, post exspectationem vero, ipso supplicio.

CXIX. EUMELO.

Cum nec videatur, nec sit, iniustum, eum, qui primus peccauerit, vlcisci: cum prius factum sit a te, posterius a nobis futurum exspecta.

CXX. ZEUXIPPO.

Filio tuo propter iuuentutem ignosco, tibi vero, propter senectutem, quamuis ea, quibus ignosci non possit, feceritis. Quodsi vero non desiteritis a contumacia, nec illum

p. 532. cet. Pro κατάρξαντα, quod editur vulgo, scripsi ἄρξαντα, quod in eo conuenirent MSS. omnes, vno Burm. cum editis κατάρξαντα exhibente. Noster, supra, ep. XXXII. οὐκ ἄρχων πολέμου, ἀλλ' ἀμυνόμενος. Alterum κατάρχειν non minus, apud quosuis scriptores, quam ἄρχειν, hac potestate obuium, in *Alciphronis* l. III. ep. XLIV. p. 370. vbi nunc legitur εὐδοκιμεῖ δὲ παντῶν Γλυλλίων μόνος, καὶ κατάρχει τοῦ ἄστεος, καὶ πᾶσα αὐτῷ —— κοινὴ ἀνέωγεν ἡ οἰκία, fortasse mutandum in κατατρέχειν, cuius clara vestigia sunt in eo, quod, ex alio libro, notat *Berglerus*, κατέχει. Est autem nostrum ἄρχω πλημμελεῖν, si constructionem verborum respicias, poeticum; sin sententiam, dum idem valet, quod ἄρχω vel ὑπάρχω ἀδικίας, Lat. *auctor sum, prior facio*; dubito, an simile exemplum in veteri Graecia inueniatur.

36. Τῷ μὲν υἱῷ σου, κ. τ. λ.] Similia his sunt, quae leguntur, in *Diodori* ep. VII. *Et quoniam tui, ob venerandam senectutem, eius* (nepotis) *autem ob iuuenilem aetatem, ad vitia proclivem, nos etiam miseret*, cet.

39. Δι'

ρας ἐξαιρήσεται. δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ μᾶλλον κολασθήσεσθε, δι' ἃ νῦν συγγνώμης ἀξιοῦσθε.

ρκα'. ΚΛΕΟΣΤΡΑΤΩι.

Πάνυ μοι δοκεῖ μετὰ γέλωτος ἄξιον εἶναι θαυμάσαι τὸ σωφρονίζεσθαί τινας ὑπὸ σοῦ. τὸν γὰρ ἄλλοις ἐπιτιμᾷν ἐπιβαλλόμενον, αὐτὸν ἀπηλλάχθαι χρὴ πάσης πονηρίας· σὺ δὲ ταῖς τῶν ὑπὸ σοῦ νουθετουμένων κακίαις ἔνοχος ὢν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις, ὡς ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν, οὕτω νουθετεῖς.

ρκβ'. ΑΜΦΙΔΑΜΑΝΤΙ καὶ ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΩι.

Ὑμεῖς μὲν ἀποδεδωκέναι τὰ χρήματα, ἃ ἐδανείσασθε, Τεύκρῳ λέγετε. ὁ δ' οὔ φησιν ἀπειληφέναι. οὐκ ἔχω δὲ, μὰ τὸν Ἡρακλέα, οὔθ' ὑμῖν ἀπιστεῖν, οὔτ' ἐκείνῳ μὴ πιστεύειν. ὁ μὲν γὰρ ἐπιζητεῖ βεβαίωσιν ὑμᾶς ἔχειν τῆς ἀποδόσεως· ὑμεῖς δὲ ὡς φίλῳ πεπιστευκέναι λέγετε. δι' ἃς γε αἰτίας οὐκ ἀπειληφὼς, ἵνα μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν ἀπιστεῖν ἐν τοῖς λόγοις, ὡς κεκομισμένος προσδέδεγμαι. εἰη μέν τοι μέχρι παντὸς ἀγνοηθῆναι τἀληθὲς, ἢ τὸν πλάνον

39. Δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα, κ. τ. λ.] Nempe ob senectutem pater, quia iam nimium peccauit; ob iuuentutem filius, ne vitiosam senectam attingat. BOYL.

43. Τὸν γὰρ ἄλλοις, κ. τ. λ.] In hanc sententiam multa a veteribus dicta praetereo.

46. Ὡς ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν] Ἀνεπίληπτος, ἀνεπίληπτος βίος, sim. veteribus nota sunt genera loquendi. Propius nostro est, quod legitur in *Demosth.* Or. adu. Aristog. p. B. καὶ τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι, αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ. quod si quis, recentius quam pro *Demosthenis* aetate dictum, indicium habebit orationis commenticiae, fortasse non errabit. Genus constructionis conuenit cum *Plutarch.* de Lib. Ed. p. 4. B. vbi iunguntur τοῖς βίοις ἀδιάβλητοι, καὶ τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι, καὶ ταῖς ἐμπειρίαις ἄριστοι. *Dionysio Halic.* *Athenaeo*, aliis, est τὸν βίον ἀνεπίληπτος. Diuersa ratione *Plut.* in Cat. Min. p. 794. D. λέγεται δὲ ῥάθυμος γενέσθαι καὶ περὶ γυναῖκας οὐκ ἀνεπίληπτος. In similibus nostro familiaris praepositionis εἰς vsus.

47. Ἀμφιδάμαντι κ. Θ.] Sic scripsi cum MSS. plerisque, et edd. Comm. et Boyl. cum in reliquis edd. et MSS. Lugd. C. Medd. A. B. esset ΑΦΙΛΑΝΤΙ κ. Θ. in Burm. autem solum ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΩι.

53. Τισὶν ὑμῶν ἀπιστεῖν, κ. τ. λ.] Vestrum

iuuentus, nec te senectus liberabit: sed propter ea ipsa magis etiam puniemini, propter quae nunc venia dignamini.

CXXI. CLEOSTRATO.

Omnino mihi videtur dignum esse, quod quis miretur et rideat, aliquos castigari a te. Nam qui alios reprehendere conatur, eum abesse, oportet, ab omni malitia. Tu vero eorum, qui a te obiurgantur, vitiis, aliisque omnibus, obnoxius, quasi ipse inculpatus esses, ita demum obiurgas.

CXXII. AMPHIDAMANTI et THRASYBULO.

Vos reddidisse pecuniam, quam mutuam sumsistis, Teucro, dicitis; ille negat, se recepisse. Nec vero possum, ita medius fidius, aut vobis fidem non habere, aut illi non credere. Ille enim requirit, vt habeatis, quo redditam confirmetis: vos vero, tanquam amico credidisse dicitis. Qua propter, cum non receperim, ne quibus vestrum videar fidem non habere in verbis, vt qui receperim, sic habeo. Vtinam vero semper igno-

strum *cuiuspiam:* refertur enim ad vtrumque debitorem, et Teucrum simul. BOYL. Infra editi libri omnes κεκομισμένα, praeter Commel. vbi κεκομισμένος; quod confirmant Lugd. A. B. et Pal. probante etiam *Hemsterhusio*, ad marg. exemplaris sui. Angl. autem eius loco κεκομισμένου, et Lugd. C. κεκομισμένοι.

54. Ἀγνοηθῆναι τἀληθὲς, ἢ τὸν πλάνον ὑμῶν τοῦτον, ὅς τις ἐστὶ, πονηρὸν εὑρεθῆναι] E Lugd. A. Angl. Pal. et Burm. recepi ἀγνοηθῆναι pro ἀγνοεῖν με, quod reliqui libri habent. Sequitur pari ratione εὑρεθῆναι. In reliquis nihil temere mutandum puto: tametsi in iis variant MSS. Nam in Lugd. A. et Pal. est, ἢ τὸν ἕτερον ὑμῶν, ὅστις ἐστὶ, πονηρὸν εὑρεθῆναι. in illo tamen super ἕτερον scriptum πλάνον, super πονηρὸν vero λῆρον. Cum Lugd. in priore conuenit Angl. in posteriore λῆρον est in orationis contextu, et πονηρὸν supra scriptum. Praeterea ἕτερον est in Burm. λῆρον autem in Medd. A. et B. quod, haud dubie ex πονηρὸν ortum, hic locum non habet. Alteri firmando inseruire poterit *Alciphron.* l. I. ep. xxx. p. 124. νῦν δ' οὐκ ἔτι τὸ ἑταιρεῖν αἰτιασόμεθα, ὅτι πονηρὸς Εὐθίας ἐραστὴς εὑρέθη. In nominis πλάνος rationes inquirit *Athenaeus*, l. XIV. p. 615. F. et 616. A. adde eiusdem, l. I. p. 19. D. p. 20. A. *Planum improbissimum* nominat *Cicero*, pro Cluent. c. XXVI. quod est nostrum πλάνος πονηρός.

De

νον ὑμῶν τοῦτον, ὅς τις ἐστὶ, πονηρὸν εὑρεθῆναι. κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι πολλῶν χρημάτων ἐνεγκεῖν ζημίαν, ἢ φίλων. ἀνάγκη δὲ τῆς ἀληθείας εὑρεθείσης, ἀντὶ φίλων τοὺς ἀδικοῦντας καὶ ψευδομένους ἐχθροὺς γενέσθαι.

ρκγ'. ΑΔΕΙΜΑΝΤΩι.

Ἀκούω σε διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὁπότερος ὑμῶν ἐστὶ χείρων, σοῦ μὲν ἐκείνου λέγοντος, ἐκείνου δὲ τοὔμπαλιν σέ. ἐγὼ δ' οἶμαι, μᾶλλον δὲ καλῶς πέπεισμαι, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἐκεῖνον εἶναι κακίω. σοῦ δὲ οὔτε ἐκεῖνον, οὔτε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα.

ρκδ'. ΛΥΣΙΚΛΕΙ.

Οὐ θαυμάζω τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐδὲν ἔχεις ἐμφερὲς οὔτε τῷ πατρί σου, οὔτε τῷ παιδὶ, ὦ Λυσίκλεις. οὔτε γὰρ εἶ Λυσικράτους υἱὸς, οὔτε Νεοπτολέμου πατήρ. ταῦτα δέ φασι τὴν μητέρα σου, καὶ τὴν γυναῖκα πρὸς πολλοὺς Σικελιωτῶν διαβεβαιοῦσθαι· καὶ διὰ τοῦτο τῶν μεγάλων τυγχάνειν ἐπαίνων. ἓν γάρ τι καὶ τοῦτο τῶν θαυμαζομένων ἐστὶ, τὸ πρὸς πάντας μὲν, μάλιστα δὲ πρὸς εἰδότας, ἀψευστεῖν.

ρκε'. ΝΕ-

De πλάνος, praeter *H. Stephan.* Th. L. Gr. quaedam notauit clariſſimus *Albertius*, ad *Heſych.* v.

61. Τῶν μ. ἄλλων ἁπάντων] Α'πάντων eſt ex ed. Ven. pro πάντων, quod in reliquis libris. vid. ſupr. not. ad ep. LXI. l. 50.

66. Οὔτε τῷ παιδὶ, ὦ Λυσίκλεις] Legitur vulgo οὔτε τῷ υἱῷ σου, Λυσίκλεις, aut eius loco, vt in ed. Comm. et Boyl. οὔτε τῷ υἱῷ, Λύσικλες. quod etiam in Burm. et Lugd. C. praeterquam quod ibi Λυσίκλεις. In eo quod ſcripſi, plures libri conueniunt; nam in Lugd. A. et Angl. eſt οὔτε τῷ παιδὶ, ὦ Λύσικλες, adſcripto in margg. vtriusque libri Λυσίκλεις. Pal. habet οὔτε τῷ παιδὶ, ὦ Λυσίκλεις. nec multum abit Lugd. B. vbi, inuerſo ordine, legas οὔτε τῷ παιδὶ σῷ, Λυσίκλεις, οὔτε τῷ πατρί.

69. Δ. τοῦτο τῶν μεγάλων τ. ἐ.] Niſi in omnibus libris eſſet τῶν, ſine eo mallem δ. τ. μεγάλων τ. ἐ. Potuit autem proficiſci

ignoretur potius verum, quam planus ille, quisquis veſtrum ſit, improbus inueniatur. Nam praeſtabilius duco, magnae pecuniae facere damnum, quam amicorum. Neceſſe vero eſt, inuento vero, pro amicis eos, qui iniuriam faciant, et mentiti ſint, inimicos eſſe.

CXXIII. ADIMANTO.

Audio te diſſidere cum fratre, vter veſtrum ſit deterior, cum tu illum dicas, ille viciſſim te. Ego autem puto, imo vero probe perſuaſum habeo, aliis omnibus illum eſſe peiorem; te vero, nec illum, nec aliorum ullum.

CXXIV. LYSICLI.

Non miror, quod nihil habeas ſimile, aut patri tuo, aut filio, Lyſicles. Nec enim filius Lyſicratis es, nec Neoptolemi pater. Id, quod matrem tuam, et uxorem, aiunt, apud multos Siculos affirmare, ac propterea magnam conſequi laudem. Unum enim hoc etiam eorum eſt, quae quis miretur, quod cum apud omnes, tum inprimis apud ignaros, non mentiantur.

ciſci ex ſequente καὶ τοῦτο τῶν θαυμαζομένων ἐστί. Sed in vſu articuli parum certi, in his Epiſtolis.

71. Πρὸς εἰδότας] Quorum ſiquidem alii cum matre tua, alii cum vxore familiarius verſati fuerint; adeoque licet harum vtraque tacuerit, illi te ſpurium, hi currucam norunt. BOYL. Qui poſſit ἓν τῶν θαυμαζομένων dici τὸ πρὸς εἰδότας ἀψευστεῖν, non aſſequor. Ac mihi quidem contrarium verius dici poſſe videtur, ſiue ἓν τῶν οὐ θαυμαζομένων velis τὸ πρὸς εἰδότας ἀψευστεῖν; ſiue ἓν τῶν θαυμαζομένων, τὸ πρὸς οὐκ εἰδότας ἀψευστεῖν. Quorum poſterius, a me, quum Latina facerem, ſpectatum, ſi quis MS. confirmaret, vt verum reciperem. Nunc nihil audeo mutare, tametſi οὐκ forte lateat in corrupto τοὺς εἰδότας, quod Lugd. A. habet, adſcripto πρὸς, vel, in τὸ τοὺς εἰδότας, quod in Lugd. B. eſt.

ρκε'. ΝΕΟΛΑΪΔΑΙ.

Οὐδὲν ἄχαρι βούλομαί σε παθεῖν ἀπ' ἐμοῦ· πλείω γὰρ εὑρίσκω σοι τὰ ἀγαθὰ πεπραγμένα, τῶν χειρόνων. διὸ καὶ τοῦτό σου τῶν βελτιόνων ἐν γενέσθω, τὸ μὴ προσαναγκάσαι με, τῷ χαλεπωτέρῳ τῆς ψυχῆς κατὰ σοῦ χρήσασθαι πάθει.

ρκς'. ΤΙΜΟΛΑΩΙ.

Τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτάνειν, εἰκότως ἴσως καὶ δικαίως θεοῦ νομίζεται· τὸ δ' ἁμαρτόντα τούτῳ αὐτῷ πρὸς τὸ μέλλον σεσωφρονίσθαι, ἀνθρώπου· τὸ μέν τοι μηδὲν πταίσαντα καὶ ἀτυχήσαντα πεφυλάχθαι, οὐκ οἶδα ἄλλου τινὸς ὑπολαμβάνειν δυνάμενον, ἢ κακοῦ. αἰσχρὸν οὖν (ἔτι γὰρ ἔγγιον προσελευσόμεθα) ἑτέροις παράδειγμα τῆς ἀβουλίας γενόμενον, αὐτὸν ἑαυτῷ μηδ' ἐκ τῆς οἰκείας συμφορᾶς χρήσιμον γενέσθαι.

ρκζ'. ΑΡΙΦΡΑΔΗΙ.

Αὐθάδεια καὶ νεότητος ἀβουλία πολλοὺς ἀνθρώπων ἀπώλεσεν· οἷς ἀμφοτέροις τοῖς πάθεσιν ἴσθι σου τὸν υἱὸν κεχρημένον. ἀδι-

72. ΝΕΟΛΑΪΔΑΙ] Dissentiunt in nominis scriptura libri; cum loco ΝΕΟΛΑΪΔΑΙ, quod in editis est, Lugd. A. et Angl. habent ΝΕΟΛΙΔΑΙ; ac Lugd. B. ΘΟΛΑΙΔΑΙ. Nisi nominum propriorum, in his Epistolis, admodum esset incerta ratio, suspicarer, pro ΝΕΟΛΙΔΑΙ transpositis literis scribendum esse ΛΕΩΝΙΔΑΙ: nomen in veteri historia notissimum. Ac Leonidae cuiusdam, res Phalaridis speculatum a Leontinis missi, mentio supra etiam facta, ep. XLII.

73. Παθεῖν ἀπ' ἐμοῦ] Lugd. A. et Angl. ὑπ' ἐμοῦ. Noster, ep. CXLII. ὑφ' ἡμῶν εὖ πεπονθέναι. Retinui cum plerisque libris ἀπ' ἐμοῦ. De usu praepositionis ἀπὸ pro ὑπὸ, saepius egerunt eruditi. vid. inter alios, *D' Orvillius*, ad *Charit.* l. VI. p. 548. Id interea certum est, similia inprimis in citerioris Graeciae scriptoribus inueniri frequentissima.

78. Τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτάνειν] Particulam μὲν, quam vox sequens μηδὲν absorpsit, ex Codd. Lugd. A. & Angl. adieci; hic genuinam monstrabat quod sequitur δέ. —— Sententiam nobilem suo more sic

CXXV. NEOLAIDAE.

Nihil acerbi volo te pati a me. Plura enim, te comperio, bona praeſtitiſſe, quam mala. Quare etiam hoc e melioribus tuis vnum eſto, vt ne me cogas, atrociore animi in te vti affectu.

CXXVI. TIMOLAO.

Nihil quidem peccare, jure merito profecto Dei cenſetur; poſtquam vero peccatum ſit, eo ipſo in poſterum emendari, hominis: qui vero lapſus et infortunio fuerit mactatus, illum ſibi prorſus non cauere, haud ſcio cuius cenſeri debeat niſi improbi. Turpe igitur, (nam etiam propius accedemus,) qui aliis exemplum temeritatis ſit factus, illum ne proprio quidem damno edoctum ſibi prouidere.

CXXVII. ARIPHRADAE.

Arrogantia et iuuenilis temeritas multos homines perdere ſolent; quo vtroque morbo tuum filium laborare ſcias:

ſic *Sophocles* expreſſit in Antig. v. 1036. Τοῖς πᾶσι κοινὸν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν· Ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκέτ' ἐς' ἀνὴρ Ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν Πεσὼν ἀκεῖται, μηδ' ἀκίνητος πέλει. *Xenophon* K. Π. V. p. 80, 40. Ἑλλην. VI. p. 346, 10. Plures illam expreſſere ſophiſtae: Demonax *Luciani*, T. II. p. 378. ἡγεῖτο ἀνθρώπου μὲν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, θεοῦ δὲ, ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέου, τὰ πταισθέντα ἐπανορθοῦν. Sententiam inter recentiores tractarunt *Erasmus*; *Gatakerus*; *J. C. Wolfius* ad *Libanii* Epiſt. p. 705.

80. Μηδὲν πταίσαντα] Codd. Lugd. A. et Angl. pro μηδὲ hic aptiſſimum praebuerunt μηδέν. paulo ante legitur τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτάνειν.

84. Συμφορᾶς] MSS. omnes ξυμφορᾶς. Etſi hoc ad veterem Atticam loquendi normam magis accedit, retinui tamen alterum, quod conſtans haec ſcriptura ſit in his Epiſtolis. — ξὺν pro σὺν veteres Attici ſcripſere, non item recentiores: de hac tantilla re egerunt *H. Stephanus* in Append. Theſ. L. G. p. 13. *Waſſe* in Add. in *Thucyd.* ad P. 362. in Praefat. *Dukeri*, *Hemſterhuſius* in *Ariſtoph.* Plut. v. 774. & in *Lucian.* T. I. p. 94, 95.

ἀδικούμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ μεγάλα δι' ἃς προείρηκα αἰτίας, τὴν ἄμυναν ἐπέσχηκα, σοὶ βουλόμενος οὐκ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι· μαρτυρῇ γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἀρίστην ἐπιείκειαν ἔχων παρὰ σεαυτῷ διόπερ οὐκ ἐδοκίμαζον δι' υἱοῦ πονηρίαν λυπεῖν γῆρας πατρὸς οὐδὲν ἀδικοῦντος. ἕνα γὰρ ἔχων παῖδα τοῦτον, εἰ καὶ πάντῃ φαῦλός ἐσι, δι' ἐρημίαν ἄλλου διαδόχου σέργεις· κακίαν γὰρ υἱοῦ πατρὸς εὔνοια νικᾷ. ἐὰν μέντοι μὴ παύσηται πλεονάζων, ἀπειθῇ δὲ καὶ τοῖς σοῖς παραγγέλμασι καὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις, μὴ ἀγνοήσῃς, ὅτι καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ σοῦ λήψομαι τὰς προσηκούσας παρ' αὐτοῦ δίκας. ἵνα δὲ, ὅταν ἐπ' αὐτῷ γένηται τῷ κακῷ, διατείνων ἐν οἷς ἐσὶ, μὴ προσποιηθῇ δοκεῖν ἠγνοηκέναι τὰ ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένα πρὸς σὲ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον περὶ τῶν αὐτῶν ἐπέσαλκα.

ρκη'. ΚΛΕΟΔΙΚΩι.

Πολὺ δεινὰ βεβούλευσαι κατ' ἐμοῦ, Κλεόδικε, παρὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν. πόθεν γάρ σοι τὸ ἐλπίσαι κακῶς ποιῆσαι

88. Ἀδικούμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ] Quam Ep. CXVIII. ope nonnullorum Codicum MSS. Auctori reſtitui, in verbis προηδικημένος δ' ὑπὸ σοῦ μεγάλα, eamdem hic quoque vocem in ſimillima locutione plurimorum Codicum ſuffragiis adiiciendam iudicaui: vocem certe μεγάλα, in Edd. omiſſam, agnoſcunt Lugdunenſes tres, Laur. A. B. et Angl.

88. Δι' ἃς προείρηκα αἰτίας] Ita Editiones fere omnes et Codicum MSS. nonnulli: μανίας pro αἰτίας praebent Lugd. C. et Laur. B. a qua lectione non abit Laur. C. vbi δι' ἧς πρ. μανίας· nec Ed. Ven. vbi προειρήκαμεν μανίας. quod, etſi loco noſtro minus conuenit, ſuſpicionem tamen mouet, olim in nonnullis Codd. lectum κακίας. Mox υἱοῦ κακίαν memorat. Legitur in Epiſt. CXXI. σὺ δὲ ταῖς τῶν ὑπὸ σοῦ νενουθετημένων κακίαις ἔνοχος ὢν κ. τ. λ.

89. Σοὶ βουλόμενος οὐκ ἐκείνῳ] Σοὶ μᾶλλον βουλόμενος legitur in Codicibus Angl. Laur. A. B. & Lugd. C. idem adſcriptum ad oram Lugd. A. vt interpretamentum addi potuit μᾶλλον, ſi ſcriptum fuit olim, σοὶ βουλόμενος ἢ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι. in hac certe forma loquendi frequens fuit vocis μᾶλλον ellipſis.

90. Μαρτυρῇ] Μαρτυρεῖ Angl. et Laur. A. B. μαρτύρει Lugd. A. Μαρτυρεῖ vetus eſt Atticus flexus: μαρτυρῇ ſcripſere recentiores: vid. *Valckenarius* in *Eurip.* Phoen. v. 576. Ἅπτει recte ſcriptum a *Solano* in *Lucian.* adv. Indoct. T. III. p. 122, 42. vbi ἅπτει relinqui non debuerat.

92. Οὐδὲν ἀδικοῦντος] Non deterius ἀδικήσαντος, quod habent Laur. A. B. ſed in ἀδικοῦντος reliqui omnes conſpirant.

98. Διατείνων ἐν οἷς ἐσὶ] Nobiliſſ. *Car. Boyle, ſuam expendens conditionem*; addite

magna autem ab eo affectus iniuria ob ea quae memoraui vitia, vltionem diſtuli, idque in tuam non in illius gratiam: multorum enim teſtimonio vir optimus eſſe perhiberis: quapropter patris nihil mali merentis ſenectutem ob filii nequitiam dolore afficiendam non exiſtimabam: cum enim filius tibi ſit vnicus, hunc, etiamſi peſſimum, alio ſucceſſore deſtitutus amas: filii enim vitia patris beneuolentia tegit. Quod ſi vero delinquere non deſinat, neque tuis praeceptis neque meis ſermonibus morem gerat, probe ſcias eum et mea et tua cauſa meritas daturum poenas. Ne autem, cum in eodem propoſito perſeuerans in ipſum malum inciderit, ignorantiam praetexat, de iisdem rebus, quemadmodum ad te ſcripſi, literas ad ipſum dedi.

CXXVIII. CLEODICO.

Multa mala in me machinatus es, Cleodice, quaeque vires tuas ſuperant. Vnde enim ea tibi ſpes, poſſe Phala-

ditque: *Διατελῶ alium ſenſum hic vix admittit: in eodem tamen uſurpatum nullibi inuenio. Melius itaque in MS. Reg.* διὰ τίνων. *Sententiam ſic legas,* ὅταν ἐπ' αὐτῷ γένηται τῷ κακῷ διὰ τίνων ἐν οἷς ἐστί. *cum in hoc inciderit malum ob ea quae iam agit.* Non eſt vt hanc *Boylei* ſententiam operoſe refutem, dudum explosam a ſummo *Bentleio*, Diſſ. p. 74. et ſeqq. Illud tantum notetur, quod de ſcriptura vocum διά τινων refert *Bentleius*, idem confirmari a Cl. *Gally*, qui collationi Cod. Angl. adſcripſerat: „ Διά τινων. Ita nunc „ ſcriptum eſt: at primo διατελίνων ſcriptum „ fuiſſe liquet tam ex diſtantia inter τ et ι, quam ex vario colore atramenti, quo „ accentus ſuper α pingitur. " Eodem fere modo voces leguntur in Lugd. A. Quamvis autem forte vulgata lectio cum *Bentleio* retineri poſſit, mihi tamen valde placet Clariſſ. *Heinſerbuſii* emendatio legentis, διαμένων, ἐν οἷς ἐσί. adſcripſerat iſta ex epiſt. XXXIX, μενούσης μὲν τῆς ἀρχῆς ἐν οἷς ἐσί. In *Iſocratis* legitur Panegyr. ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς αὐτοῖς διαμένουσι. — Quod vero ſequitur, μὴ προσποιηθῇ δοκεῖν ἠγνοηκέναι, a veteribus elegantius ſcriptum fuiſſet in eumdem ſenſum, μὴ δοκῇ (i. e. προσποιηθῇ) ἠγνοηκέναι. hunc vſum verbi δοκεῖν *Valcken.* ad *Herod.* adfirmauit.

1. ΚΛΕΟΔΙΚΩι] Abeſt haec Epiſt. a Codicibus Lugd. A. B. C. et Angl. quumque nec ex reliquis quicquam enotatum ſit variae lectionis, neque in illis videtur fuiſſe reperta.

2. Πολὺ δεινὰ] Sic loqui non ſolent Graeci. Scribendum videtur vſitato more, πολλὰ καὶ δεινὰ βεβούλευσαι Sic Noſter Ep. LVI. Πολλά σοι καὶ μεγάλα πρὸς ἡμᾶς ἐμαρτύρει Λάκριτος. Ep. L. πολλά σοι καὶ δεινὰ

σαι Φάλαριν, χαιρουμένῳ τῇ τοῦ Θρακὸς τοῦ βυρσοδέψου θυγατριδῇ, Αὐτάνδρου δὲ γυναικὶ, τοῦ τὸν δεσπότην ἑαυτοῦ κτείναντος, ἐξ ὧν οὕτω πλουτῆσαι αὐτῷ συνέβη, καὶ παρὰ τοὺς τῆς Φύσεως νόμους ἐνυβρικότι; οὐ μὴν εἰς τοῦτό γε προαχθήσομαι τῆς ὀργῆς, ὥςε τὰ σοὶ πεπραγμένα λόγῳ διεξελθεῖν. ἐὰν γάρ σε ἄξιον ἀμύνης ἡγησώμεθα, οὐκ ἐν λόγοις βουλησόμεθα μόνον, ἀλλ' ἐν ἔργοις δυνησόμεθα, ἅπερ εἰς ἡμᾶς ὠρέχθης ἐξαμαρτάνειν, εἰς κεφαλὴν σοί τε καὶ τῷ σῷ γένει τρέψαι.

ρκθ'. ΕΠΙΣΤΡΑΤΩι.

Ὡς πρὸς εὐτυχῆ τινα γράφειν ἔοικας. ἐγὼ δέ σοι τὰ περὶ ἐμοῦ συνελὼν ἐν βραχεῖ δηλώσω. εἰ τοῦτ' ἐςὶν εὐτυχεῖν, τὸ γεννηθέντα μὲν ὀρφανίας πειραθῆναι, νέον δὲ ὄντα κατὰ περίςασιν ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος, ἀπολέσαι δὲ τὰ πλεῖςα τῆς οὐσίας, τραφῆναι δὲ ἐν βαρβάροις ἔθεσι, φεύγειν δὲ ἐξ ἁπάσης γῆς ἀδικούμενον, ἐπιβουλεύεσθαι δὲ μὴ μόνον ὑπ' ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐεργετουμένων, τυραννήσαντα δὲ ἀπεύχεσθαι καὶ τὸν ἐν τυραννίδι βίον, εὐτυχοῦμεν.

ρλ'. ΕΠΙ-

δεινὰ πέπρακται. Cum frequens ſit forma loquendi πολλὰ καὶ δεινὰ πεποίηκε· *multa mala patrauit*: πολλὰ καὶ δεινὰ δρῶσι. minus frequenter occurrant: πολλὰ κἀγαθά· πολλὰ καὶ καλά. vid. *H. Stephan.* in Append. Theſ. L. G. p. 35. et *F. L. Abreſch.* Diluc. Thucyd. p. 358.

15. Νέον δὲ ὄντα] Ita libri tam MSS. quam typis deſcripti fere omnes: in margine tamen Lugd. A. et Angl. legitur νεάζοντα δὲ κ. π. atque id ipſum dat Laur. A. Vtrum eligas parum refert: vt rarius Auctor forte dederat νεάζοντα. *Eurip.* Phoen. v. 1613. Ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὕροιμ' ἂν βίον. *Soph.* Oed. in Col. v. 366. νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγώς. — Phraſin ὀρφανίας πειραθῆναι tractauit *Bentleius*, Diſſ. p. 508. et ſeqq.

17. Τραφῆναι ἐν βαρβάροις ἔθεσι] Verbum Τρέφεσθαι non tantum reſpectu victus, ſed quarumcunque rerum, quae ad educationem et inſtitutionem liberorum pertinent, adhiberi notiſſimum eſt. *Ariſtophanes*, Ranis v. 741. memorat Τραφέντας ἐν παλαίσραις, καὶ χοροῖς, καὶ μουσικῇ. Nihil itaque vetat, quominus Graece dicatur τραφῆναι ἐν βαρβάροις ἔθεσι. Cum tamen a diuerſa educationis ratione partim etiam pendeant interni mores habitusque animorum, (vere *Euripides*, Hec. v. 600. Ἔχει γε μέν τοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς Δίδαξιν ἐσθλοῦ.) hac in locutione praeferendum videretur ἦθεσι. Ita *Plato*, L. I. de LL. p. 769. C. ἐπειδὴ ἐν τοιούτοις ἤθεσι τέθραφθε νομικοῖς. *Thucydides*, L. II. c. LXI. p. 136, 59. πόλιν μεγάλην οἰκοῦντας, καὶ

rim malo afficere, vt rem gratam faceres Thracis iſtius coriarii nepti, uxori vero Autandri, qui domino ſuo interfecto inde nactus eſt diuitias, et praeter omne fas inſolenter ſe geſſit? Nec tamen eo procedam iracundiae, vt tua facinora verbis percenſeam. Quum enim vltione te dignum iudicauerimus, non verbis tantum volemus, ſed re ipſa efficere poterimus, vt ea, quae tu in nos peccare fueris conatus, in caput tuum tuique generis recidant.

CXXIX. EPISTRATO.

Videris tanquam ad fortunatum ſcribere. Ego vero tibi res meas paucis complexus breuiter exponam. Si hoc eſt fortunatum eſſe, prima aetate parentibus orbatum, iuuenem patria caſu eiici, maxima bonorum parte ſpoliatum, barbaris in locis educatum, ex omni terra per vim et iniuriam expelli, inimicorum non tantum ſed etiam beneficiis cumulatorum inſidiis peti, tyrannide acquiſita vitam in tyrannide abominari; fortunati ſumus.

CXXX. EPI-

καὶ ἐν ἤθεσιν ἀντιπάλοις αὐτῇ τεθραμμένους. vbi minime accedo *H. Stephano*, in Annot. in Schol. *Thucyd.* ad p. 85. col. 2, l. 3. notanti perinde eſſe vtrum legas ἤθεσιν, an ἔθεσι· quod eo minus ferrem in hoc loco *Thucydidis*, quia nulla eſt in Codd. ſcripturae varietas. In eo maior eſt difficultas, quomodo Phalaris dici poſſit ἐν ἤθεσι βαρβάροις iſto ſenſu educatus; cum non tantum apud *Lucian.* T. II. p. 188. ſeſe εὖ γεγονέναι καὶ τραφῆναι ἐλευθερίως glorietur, ſed, vt ex Epiſtola prima patet, iam tum, cum patria fugeret exul, vxorem et liberos habuerit. An itaque adeo ſui oblitum fuiſſe Auctorem dicemus, vt plane contraria de ſe narrauerit? Si nihil aliud obeſſet, non adeo repugnarem, cum in fictis eiusmodi ſcriptis aliquando contingat, vt memoria lapſi ſcriptores, earumque rerum, quas antea commemorauerint, obliti, poſtea diuerſa aut plane contraria narrent: exemplum in ipſo Auctore Noſtro notauit etiam *Bentleius*, Diſſ. p. 481. Huius vero erroris abſoluendum hic Noſtrum vel ipſe verborum ordo turbatus demonſtrat: neque enim poſt alia commemorata educationis demum mentionem feciſſet, ſed ſtatim poſt iſta, γεννηθέντα μὲν ὀρφανίας πειραθῆναι· vt ſaepiſſime verba γεννᾶσθαι et τρέφεσθαι coniungi ſolent. Quid itaque? Genuinum forte, quod praebent margines Codicum Lugd. et Angl. φθαρῆναι δὲ ἐν βαρβάροις ἔθνεσιν. *barbaras inter gentes vagari*: hanc verbi φθείρεσθαι vim, praeter alios, adfirmauit Clar. *Abreſch*, Anim. ad *Aeſch.* p. 207. Vul-

ρλ'. ΕΠΙΣΤΡΑΤΩι.

Μὴ βιάζου με νικῆσαι δίκας παρὰ σοῦ λαβεῖν, τρὶς ἤδη παρεικότα· μηδὲ ἐμπαραβάλλου τῇ σαυτοῦ ψυχῇ ὡς ἀλλότριον Φαλάριδος ἔλεον· εἰ καὶ πάνυ τοῦτο σέβεσθαι παραιτησάμενοι τῇ τοῦ τυράννου χρησόμεθα ὀργῇ.

ρλα'. ΟΝΗΤΟΡΙ.

Καὶ σὺ, καὶ πάντες οἱ φίλοι τοῦτ' ἄν μοι χαρίζοισθε, μήτε ἐξετάζοντες περὶ ἐμοῦ μηδὲν, μήτε πολυπραγμονοῦντες, εἰ μή τι βουλοίμην· τοιαῦτα γάρ ἐςι τὰ κατὰ τύχην περὶ ἡμᾶς, ὡς μᾶλλον ἡσθῆναι τοὺς ἐχθροὺς ἀκούσαντας, ἢ λυπηθῆναι τοὺς φίλους μὴ συνυπακούσαντας.

ρλβ'. ΚΕΒΡΩΝΙ.

Τί δήποτε οἱ θαυμάζοντές μου τῶν τρόπων, ὡς δειναῖς χρωμένου αἰκίαις, τοὺς ἐπιχειροῦντας ἐξ ὑμῶν τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐξέπληξαν; ἀλλὰ τὰς μὲν τύχας ὀλοφύρεσθε τῶν τιμωρηθέντων, συμβούλους δ' αὐτοὺς οὐ ποιεῖσθε μὴ ἀδικεῖν Φάλαριν. ἄμει-

Vulgata, ſi vna tantum litera mutetur, τραφῆναι ἐν βαρβάροις ἤθεσι, ſignificare poſſunt *barbaris in locis educari:* vid. notata ad *Heſych.* in Εὐήθης et in Ἤθεα, et *G. Koenius*, in *Gregor.* de Dialectis, p. 236.

22. Μὴ βιάζου με νικῆσαι] Non facile dixerim, quid hic ſibi velit νικῆσαι, in qua lectione Codices tamen conſpirant. Scripſerat forte: *νικήσαντα δίκας παρὰ σοῦ λαβεῖν me, qui cauſa ſim ſuperior, cogere noli ad poenas de te ſumendas.* Epiſt. CXXVII. λήψομαι τὰς προσηκούσας παρ' αὐτοῦ δίκας.

23. Μηδὲ ἐμπαραβάλλου] Παραβάλλου legitur in Codd. Lugd. A. et Angl. Ἐμπαραβάλλου, veram lectionem hinc enotarunt *Budaeus* et *H. Stephanus* In proximis nihil adeo quis deſiderauerit: ſcribi tamen etiam Atticis vſitato more potuerat: ὡς ἀλλότριον ὄντα Φαλάριδος ἔλεον. pro ἀλλοτρίου ὄντος —— ἐλέου. vt *Plato*, in Gorgia p. 491. A. ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον. *Iſocrates*, de Bigis p. 351. B. ὥσπερ οὐ πάντας εἰδότας, &c. Prae ceteris ſic frequenter ſcribit *Xenophon*, K. Π. p. 15, 22. 89, 4. &c. vid. *Ier. Markland.* in *Lyſiae* p. 67, 13.

33. Οἱ

CXXX. EPISTRATO.

Noli me cogere ad ſupplicium de te ſumendum, qui iam ter veniam dederim: neque id in animum tuum inducas, quaſi aliena eſſet a Phalaride miſericordia; etiamſi nulla eius ratione habita tyranni animo vtemur.

CXXXI. ONETORI.

Et tu et omnes amici hoc mihi gratiſſimum feceritis, ſi neque in meas res inquiratis, neque curioſius eas perſcrutemini, niſi ipſe velim; tali enim vtor fortuna, vt, ſi audiuerint, maiorem laetitiae inimicis, quam amicis, ſi non intellexerint, materiam dolendi praebeat.

CXXXII. CEBRONI.

Cur tandem ii, qui mores meos vituperant vt crudelibus vtentis ſuppliciis, iſtis ex vobis, qui mihi inſidias machinantur, hoc ipſo terrorem non incutiunt? ſortem autem eorum, qui poenas dederunt, deploratis; neque tamen eorum exem-

33. Οἱ θαυμάζοντές μου — ὡς — χρωμένου] In Edd. legitur et in plerisque Codd. Οἱ θαυμάζοντές με — ὡς — χρώμενον. Quod vero eſt in Lugd. A. atque in Angl. Codice a prima manu emendatum μου, Auctori reſtitui, atque ad illud accommodaui χρωμένου. Hic locum inuenit illud *Ammonii*: Θαυμάζω γενικῇ μὲν συνταττόμενον σημαίνει τὸ καταγινώσκω. οἷον, Θαυμάζω τῶν ταύτην ἐχόντων τὴν γνώμην. quae verba ſunt ex *Iſocratis* ad Nicoclem Or. p. 27. B. quod et vidit monuitque Cl. *Abreſch* Dilucid. *Thucyd.* p. 309. In hunc ſimilemue ſenſum iſta ſtructura Θαυμάζειν hic illic, inprimis ab Oratoribus, adhibetur, *Antiphonte* p. 114, 22. *Andocide* p. 30, 34. *Lyſia* p. 87, 2. p. 206, 8. *Iſocrate* initio Panegyr. p. 41. et p. 76. B. 313. E. *Demoſthene* p. 121, 20. Initium orationis *Dinarchi*, Πάλαι θαυμάζω ὑμῶν, praebet *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 185, 24.

35. Οὐκ ἐξέπληξάν] In marginibus Codicum Angl. et Lugd. A. legitur, οὐκ ἐκπέπλησθε. ſcribi ſaltem debuerat, οὐκ ἐκπέπληχθε. quod eſt in Ed. Veneta. genuinum eſt quod Codices dant ſcripti et Editiones pleraeque.

37. Τοι-

ἄμεινον μὲν οὖν καὶ μοὶ ἦν, μὴ καθίσασθαι εἰς τοιαύτης ἀμύνης ἀνάγκην. λυσιτελέσερον δὲ ὑμῖν τὸ μὴ χρῆσθαι τῇ προπετείᾳ κατὰ πάντα. ἔπειτά τε ὡς ἐμοὶ ὁ τρόπος εὐνοουμένῳ τί ποτ' ἂν ἐπράξατε, εἰ μὴ τοιοῦτος ἐγενόμην ἔγωγε περὶ τὰς τιμωρίας; ὁπότε μηδὲν ἐλπίζοντες πείσεσθαι μέτριον, ἐμπαραβάλλεσθε αὐτοῖς. ἔξιν οὖν ἐμὲ παῦσαι τῆς ὠμότητος, ἐὰν αὐτοὶ πρότερον παύσησθε ἀδικίας.

ρλγ'. ΑΡΙΦΟΙΤΗι.

Τὰ μὲν σὰ καὶ τούτων, ὧν πεπόμφαμεν, καὶ πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων ἀγαθῶν ἄξια· τὰ δ' ἐμὰ μὴ βούλου μαθεῖν· οὐδὲν γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἔχομεν σιγῆς κρεῖττον.

ρλδ'. ΑΜΦΙΝΟΜΩι.

Οὐ διδόναι χάριτας οἶομαι δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. ὅθεν, ἀξιῶ, μὴ ὡς πρὸς

37. Τοιαύτης ἀμύνης] Vulgato non deterius, τοιαύτην ἀμύνης ἀνάγκην praebent Codices Angl. & Lugd. C.

39. Ἔπειτά τε ὡς ἐμοὶ] In his, procul dubio vitiosis, cum Editis Codices MSS. consspirant; nisi quod scribitur in Lugd. A. ἔπιτά τε ὡς, in Lugd. B. εἶπειτα ὡς. Videtur τὸν εὐνοούμενον opponere τῷ δεινοῖς χρωμένῳ αἰκίαις. Fortasse quaedam hinc exciderunt. Interim, dum vera lectio alicunde prodierit, legi poterit: εἴπατε (*dicite*) ὡς ἐμοὶ εὐνοουμένῳ, τί ποτ' ἂν ἐπράξατε. Certe εἴπατε latere suspicor in ἔπειτα vel εἴπειτα. *Aeschines* c. Timarch. p. 271. B. εἰπατέ μοι πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ὦ Ἀθηναῖοι. *Xenophon* K. Π. III. p. 44, 39. εἴπατέ μοι, εἴ τινα ἐγὼ τῶν ἐμῶν ἀποστέλλοιμι, —— συμπέμψαιτ' ἄν μοι τῶν ὑμετέρων. in eiusdem Ἑλλην. VI. p. 340, 38. εἴπατε πρὸς ἐωὲ, ὥσπερ ὑμῖν προσήκει, ὁποῖα δυνήσεσθέ τε καὶ μέλλετε ποιήσειν.

41. Ἐμπαραβάλλεσθε αὐτοῖς] Clariss. *Hemsterhusius* adscripserat αὐτοὺς vel αὐταῖς. posterius referendum ad τιμωρίας. mihi prior coniectura magis arridet.

44. ΑΡΙΦΟΙΤΗι] Ἀριφοῶντι, quod est in Lugd. B. adscriptum etiam in marg. Ed. Aldinae. Ὀρειφοίτῃ reperitur in Lugd. C. Ἐριφοίτῃ in Ed. Ven. In aliis Codicibus legitur Ἀριφοίτῃ.

45. Καὶ πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων] In Lugd. A. simpliciter legitur, καὶ πλειόνων ἀγαθῶν. In Ed. Ven. desunt voces, καὶ πλειόνων ἔτι. Nihil mutandum arbitror: solent in talibus istius modi voces coniungere Graeci. Noster Ep. XXXIII. Ἐγὼ δὲ περὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκείνῳ χάριτας εἰδώς. vid. *D'Orvillii* Animadv. in *Charit.* p. 28. et 764.

49. Δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν] In Lugd. A. Angl. et Pal. pro δωρούμενος legitur βουλόμενος. Quod vero in aliis est Codd. atque Edd. δωρούμενος omnino retinendum est. *Xenophon* K. Π. V. p. 86, 6. καὶ

exemplo discitis ab iniuria Phalaridi inferenda abstinere. Ac mihi quidem satius esset, ad eiusmodi poenas sumendas non cogi; vobis vero vtilius in vniuersum minus temere agere. *Dicite mihi* tanquam beneuolo, quid tandem faceretis, nisi tali modo poenas sumerem? quum, etiam moderati supplicii nulla spe affulgente, iis vos temere obiicitis. Licet igitur me a crudelitate auocare, si vos ab iniuria desistatis.

CXXXIII. ARIPHOETAE.

Tua quidem et iis, quae misimus, et pluribus etiam ac maioribus beneficiis digna sunt: mea vero cognoscere noli; nihil enim melius quam silentio ea premi.

CXXXIV. AMPHINOMO.

Viris bonis, donando beneficia dare me non arbitror, sed multo magis ab iis accipere: quare, obsecro, ne ad me

 scri-

καὶ χρήματά γε, ἔφη, ἐγὼ ἄν σοι δοκῶ ἥδιον οὕτω δωρεῖσθαι, ἢ παρὰ σοῦ λαμβάνειν. Noster Ep. IV. ἐγὼ δὲ, ὁ μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς διδοὺς, λήψομαι μᾶλλον ἢ δώσω. sic enim ibi legendum est. At, si nostro loco βουλόμενος refingas in βουλομένοις, et ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetas χάριτας λαμβάνειν, melius sensui et menti Auctoris consulas: id enim potissimum beneficii loco habuit, si quis dona oblata vellet accipere; vt ex sequentibus patet, διὰ τὸ βουληθῆναί σε λαβεῖν. quorum vis perit, nisi hic legas: δωρούμενος βουλομένοις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Noster Epist. XXIII. initio: Ἐκτεθησαυρίκαμεν τοῦ πλούτου —— εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν.

50. Μὴ, ὡς πρὸς δεδωκότα] Commoda distinctione, et literis, quae male coaluerant, distractis a se inuicem, hunc me locum arbitror in clara luce collocasse. Editionum et Codicum lectio erat: ὅθεν ἀξιῶ μὴ ὡς προδεδωκότα με χάριν, ἀλλ' ὡς προσοφείλοντά σοι —— nisi quod in Lugd. B. scribitur προσδεδωκότα —— et πρὸς ὀφείλοντα. quorum hoc recepi, illud in duo πρὸς δεδωκότα separaui: nunc sensus, opinor, verborum is est, quem in Latinis expressi. *Boyleus*, exhibens προδεδωκότα, haec dederat Latina: *me, non vt illum, qui prior dederit, sed qui insuper debeat, reputes*. *Bentleius* Diss. c. XIII. summo iure negat, προδίδωμι, quo hic *Boyleo* aliisque legi videbatur sensu, apud antiquos scriptores reperiri, apud quos, non *prius dare*, sed *prodere* constanter notat. *Boyleus* vero, contrarium probare conatus, varia loca ex veterum scriptis protulit, quibus hunc verbi προδίδωμι vsum firmaret. Quibus *Bentleius* in Diss. cum adiecto Responso p. 411. et seqq. ita respondet, vt facile inde pareat, noluisse eum has difficultates remouere, ne simul argumentum ex hoc loco depromtum plane vacillaret et collaberetur. Loca hanc in rem

a *Boy-*

πρὸς δεδωκότα με χάριν, ἀλλ' ὡς πρὸς ὀφείλοντά σοι, διὰ τὸ βουληθῆναί σε λαβεῖν ἃ ἐπέμψαμεν, γράφε.

ρλέ. ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ.

Θαυμάζειν δὲ τῆς ἐπιστολῆς ἔοικας τὴν παρὰ πολύ μου μεταβολὴν τοῦ βίου, ὅτι, τὸν ἄλλον χρόνον θρασύτερος ἢ κατὰ τύ- 55
ραννον ἐμφανὴς ὢν, τανῦν οὐδὲ τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ὁρῶμαι. ἐγὼ δὲ ἐνδεέστερον ἢ δεῖ φεύγω πάντας ἀνθρώπους· πίστιν γὰρ οὔτε παρ' ἄλλοις τισιν, οὔτ' ἐν φίλοις βεβαίαν εὗρον. διὸ, πάντα πολυπόνως ἐπιγνοὺς, τὴν ἀοίκητον ἐρημίαν ἐν Λιβύῃ τοῦ μετ' ἀνθρώπων βίου αἱρετωτέραν ὑπολαμβάνω, καὶ τὰ θηρόβοτα Νομάδων ἐνδιαιτήμα- 60
τα. μᾶλλον γὰρ ἐμπελασθεὶς λέουσιν ἀκινδύνως συναυλισαίμην ἂν, καὶ

a *Boyleo* prolata leguntur in *Pauli* Ep. ad Rom. XI, 35. τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; *Xenophontis* Hellen. I. p. 258, 38. καὶ τόν τε προσοφειλόμενον ἀπέδωκε, καὶ ἔτι μηνὸς προέδωκεν. *Demoſth.* Orat. πρὸς Πολυκλ. p. 1084. fine: μισθωσάμενος ναύτας ὡς οἷόντ' ἦν ἀρίστους, δωρεὰς καὶ προδόσεις δοὺς ἑκάστῳ αὐτῷ μεγάλας. *Ariſtot.* Oeconom. II. p. 507. A. τοσαύτην εἶναι περὶ αὐτὸν εὐπορίαν, ὥστε τὴν προδεδομένην τρίμηνον σιταρκίαν δωρεὰν αὐτοῖς διδόναι. De *Xenophontis* loco quod dicam in procliui eſt: qui ipſum auctorem inſpexerit, προέδωκεν illic ferri non poſſe fatebitur, et Graecis reſpondere negabit a *Boyleo* laudatam *Leunclauii* interpretationem: *Praeterea* Cyrus *et ſtipendium prius illis debitum* (προσοφειλόμενον, nec male, legit pro προσοφειλόμενον,) *perſoluit, et menſtruum aliud ante tempus numerauit.* Interim roganti Cyro, quomodo potiſſimum gratiam inirct apud nautas, Lyſander reſpondit, ſi ſtipendium obolo augeret: εἰ πρὸς τὸν μισθὸν ἑκάστῳ ναύτῃ ὀβολὸν προσθείης· indicatum iam voluit *Xenophon*, Cyrum debitum perſoluiſſe ſtipendium, atque inſuper, auctore Lyſandro, ſingulis menſibus plus adieciſſe: manifeſto patet ſcribendum προσέδωκεν· vt paulo legitur ante προσθείης. In loco *Demoſthenis* nihil eſt *Boyleo* praeſidii: fac enim πρόδοσιν ſignificare *antedationem*, vt ita dicam: quis *Demoſthenem* credat hic in vna ſede coniunxiſſe δωρεὰς et προδόσεις, *dona* et *antedationes?* Scripſiſſe ſuſpicor *Demoſthenem* προσόδους. δωρεὰ et πρόσοδοι ſunt *dona* et *reditus*, quos ſingulis nautis dedit: πρόσοδοι enim non tantum de publicis reditibus, ſed etiam aliis quibuscunque ponitur: vid. *H. Stephanus* Th. L. G. T. II. p. 1179. δωρεὰς καὶ προσόδους ſimiliter iungit *Demoſth.* Epiſt. III. p. 196. *Ariſtotelem* autem ſcripſiſſe προσδεδομένην, eo minus dubito, quo frequentior praepoſitionum πρὸ et πρὸς in Codd. vetuſtis confuſio obſervatur, adeo vt ſaepe vix diſcernere queas, πρὸ an πρὸς fuerit ſcriptum: qua de re vid. *Markland.* ad *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXVIII. p. 721. et *D'Orvill.* in *Charit.* p. 187. Apud *Polybium* VIII. p. 728. ſcribendum προσδεδομένα τάλαντα, pro προδεδ. liquet ex iis quae

prae-

ſcribas tanquam ad beneficii datorem, ſed tanquam ad illum, qui tibi ſit deuinctus, quod ea quae miſimus, accipere volueris.

CXXXV. POLLUCI.

Literis tuis mirari videris meam viuendi rationem a priori tanto opere mutatam; quod, cum ante audacius, quam par erat tyranno, in publicum prodierim, nunc ne familiariſſimis aditus ad me patet. Ego vero minus, quam oportet, omnes homines fugio: nam nec apud alios, neque apud amicos fidem conſtantem inueni. Quare, ſingulis diligenter perſpectis, deſertas Africae ſolitudines, ac feris beſtiis repletas Nomadum ſedes hominum conſortio praeferrem: cum leonibus

 enim

praecedunt. Quod autem attinet ad *Pauli* verba, etſi fateor, omnia quae in N. T. leguntur, minime poſſe ad exactam ſermonis Graeci normam exigi, non tamen ſine ratione quis ſuſpicaretur, in iis *προσέδωκεν* ſubſtituendum vulgato; prout, obſeruante *Millio*, olim *Ambroſium* in Codd. Graecis legiſſe ex ipſius verbis L. IV. de Fide c. VI. collegit *Eraſmus*.

51. *Διὰ τὸ βουληθῆναι*] Lugd. A. Angl. Pal. et tres Laur. Editiones etiam Bas. Aur. Commel. habent, *διὰ τὸ μὴ βουληθῆναι*. manifeſto errore. Cum Codd. itaque Lugd. B. et C. nec non Edd. Ven. et Ald. et Angl. particulam *μὴ* omiſi; quae in Angl. Codice obelo erat notata.

52. *Γράφε*] Mira hic Codicum eſt inconſtantia, quorum alii habent *γράφειν*, vt Lugd. A. Angl. et Palat. alii *δέχου*, vt Lugd. B. C. et Laurent. B. quod etiam eſt in Ed. Ven. In reliquis Editionibus legitur *γράφε*. male a *Boyleo* acceptum. *Γράφε* genuinum omnino videtur: *ἔθεν, ἀξιῶ, γράφε* —— *ὡς πρὸς ὀφείλοντά σοι*. Solent ſic ab Atticis inprimis *ἀξιῶ, ἀντιβολῶ, ἱκετεύω*, orationi interiecta adhiberi.

53. ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ] In nonnullis Codd. haec Epiſtola *Nicippo* legitur inſcripta: *Νικίπῳ* eſt in MSS. Angl. et Lugd. A. in Lugd. B. et in Ed. Ald. margine *Νικίππῳ*. Velut ad *Nicippum* ſcripta proſtat Epiſtola CXLVII.

55. *Θρασύτερος ἢ κατὰ τύρ.*] Vulgatam hic praetuli lectioni Cod. Angl. *θρασύτερον. θρασυτέρως* eſt in Laur. C. et in Ed. Ven. pro *ἐμφανὴς* in talibus ſaepe legitur *δῆλος*.

57. *Ἐνδεέστερον ἢ δεῖ*] Hic quoque male vulgabatur in plerisque Edd. *ἐνδεέστερον ἤδη*. genuina, quam Codices optimi praebent, ſcriptura ſupra iam fuit adfirmata ad Epiſt. CIV.

60. *Τὰ θηρόβοτα Νομάδων*] *Θηρόβατα* legitur tam in ſcriptis Codd. quam in Edd. *Θηρόβοτα* correxerat in margine libri ſui Clariſſ. *Hemſterhuſius*: quod in contextum recipere non dubitaui: incertum quo ſenſu, Noſter in fine Epiſt. XIII. *τὴν Ἱμεραίων θηρόβοτον* commemorat: ſed leones ſimilesque feras in Nomadum Africanorum terris inueniri negat *Herodotus* IV, c. CXCII.

67. *Τα-*

καὶ συνευνηθείην ἑρπετοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς νῦν οὖσιν ἀνθρώποις. τοσοῦτον ἡμῖν αἱ πολλαὶ καὶ ποικίλαι καὶ συνεχεῖς τύχαι ἐμπειρίας [καὶ πονηρίας] μετέδωκαν.

ρλς'. ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ. 65

Ἐρρωμενέστερον ἀδικοῦμαι τῷ παντὶ, ἢ τιμωροῦμαι, Πολύδευκες. οὐχ ὥσπερ ἔφηθα, καὶ πάσχειν με δεινὰ καὶ δρᾶν. ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἀδείας τοὺς αὐτοὺς τῶν ἐπιβουλευσάντων ἠξίωσα· τῶν δὲ ἀδικούντων οὐδείς ἐστιν, ὅστις, ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἁλοὺς κακοῖς, ἐπὶ τῷ δευτέρῳ πονηρὸς ὀφθῆναι ἠδέσθη. 70

ρλζ'. ΤΕΥΚΡΩι.

Τὴν Φιλοδήμου γυναῖκα Κλεαινέτην (οἶσθα δήπου, ἣν λέγω, Τεῦκρε) βουλόμενος ὑπὲρ θυγατρὸς γάμων ἰδεῖν, τοῖς ἐν ποσὶν ἐκωλύθην· ἐφ' ᾧ καί σε παρεκάλουν ἥκειν ἂν, εἴπερ μὴ περὶ τοιούτης κηδεμονίας ἐγνώκειν ἐν Συρακούσαις καταλιπεῖν. ἔνθεν καὶ περισσότερον αἴσθοιο ἄν, ὡς οὐκ εἰκῇ σοι περὶ αὐτῶν ἐπισέλλομεν. Μέτελθε ταύτην αὐτὸς, καὶ πέντε τάλαντα ἀνάδεξαι προικὸς τῷ κηδεστῇ, γαμουμένης τῆς παιδὸς, μὴ μᾶλλον ὡς δωρεᾶς διδομένης, ἢ χρέος ὀφειλόμενον ὑπ' ἐμοῦ διορθούμενος. ἐὰν μέντοι πυν-

62. Τοσοῦτον ἡμῖν] Nihil erat cauſae cur τοσοῦτον γὰρ ἡμῖν ex Lugd. B. reciperetur.

63. Τύχαι ἐμπειρίας [καὶ πονηρίας] μ.] Adiicitur formula ἔββωσο in Codd. Angl. et Lugd. A. In illo pro μετέδωκαν legitur μεταδεδώκασιν: in margine Lugd. A. μεταδεδώκασι. Pro τύχαι in Lugd. B. et margine Ed. Ald. proſtat τέχναι. Vtraque vox, etiam alibi in his epiſtolis permutata a librariis, commodam hoc loco interpretationem admittit. Si enim τέχναι legas, idque interpreteris *malas artes*, *dolos*, (quo ſenſu vox a Graecis frequentatur,) intelligendae ſunt artes, quibus Phalaridis nomen inuiſum reddere, ciusque tyrannidem ſubuertere conabantur ipſius inimici: ſi vero vocem τύχαι retineas, de vario vitae ſtatu et conditione, qua dum vtebatur hominum de ſe opiniones optime experiri poterat, accipi debet. Ita παντοδαποὶ βίοι καὶ τύχαι ἀνθρώπων iunguntur a *Diotogene* apud *Stobaeum*, quem memorat Clariſſ. *Hemſterhuſius* ad *Ariſtoph.* Plutum p. 9. conf. *D'Orville.* in *Chariton.* p. 422. et Miſcell. Obſ. II. p. 168. Eodem modo *fortuna* apud Latinos ponitur: vid. *Cortium* ad *Salluſtii* B. Cat. LI, 12. Paulo major eſt difficultas in illis, καὶ πονηρίας·

enim iunctus tutius commorarer, et cum quibusuis reptilibus cubarem, quam cum iis qui nunc sunt hominibus. Multis et variis continuisque casibus tantam experientiam acquisiui.

CXXXVI. POLLUCI.

Iniuria, qua afficior, Pollux, poenis quas sumo maior omnino est: non vt tu aiebas, me grauia et pati et facere. Ego enim iisdem insidiatoribus bis terque veniam dedi: eorum autem, qui me iniuria afficiunt, nemo est, quem, semel in prauo facinore deprehensum, iterum malum esse pudeat.

CXXXVII. TEUCRO.

Philodemi uxorem Cleaenetam (nosti vtique, Teucer, quam velim) cum super filiae nuptiis conuenire vellem, negotiis quibusdam impeditus sum; ad quae te etiam arcesserem, nisi Syracusis te relinquere ad eiusmodi rem curandam decreuissem; quo magis etiam intelligas nos serio de iis ad te scribere. Eam ipse conueni, ac quinque talenta in dotem te daturum genero promitte, si filia nuptias ineat, non tam vt donum, quod datur, quam debitum quod a me persoluitur. Quod si vero inquirat, vnde tantas Philodemi pecunias habeamus, ne-

ρίας· quae interpretibus negotium faceſſiuiſſe ex Latinis, quae dederunt, diſcere licet. Senſui laboranti forte ſuccurras legendo cum *Hemſterhuſio*: συνεχεῖς τέχναι καὶ πονηρίαι ἐμπειρίας μετέδωκαν. cenſeri quoque poſſet illud, καὶ πονηρίαι, ex gloſſa voci τέχναι adiecta ortum duxiſſe: ſi abeſſet illud, vocem τύχαι libenter retinerem.

70. Ἐπὶ τῷ δευτέρῳ] Hoc ex Lugd. B. et margine Ed. Ald. praetuli vulgatae lectioni ἐπὶ τῷ δεύτερον· cuius loco ἐπὶ τὰ δεύτερον eſt in Cod. Lugd. A. et Angl. In fine Ep. LXVII. legitur: αἰσχυνόμενος ἐπὶ τοῖς πρώτοις εἰρημένοις, οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἁλίσκοιο ἁμαρτάνων. Vltimum ἔβδομον abeſt a tribus Codd. Lugd. Voces praecedentes, ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἀλοὺς κακοῖς, in Edd. B. et Ald. male omiſſas, Codices exhibent MSS.

73. Ὑπὲρ θυγατρὸς γάμων ἰδεῖν] In omnibus Editionibus, excepta Veneta, perperam γάμου vulgatum, ex Ven. et Lugd. C. fuit in γάμων mutatum: is vſus praepoſitionis ſatis eſt vulgatus. ὑπὲρ γάμου dici nequit. Ἰδεῖν pro *colloqui*, *conuenire*, frequenter occurrit: hunc verbi vſum iam attigi ad Epiſt. LXIII.

96. Τοῦ-

πυνθάνηται, πόθεν ἔχομεν Φιλοδήμου τοσαῦτα χρήματα, μὴ Φάσκε εἰδέναι· ἀλλ' εἰς ἐμὲ τὸν λαβόντα, καὶ Φιλόδημον τὸν δόντα, τὸ γινώσκειν ἀνάφερε. καὶ διὰ σπουδῆς μὲν ἔχε Λέοντα κηδεσὴν ποιήσασθαι. ἀφίκετο γὰρ ὡς ἡμᾶς μετιὼν τὸν γάμον, κἀγὼ διὰ τάχους πάνυ ὑποσχόμενος ἀπέσαλκα αὐτὸν ὥς σε. Κἂν δὲ ἄλλον τινὰ ἀμείνω εὕρηται νυμφίον ἡ μήτηρ τῆς παιδὸς, ἐκείνῳ τὴν προῖκα ἀναδέχου, καὶ μηκέτι προσφιλοτιμοῦ· οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὶ κηδεσῇ Φιλοδήμου μεμνῆσθαι ὡμολογήσαμεν, οὐδὲ δωρούμενοι χρήματα χαριούμεθα τὸν γάμον. ἀλλὰ, πρὸς θεῶν, μὴ οὕτως ἀμελῶς χρῶ ἐγγύῃ, ὡς ἀντιδιδοὺς, ἀλλ' ὡς λαμβάνων πέντε τάλαντα, εἴπερ ἀνδρί τινι ταύτην ζεῦξαι ἐφίεται. αἰσχρὸν γὰρ ἀτυχῆσαι διδόντας, ἔνθα πρόκειται δοκεῖν τούτου μὴ δοῦναι χάριν, ἃ προσεποιήθημεν χρήματα ἑκοντὶ ἀποτῖσαι. οὐ μὴν καταγνοίην γ' ἂν ἐμοῦ τοιόνδε τι, ὡς ἔγωγε, νὴ τὸν Ἥλιον, δόξω ζημίαν μείναντα παρ' ἐμοὶ τὰ χρήματα, καὶ μέγα ὄφελος, λαβούσης εἰς τὸν γάμον τῆς παιδός· οὐ γὰρ ὅμοια φρονεῖν δύναιντ' ἄν, μηδὲν εἰδότες περὶ ἐμοῦ. εἶθε δὲ μὴ δεινότερον ἁπανταχοῦ Φάλαριν τὸν τρόπον περιεβόων. πέμπε δὲ τοῖς γάμοις τῇ παιδὶ θυγατέρας τέτταρας ὁμήλικας, καὶ γυναικείας ἀμπεχόνας, ἃς ὑφ' ἡμῶν σαλείσας ἔχεις, καὶ χρυσοῦς ἑξήκοντα. καὶ ταχέως μὲν ἀχθῆναι παραίνει τοὺς γάμους, ὡς καὶ νῦν βραδέως ἀχθησομένους. προθύμως δὲ πέμπε τὰς δωρεὰς, ὡς ἐπὶ τοῖς Φαλάριδος ἰδίας καρπούμενος χάριτας. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχοι, Τεῦκρε· τὰ δ' ἄλλα, ὡς καὶ πατρὸς δεομένῃ τῇ παιδὶ, καὶ ἀνδρὸς χρηευούσῃ γυναικὶ τί-

91. Τούτου μὴ δοῦναι χάριν] Quod *Boyleus* contra fidem omnium Codicum et Edd: expressit, μὲ, pro μὴ, menti Auctoris plane contrarium est. Scire Cleaenetam nolebat Phalaris, dona propterea offerri, vt filiam matrimonium inire pateretur, quod vt omni modo dissimularet, Teucrum adhortatur.

97. Θυγατέρας τέτταρας] *Quatuor famulas.* Hoc ex vsu recentioris esse Graeciae iam monuit *Bentleius* Diss. c. XIII. Optime itaque *Tzetzes*, hanc Epistolam re-

nega te ſcire; ſed in me, qui acceperim, et in Philodemum, qui dederit, huius rei notitiam omnem confer. Et diligenter quidem enitere, vt Leontem *ipſi* generum facias: venit enim ad nos *puellae* nuptias ambiens; atque ego ſtatim omnia pollicitus eum ad te miſi. Sin vero alium ſponſum meliorem puellae mater inuenerit, ei dotem promitte, nec vllo modo contende: neque enim unius alicuius generi nomine memores nos eſſe Philodemi fatemur, neque cum pecunias damus nuptias gratificabimur, ſed, ſi viro alicui eam nubere permittat, ne, per Deos, adeo negligenter te in ſponſalibus geras, quaſi rependas, ſed quaſi accipias quinque talenta. turpe enim eſt qui dent voti compotes non fieri, vbi propoſitum eſt non eius cauſa dediſſe videri quas vltro perſoluere ſimulauimus pecunias. At mihi tale quid vitio non verterim; nam ego, ita me ſol amet, detrimentum duxero ſi apud me manſerit pecunia, quam, ſi puella in nuptias acceperit, in lucro ponam: idem vero de me ſentire non poſſunt, quibus plane ſum incognitus. Atque vtinam nusquam Phalaris deterioris ingenii famam ſuſtineret! Mitte vero virgini ad nuptias famulas quatuor aequales, et veſtes muliebres, quas a me accepiſti, et aureos ſexaginta; atque vt quamprimum nuptiae celebrentur hortare, vel ſic tardius quam oportet celebrandae: prompte vero mitte dona, vt qui ex iis, quae ſunt Phalaridis, peculiarem etiam gratiam ſis adepturus. Atque haec quidem ita ſint, Teucer. Quod reliquum eſt, filiae vtpote patre orbatae, et mulieri viduae cun-

reſpiciens, θεραπαίνας interpretatur: Hiſt. Chil. V, v. 914, Ὡς ἀΦ' ἡμῶν δὲ δωρεὰν ἀργύριον βραχύ τι, Καὶ πέντε θεραπαίνας δὲ καὶ σπεῦσον εἰς τοὺς γάμους. Narrat *Polyaenus* V, 1, 4, a Phalaride ad Teutum miſſos qui ſibi eius filiam uxorem peterent; quam cum ipſi pater addixiſſet, milites miſſos imberbes, σολὰς γυναικῶν ἔχοντας, ὡς θεραπαίνιδας δῶρα τῇ κόρῃ κομιζούσας.

4. Tſ-

τίμιος γενοῦ, καὶ, προσὰς αὐτῶν τῆς χρείας, μετὰ τῆς ἰδικοῦ θύε τοὺς γάμους ὡς μάλισα πολυτελέσατα· μή τις Συρακουσίων τῶν προσηκόντων τῇ παιδὶ, ἐν τῇ καλλίσῃ ἡμέρᾳ, ἄθλιον ἀντὶ μακαρίου εἴπῃ Φιλόδημον, ἀλλὰ νικήσωμεν αὐτοῦ τὴν τύχην.

ρλή. ΚΛΕΑΙΝΕΤΗι.

Ὁ Φιλοδήμου πλοῦς ἐπὶ τὴν ξένην, τοῦ σοῦ μὲν ἀνδρὸς, ἡμετέρου δὲ ἀτιμήτου φίλου, σοὶ μὲν εὐκλεῶς ἔοικε παραγίνεσθαι, τῇ θυγατρὶ δ' ὑμῶν εἰκοσὸν ἤδη ἔτος οἰκουρούσῃ οὐκ εὐτυχῶς. ἡ μὲν γὰρ ἐπ' ἀνδρὶ χηρεία χρόνους προσλαμβάνουσα πλείω ἀρετὴν, ἡ δὲ ἐπὶ παιδὶ παρ' ὥραν μηκυνομένη παρθενία διαβολὴν κτᾶται. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις αἴσχιστον δέδοκται, καὶ νὴ Δία, ἐστὶ, παρὰ τοὺς τῆς Φύσεως χρόνους θυγάτηρ οἰκουροῦσα· πάλαι γὰρ ἐχρῆν καὶ τὸν ἐκείνης βίον, ὥσπερ τὸν σὸν, πρὸς ἄνδρα ἐπαινεῖσθαι. ἴσως μὲν οὖν ἀντὶ Φιλοδήμου παραμυθίαν ἡγῇ παῖδα ἔχειν, ἣν ἐκεῖνος καὶ σὺ ἐγείνασθε· σχέτλιον δὲ διὰ πόθους γαμέτου θυγατέρα ἀποσερεῖν γάμων. καὶ οὐχ ὅμοιον, τοῦ μετ' ὀλίγον ἥξον-

4. Τίμιος γενοῦ] Defendi forsan poterit τίμιος hoc in loco: *Libanius* Ep. CCCXXVIII. ἡ πενθερὰ δέ σοι τίμιον, ὥσπερ ἡ μήτηρ, ἔσω. Ep. CCCCLXV. ἔσω δὴ παρὰ σοὶ τίμιος. Muneris tamen hic requiri videtur appellatio, quo Teucer apud Cleaenetam fungeretur: forte scribendum, ταμίας γενοῦ. vt sic dixerit τὸν προσάντα αὐτῶν (Cleaenetae et filiae) τῆς χρείας in celebrandis nempe puellae nuptiis; et certe Ταμίας etiam dicebatur ὁ προσάτης. Teucrum autem Phalaridis Ταμίαν fuisse proprie sic dictum ex Epistola liquet CVI, vbi ad ista, γέγραφα Τεύκρῳ, τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, διδόναι σοι σύνταξιν, nonnulla notata sunt.

4. Μετὰ τῆς ἰδικοῦ] Si sincerum est, hoc in loco, χρείας erit supplendum. Ἰδικὸς autem scribitur et εἰδικός. In *Glossariis* Ἰδικὸς redditur, *Peculiaris, specialis*: τὰς ἰδικὰς αἰσθήσεις praebet *Plutarch.* T. II. p. 900. A. *Athenaeus* IX. p. 373. B. ἐπ' ἄλλων ὀρνέων οὐ περὶ τούτου τοῦ ἰδικοῦ. conf. *Hesychius*, *Suidas*, et *H. Stephanus* Th. L. G. I. p. 1106.

10. Ἀτιμήτου φίλου] *H. Stephanus* Th. L. G. Tom. III. p. 1564. G. *Ex Phalaridis*, inquit, *Epistolis*, ἀτίμητος φίλος *pro Amicus incomparabilis*, *Non aestimabilis*, *seu inaestimabilis*, *vt Liuius loquitur*, *vt* ἀτίμητος *hic sit*, *Qui satis magno pretio aestimari nequit.* Interpretes etiam vel *incomparabilem* vel *inaestimabilem* amicum hic dederunt, sed praua lectio-

cta dispenses, et, parcens earum sumtibus peculiaribus, nuptias quantum fieri potest magnifice celebres; vt ne quis Syracusanorum, qui puellae sunt cognati, laetissimo hoc die, pro felici miserum Philodemum nuncupet, sed illius fortunam superemus.

CXXXVIII. CLEAENETAE.

Philodemi, tui quidem mariti, nostri vero integerrimi amici, nauigatio peregre facta tibi quidem glorioſa euenire videtur, at filiae vestrae, vicesimum iam annum domi absque viro agenti, infeliciter. Nam, quae in mariti viduitate vitam agit, tempore maiorem virtutis laudem, filiae vero virginitas praeter aetatem prolongata calumniam acquirit. Turpissimum enim omnibus hominibus censetur, et est, per Iouem, si diutius, quam aetas a natura praescripta permittit, filia innupta maneat: dudum vero debuerat eius cum viro societas vt tua laudari. Forsan autem Philodemi loco solatium adferre putas, quod filiam *tecum* habes, quam ipse et tu genuistis: at

lectione decepti hanc Graecis, vt arbitror, plane incognitam significationem voci ἀτίμητος affinxerunt. Vestigia, ex quibus vera scriptura potest indagari, haud obscura conspicere licet in Codd. Lugd. A. et Angl. in quibus pro ἀτιμήτου scribitur ἀμιμήτου. quod si quis retinere velit atque accipere de amico, cuius virtutes imitando nemo exprimere valeat, per me licet vt suo fruatur iudicio. Ego vero auctorem scripsisse arbitror ἀμέμπτου φίλου, vel ἀμωμήτου, quorum hoc ad scriptam lectionem proxime accedit; illud vsitatius est. Veri nominis amicum, in quo nihil quis reprehendat, aliquoties ἄμεμπτον φίλον dixit *Xenophon*, de Laced. Rep. p. 395, 8. p. 388, 25. K. Π. v. p. 86, 25. ἆρ' ἂν δύναιο τὲν τοιοῦτον ἄμεμπτον φίλον νομίζειν.

15. Τοὺς τῆς Φύσεως χρόνους] Tempus illud a natura definitum intelligit, quo virgines viro fiunt maturae. Videri posset scripsisse τοὺς τῆς Φύσεως νόμους, vt paulo post scripsit, τοῖς τῆς Φύσεως ἀναγκαζομένη νόμοις· et inferius, κατέχειν οἴκαδε παρὰ τὸν νόμον τὴν παῖδα. Nihil vero mutandum: in fine Epistolae opportunum filiae nubendi tempus vocat τοὺς τῆς παιδὸς χρόνους. Quod vero hic legitur, αἴσχιστον δέδοκται —— παρὰ τοὺς τῆς Φύσεως χρόνους θυγάτηρ οἰκουροῦσα· comparari commode potest cum *Paulino* in 1 Epist. ad Corinth. VII, 36. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος.

ἥξοντος ἀφαιρεῖσθαι ἀνδρὸς, ἢ οὗ μήπω πεῖράν τις ἔσχηκε, [καὶ συνήθειαν] τοῖς τῆς Φύσεως ἀναγκαζομένη νόμοις. ὅταν δὲ μηδὲ κεκμηκότων γονέων, μηδὲ δι' ἔνδειαν χρημάτων, ὥσπερ νῦν, μεγάλης ἀτυχίας τεκμήριον, τὸ τοιοῦτο μηδαμῶς κατοιωνίζου, Κλεαινέτη· πεντατάλαντον γὰρ προῖκα κατέλιπεν αὐτῇ Φιλόδημος ἐκπλέων παρ' ἡμῖν· καὶ οὐχὶ ταῦτα μόνον· ἔςι γὰρ αὐτῷ κοινὰ καὶ τὰ Φαλάριδος χρήματα. ὥςε οὐκ οἶδα, Κλεαινέτη, τί ἂν μέλλοις. οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν, μηδενὸς ὑςερίζουσαν εἰς τὸν γάμον, τὴν Φιλοδήμου μένειν ἄφιξιν. ὅσα μὲν γὰρ εἰκὸς εἰς τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἀναβάλλεσθαι μὴ φθάνωμεν· ὅσα δὲ αὐτὴ κατεπείγει Φύσις, ἀκόντων ἡμῶν, ἂν οἷόν τε, μὴ περιμένωμεν· ἐπεὶ τοὺς ὑμετέρους οὐκ ἀναδέχεται καιροὺς ἡ τῆς παιδὸς ὥρα. τάχα δὲ Φιλόδημος μὲν εἴργεται τοσούτοις, ὅσοις πατέρα εἰκὸς εἴργεσθαι, ἐξώρου θυγατρὸς οὔσης εἰς γάμον· σοὶ δὲ τοῦ κατέχειν οἰκαδε παρὰ τὸν νόμον τὴν παῖδα οὐδεμία πρόφασις. οὐ γὰρ οὕτως αὐτῇ πατρὸς εἰς τὸ παρὸν δεῖ, ὡς ἀνδρός. σὺ δὲ κατὰ πολλὰς ἀνάγκας, καὶ μεγίςην τῆς τύχης, ἀπόντι τῷ πατρὶ προσνέμειν οἴει δεῖν καὶ πα-

20. Οὗ μήπω πεῖράν τις ἔσχηκε] Καὶ συνήθειαν addunt Editiones: sed has voces κ. σ. omittunt Codd. MSS. Lugd. A. et Angl. quibuscum illas omittendas censeo: sufficit sane illud πεῖραν ἔσχηκε. Quae his proxima subiunguntur ex Codd. emendata sunt: in omnibus legitur Edd. τοῖς τῆς Φύσεως ἀκμαζομένη νόμοις. Pro ἀκμαζομένη in Lugd. A. et Angl. scribitur ἀναγκαζομένης· Lugd. C. praebet ἀναγκαζομένη· hoc in contextum recepi: τοῖς τῆς Φύσεως ἀναγκαζομένη νόμοις, nempe πεῖραν ἔχειν. quid intelligatur satis patet: in hac ipsa Ep. leguntur ista: ὅσα δὲ κατεπείγει Φύσις ἀκόντων ἡμῶν, ἂν οἷόν τε, μὴ περιμένωμεν. Ἀκμάζειν de aetatis flore poni notissimum est; ἀκμάζεσθαι qui dixerit noui neminem.

21. Ὅταν δὲ μηδὲ κεκμηκότων] Haec et sequentia sic exhibent MSS. Lugd. A. et Angl. ὅταν δὲ μὴ κεκομηκότων γονέων, μηδὲ δι' ἔνδειαν χρημάτων, ὅπερ νῦν μεγάλης ἀτυχίας τεκμήριον, τὸ τοιοῦτο μηδαμῶς κ. Κ. ex quibus, τὸ τοιοῦτο, pro vulgatis τοῦτο, ὃ recipere in contextum non dubitaui. ὥσπερ νῦν, *vt nunc se res habet*, praestat scriptae lectioni, ὅπερ νῦν. sed, ἢ interiecto, vt sententia clarior euadat, legendum videtur: ὅταν δὲ μηδὲ κεκμηκότων γονέων —— μεγάλης ἀτυχίας ἢ τεκμήριον. *Fato functi* dicuntur quidem κεκμηκότες· quo sensu *Boyleus* illud accepit; sed neque de morte nec de morbo parentum ulla fit in hac Epistola mentio, vt adeo illud plane sit inexspectatum. Cum ex hac Epistola, tum ex ea Teucro scripta CXXXVII. intelligimus, praecipuam causam, cur Cleaeneta nuptias filiae distulerit, pecuniae fuisse penuriam et absentiam mariti: ostendit neutram rationem iusto niti fundamento; non

at iniquum eſt deſiderio mariti filiam nuptiis fraudare. Neque viro breui redituro priuari perinde eſt, atque eo, cuius, ipſis naturae legibus cogentibus, nondum quis experientiam acquiſiuerit. Quum vero neque parentes obierint, neque ob inopiam pecuniae, vt nunc ſe res habet, magnae ſit infelicitatis argumentum, tale quid augurari omnino noli, Cleaeneta: quinque enim talentorum dotem ipſi reliquit apud nos cum portu ſolueret Philodemus: neque hoc ſolum; ſunt enim ei communes etiam Phalaridis pecuniae. Quare neſcio, Cleaeneta, quid cunctęris; neque enim, cum nihil ad nuptias tibi deſit, Philodemi reditum exſpectandum arbitror. Quidquid in ipſius aduentum differri conuenit, ne anteuertamus; quidquid vero nobis inuitis ipſa feſtinari iubet natura, ſi fieri poſſit, ne moremur; ſiquidem veſtras opportunitates aetas puellae matura non exſpectat. Forſan autem eiusmodi Philodemus impeditur negotiis, quibus patrem *etiam tum* detineri par eſt, cum filia ad nuptias plene matura ſit; tibi vero nullus eſt praetextus cur filiam contra leges domi detineas. Ne-

non eſſe exſpectandum donec Philodemus redierit: deinde dotem adeſſe quinque talentorum: forſan itaque Codicum lectio κεκομηκότων videbitur in κεκωλυκότων commutanda, vt ſcribatur, μηδὲ κεκωλυκότων γονέων, μηδὲ δι' ἔνδειαν χρημάτων, *neque prohibentibus parentibus, neque pecuniae inopia.* Rarius verbum Κατοιωνίζεσθαι, *augurari*, hinc adnotarunt Lexicographi. ἐποιωνιζόμενος αὐτῷ τὴν νίκην legitur in *Scholiis* in Aves *Ariſtoph.* v. 447. ἐξοιωνιζόμενος τὸν ἴδιον δαίμονα, apud *Plutarch.* in Demoſthene p. 855. D. Μετοιωνίσασθαι adhibuit *Dinarchus* contra Demoſth. p. 176. C. p. 185. B. illinc ſumtum *Harpocration* interpretatur, μεταθέσθαι τὸν φαῦλον οἰωνόν.

29. Ἀναβάλλεσθαι] Pro ἀναβαλέσθαι, quod eſt in Edd. ſcripſi ex Lugd. A. et Angl. In fine Epiſtolae leguntur iſta, ὑπερβάλλου μηδαμῶς εἰς ἐκεῖνον ἥξοντα τοὺς τῆς παιδὸς χρόνους. Ἀναβάλλεσθαι et Ὑπερτίθεσθαι recte diſtinguit *Ammonius*; quorum hoc ſignificat *in ſuum quaeque tempus agenda differre*, vt loquitur *Liuius.*

30. Ἂν οἷόν τε] In Codd. Lugd. A. et Angl. ſcriptum legitur, ἂν μὴ οἷόν τε, μὴ περιμένωμεν.

33. Ἐξώρου θυγατρὸς οὔσης] Cum poſt voces, εἰς γάμου, verbum εἴργεσθαι repetatur in Lugd. A. et Angl. fortaſſe ſcripſerat Noſter: ὅσοις πατέρα εἰκὸς, ἐξώρου θυγατρὸς οὔσης εἰς γάμου, εἴργεσθαι. Quae paulo poſt leguntur, οὐ γὰρ οὕτως αὐτῇ πατρὸς εἰς τὸ παρὸν δεῖ, ὡς ἀνδρός· componi poterunt cum *Euripidae* ex Hippol. p. 490. τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός· vbi vid. a *Valckenario* notata.

Οὐκ

παροῦσαν τὴν μητέρα. οὐκ, ἐάν γ' ἐμοὶ πεισθεῖσα, καὶ περὶ ἀνδρὸς εὐτυχῶς, καὶ περὶ θυγατρὸς εὐπρεπῶς βουλεύσῃ. πολλὰ καὶ ἕτερα καλῶς δίχα Φιλοδήμου πράξασα, ἓν τοῦτ' ἀντὶ πάντων κοινὸν ἐργάσῃ ἀγαθὸν, καὶ γυναικὶ σωφρονούσῃ κόσμον οἷ- 40
σον, κηδεύσασα κατὰ τοὺς νόμους τὴν παῖδα. τὰ μὲν οὖν χρήματα Τεῦκρος οὐμὸς, ὁπόταν ἐθέλῃς, παραριθμήσει. εἰ δέ του καὶ ἑτέρου δεῖ σοι πρὸς τὸν γάμον, ἐκεῖνος ὑπουργήσει. σὺ μόνον ἃ βούλει πρόσταττε, καὶ Φιλόδημον εὔχου μὲν ἐλθεῖν εἰς τὸν γάμον. ὑπερβάλλου δὲ μηδαμῶς εἰς ἐκεῖνον ἥξον- 45
τα τοὺς τῆς παιδὸς χρόνους. καὶ τοῦ σῶον ἐκεῖνον εἶναι, καὶ παρέσεσθαι, καὶ τἄλλα μὲν ἔςω σοι μαρτύρια, μηδὲν δ' ἧττον ἡ πρὸς αὐτὸν φιλοφροσύνη.

ρλθ'. ΤΕΤΚΡΩι.

Τοὺς μὲν γάμους ἦχθαι τῆς Φιλοδήμου θυγατρὸς θᾶττον, 50
ἢ σὺ ἡμῖν ἐπιςείλας ἔτυχες, ἠκούσαμεν· φθάνει γὰρ ἡ φήμη καὶ τοὺς πάνυ πολλῇ σπουδῇ περὶ τὰς μηνύσεις κεχρημένους· ἐπεὶ ταχεῖα τῶν γινομένων, κἂν διὰ μακροῦ τὸ πραχθὲν

37. Οὐκ, ἐάν γ' ἐμοὶ πεισθεῖσα] Clarior esset sententia, si sic ista scriberentur: οὐκ, ἐάν γ' ἐμοὶ πεισθῇς, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀνδρὸς εὐτυχῶς, καὶ περὶ θυγατρὸς εὐπρεπῶς βουλεύσῃ. Illud, οὐκ, ἐάν γ' ἐμοὶ πεισθῇς, idem fere esset atque illud, apud Tragicos frequens, μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ, *hoc facere noli, sed da te mihi*: Xenophon p. 264, 39. μὴ ὑμεῖς γε, ὦ Ἀθηναῖοι. Antiphon p. 112, 44. ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς γε, ὦ ἄνδρες.

38. Πολλὰ καὶ ἕτερα] Edd. Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα. Particulam γὰρ in Codicibus, qui hanc Epistolam exhibent, omissam eieci, hic certe supervluam.

41. Κατὰ τοὺς νόμους] Ex Edit. Ven. restitui articulum τοὺς, in ceteris Edd. et in Codd. praetermissum: supra legitur in hac Ep. τοῖς τῆς φύσεως νόμοις· et inferius, παρὰ τὸν νόμον. Paulo post scripsi, Εἰ δέ του, id est τινος· vbi in Edd. erat, Εἰ δὲ τοῦ καὶ ἑτέρου δεῖ.

47. Μηδὲν δ' ἧττον] Cum sic Codices exhibeant MSS. Lugd. A. et Angl. atque ea constans sit in his Epistolis scribendi ratio, pro ἧσσον, hic ἧττον recepi. In vltimis obscurum videri poterit, an supplendum sit ἡ σὴ, vel ἡ ἐμὴ πρὸς αὐτὸν φιλοφροσύνη.

50. Τοὺς μὲν γάμους ἦχθαι] Ἦρχθαι exhibent Editiones; ἦχθαι Codices Lugd. A. et Angl. quod in contextum recepi. Ἄγειν γάμους et θύειν γάμους locutiones sunt Graecis vsitatissimae: vtraque vsus est Auctor Ep. CXXXVII. ἄγειν ἑορτὴν et similia notissima sunt.

51. Ἡ

que in praesens patris adeo indiget, quam mariti. Tu vero multis necessariis de causis, et quidem maxime ob aduersam fortunam, absenti patri praesentem etiam matrem adiungendam putas. non *facies*, si me audis, *sed* et de viro feliciter, et de filia decenter consules. Quae alia multa sine Philodemo praeclare fecisti, vnum hoc instar omnium in communem vtilitatem feceris, quodque mulieri prudenti decori sit futurum, si, vt leges postulant, filiam elocaueris. Pecuniam vero Teucer meus, quandocunque volueris, adnumerabit; et, si alia quadam re indiges ad nuptias, iste subministrabit. Tu modo quae velis iubeas, vtque Philodemus ad nuptias veniat optes; minime vero in illius aduentum filiae nuptias differas. Et saluum illum esse, et adfuturum, tum alia tibi sint documenta, tum vel inprimis *mea* erga illum beneuolentia.

CXXXIX. TEUCRO.

Filiae Philodemi nuptias celebratas ante tuas literas nobis traditas audiuimus: anteuertit enim fama iis etiam, qui quam diligentissime res significare curant; quoniam velox rerum est nuncia, etiamsi factum aliquod longe adferat. Ac nos for-

51. Ἡ σὺ ἡμῖν] Vulgari solet, ἢ σὺ νῦν ἡμῖν. voculam νῦν, cum sensum magis oneraret, quam ornaret, auctoritate Codicum Lugd. A. et Angl. omisi. In Lugd. A. ordine verborum mutato sic ista leguntur: ἢ σὺ ἐπισείλας ἡμῖν ἐπέτυχες.

53. Ταχεῖα τῶν γιν. —— ἄγγελος ἡ θεός] Fama quidem olim Dea habebatur: arae huic Deae positae meminit *Pausanias* L. I, c. XVII. p. 39. vbi notat *Kuhnius*. *Aeschinis* est in eam rem locus in Timarch. p. 279. E. F. *Libanius* Ep. MI. p. 468. θεὸν ὄντως εὕρισκον τὴν Φήμην. conf. Epistola *Procopii* LII, hanc in rem egregia. Nostro tamen loco incertum videri poterit an illud, ἡ θεὸς, ab Auctore sit Epistolae. In Lugd. A. et Angl. scriptum legitur: ἄγγελος ἢ θεὸς, ἢ καὶ ἡμεῖς. In Lugd. C. ad vocem ἄγγελος adscriptum erat δαίμων: et in contextu etiam, ἢ καὶ ἡμεῖς. Hic ab auctore scribi potuit, ἐπεὶ ταχεῖα τῶν γινομένων —— ἄγγελός ἐστιν. De Fama *Eurip.* Iphig. Aulid. v. 425. ταχεῖα δὲ Διῆξε Φήμη παῖδα σὴν ἀφιγμένην. cum nostro vero conspirant duo loca *Charitonis*, L. III, c. II. p. 45, 12. ἄγγελος δὲ Φήμη ταχεῖα ἐμήνυε. et L. III. c. IV. p. 48, 12. προεπεδήμησεν ἡ Φήμη, φύσει μὲν οὖσα ταχεῖα.

53. Διὰ μακροῦ] Hic certe ponitur more minus vsitato: διὰ μακρᾶς ἥξοντα πρὸς σὲ scripsit Noster Epist. CV. Διὰ μακροῦ, de

θὲν κομίζῃ, ἄγγελος ἡ θεός. καὶ ἡμεῖς τάχα ἂν εἰκότως ἐμεμ-
ψάμεθα αὐτὴν τοιοίδε παραδεδόσθαι, καὶ διὰ τἄλλα μὲν ἀδί- 55
κως εἰς τοσαύτην ὠμότητα διαβαλλόμενοι, οὐχ ἧκισα δὲ καὶ διὰ
ταύτην κατεγνωσμένοι: φέρει γὰρ ἡμᾶς κακοὺς πανταχόθεν περι-
βοῶσα τοῖς ἀκουσομένοις· καὶ διὰ ταύτην οὐδ' ἰδόντες ἐμέ πω
τῶν νῦν ὄντων τινὲς, οὔτε πειραθέντες, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων γεγονό-
τα ὀλέθρῳ προβέβληνται. ταῦτα μὲν οὖν ἐμὰ ταλαιπωρήματα, 60
καὶ οὐδενὸς ἑτέρου. Τὴν δὲ οἰκίαν, εἰς ἣν ἐτελέσθησαν αἱ πρῶ-
ται σύνοδοι, Λεοντί τε καὶ Θεανοῖ κρατεῖν αὐτοὺς, ὡς ἔχουσιν,
ἐπίτρεπε, μηδὲ ἀνίσα τὸν Τμέναιον ἀπὸ τῆς ἑστίας ἔνθα ἥσθη.
ἄξιον τὸ δώρημα τοῖς κομισομένοις ἀποδοχῆς νενομίκαμεν· φίλ-
τατα γὰρ τὰ χωρία τοῖς νυμφαγωγηθεῖσιν, ἔνθα ἂν τὰ πρῶ- 65
τα θεσμὰ ἀπόθωνται παρθενίας. Φθόνου δὲ Συρακουσίοις μᾶλλον
ἄξιος Φιλόδημος ἢ ἐλέου κριθήτω· καὶ μηδεὶς εὐτυχὴς οὕτως
ἐν εὐδαιμονίας μοίρᾳ, ὡς ἐκεῖνος ἐν κακοπραγίᾳ τύχης τοῖς φθο-
νοῦσι νομισθήτω. Φάλαριν δὲ μισείτωσαν ἅπαντες, (οὐ γὰρ
παραιτοῦμαι μῖσος ἀζήμιον,) εὐχέσθωσαν δὲ καλῶς κατὰ 70
σφᾶς,

de tempore positum, significat *post longum tempus*, in *Euripidis* Phoen. v. 1076. apud *Lucianum* Dial. Merc. & Solis T. I. p. 229. 84. ἀνάπαυε διὰ μακροῦ σεαυτόν. in Lucio T. II. p. 614, 1. διὰ μακροῦ πάνυ ἐγεμιζόμην ἀνθρωπείου τροφῆς.

56. Εἰς τοσαύτην ὠμότ. διαβαλλόμενοι] Sic adhibuit praepositionem ex more veterum, quos sequuntur recentiores. *Harpocration* in Αἰξωνεῖς, ἐκωμῳδοῦντο εἰς βλασφήμους· quod male in ὡς βλάσφημοι mutatum voluit Clar. *Io. Taylor* in Lect. Lys. p. 708. 6. non recordatus ipsum sic *Lysiam* loquutum p. 355, 4. et p. 445, 14. εἰς λίχνον τινὰ σκῶψαι dixit *Dion Chrys.* p. 610. D. εἰς δειλίαν *Zenobius* Cent. V. Prov. 83. ne alios memorem. ad eam saepe rationem scriptum legitur in scholiis in *Aristoph.* Plut. v. 665. Nub. v. 691. Ran. v. 91. Pacem v. 803. Aves v. 151. Quis sit usus praepositionis in istius modi locutionibus iam docuit Clar. *Dukerus* in *Thucyd.* VIII. c. 88. p. 558, 44.

58. Διὰ ταύτην] Hoc si retineamus referendum est ad famam; sin ταῦτα ponamus cum Lugd. A. et Angl. respiciet in genere ea, quae praecedunt. Paulo post vulgatis, οὐδ' ἰδόντες ἐμὲ τῶν, voculam πω interieci, ex iisdem Codicibus repetitam. Noster Epist. LXXXVIII. οὐδ' ἐπεχείρησά πω καλέσαι. —— Vbi *Maximo Tyrio* restitutum ex Codd. Diss. XXXVI, 2. προβεβλημένοι μὲν τοὺς πολέμους, *qui quidem bella auersantur*; rariorem verbi usum attigerunt *Dausius* p. 625, et *Marklandus* p. 716. hic proxima *Phalaridis* verba attulit, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων γεγονότα ὀλέθρῳ προβέβληνται.

60. Ταῦτα μὲν οὖν ἐμὰ] Pro ἐμὰ, ὠμὰ scri-

forsan merito eam accusaremus, quod talia de nobis tradita sunt, et cum aliis nominibus iniuste tantam crudelitatis calumniam sustinemus, tum maxime etiam ob eam condemnati sumus: vndique enim rumorem de nobis in vulgus adfert tanquam pessimis; ac propterea nonnulli nunc viuentium me neque visum neque cognitum quasi in hominum perniciem natum auersati sunt. Atque hae quidem aerumnae sunt, quibuscum ego conflictor, non alius. Domum vero, in qua primum conuenere, Leonti et Theano, ita vt nunc habent, retinendam concedas, neque Hymenaeum sedibus moueas, in quibus fuit cantatus: dignum hoc munus existimauimus, quod qui reportaturi essent cum laude acciperent: solent enim gratissima connubio iunctis esse loca, vbi primum virginitatem deposuerint. Inuidia vero potius dignus quam misericordia Philodemus a Syracusanis habeatur, neque quisquam in summa felicitate tam fortunatus, quam iste in aduersa fortuna inuidis, censeatur. Phalarim autem omnes odio habeant, (odium enim

scribitur in Lugd. A. et Angl. literae tamen ω suprascripto ε. in voce corrupta fortasse latet articulus: scribendum certe censeo, ταῦτα μὲν οὖν τἀμὰ ταλαιπωρήματα. —— Cum paulo post τὴν οἰκίαν memorat, εἰς ἣν ἐτελέσθησαν αἱ πρῶται σύνοδοι, *domum* intelligit, *in qua primum sacra Veneri celebrarunt*: de congressu Venereo συνόδους hic poni monstrant sequentia: αἱ γυναικεῖαι σύνοδοι hoc sensu adhibentur in *Luciani* Amoribus T. II. p. 427, 57. p. 436, 44. p. 439, 21.

62. Κρατεῖν αὐτοὺς] Αὐτοῖς legitur in MSS. Lugd. A. et Angl. quod vulgato certe praestat, si sic ista interpungantur: Τὴν δὲ οἰκίαν, εἰς ἣν ἐτελέσθησαν αἱ πρῶται σύνοδοι Λέοντί τε καὶ Θεανοῖ, κρατεῖν αὐτοῖς, ὡς ἔχουσιν, ἐπίτρεπε.

63. Ἔνθα ἥσθη] *Naogeorgus* interpretatur, *vbi consedit*; quasi vero esset ab ᾄδω ductum. Rectius alii dederunt, *vbi cantari*, vel *cantu celebrari coepit*. Quod posterius cum sit *Boylei*, edere non debuerat ἥσθη. In MSS. Lugd. A. & Angl. scribitur ἴσῃ· in Lugd. C. ἥσθη. Ἄιδειν τὸν ὑμέναιον frequenter occurrit: paulo quidem insolentior forma verbi passiua hic illic tamen reperitur: ᾄσμα καλῶς ᾄσθὲν dixit *Xenophon* K. Π. III. p. 50, 33. ἐπᾳσθέντας L. II. Ἀπομν. p. 436, 44. Παιᾶνες ἥσθησαν legitur in *Plutarchi* Lysandro p. 443. B.

66. Θεσμὰ ἀπόθωνται] *Budaeus* in Comm. L. G. p. 872, et ex eo *Stephanus* Thes. L. G. Tom. II. p. 1096. G. haec ita scripta proferunt, ἔνθα αὐτὰ (male pro ἂν τὰ) πρῶτα δεσμὰ ἀπόθωνται παρθενίας. Quamuis autem libri Editi scriptique conspirent in voce θεσμὰ, vera mihi lectio videtur δεσμὰ ἀπόθωνται. Nusquam inue-

σφᾶς, κἂν μή τισι προσποιῶνται, τοιούτων καὶ αὐτοὶ λαβέσθαι φίλων.

ρμ΄. ΦΙΛΟΔΗΜΩι.

Ἐν μεγάλῃ μοι δοκεῖς εὐηθείᾳ καθεσάναι, Φιλόδημε, εἰ τοσαύτας εὐχὰς οἴει καὶ σπονδὰς ἡμῖν ὑπὲρ σοῦ, ὡς οἰκαδε ἀπονοσήσῃς, γενέσθαι περὶ τῶν πέντε ταλάντων, ὅπως ταῦθ' ἡμῖν σωθείη, ἃ μετὰ τοῦ μηδὲν ἐλπίζειν περὶ σοῦ χρηςὸν ἀπεδώκαμεν, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ σοῦ τῆς ἑταιρείας· τοῦτο δὲ, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐδενὸς πλήθους ἐςὶν ἀντάξιον. εἰ δὲ πάντως θέλεις παρὰ σαυτοῦ δοκεῖν ἐκπεπροικίσθαι τὴν παῖδα, ἔςι μὲν οὐδὲν ἧττον καὶ ταῦτα ἐκ τῶν σῶν· εἰ δὲ οὐ δοκεῖς, προσθεὶς ἐκείνοις τοῖς πέντε ταλάντοις τὰ παρὰ σαυτοῦ τοσαῦτα, τὴν προῖκα δέκα ταλάντων ἀνάγραψον· ἵν', εἰ βούλει, τῆς προικὸς ὁ μέν τι τῆς Φαλάριδος εἴη χάριτος, ὁ δὲ τῆς Φιλοδήμου περιουσίας. μαρτυροῦσα δ' ἡμῖν πρὸς σὲ πολλὰ καὶ μεγάλα Θεανὼ, χαρᾶς ἡμᾶς ἀνεπίμπλησιν· ἃ γὰρ ἔτι παῖς οὖσα ἔπασχε μήτηρ γενομένη μαρτυρεῖ.

ρμά. ΝΑΥ-

inueni θεσμὰ παρθενίας, nedum θεσμὰ παρθενίας ἀποθέσθαι· quod vix Graecum arbitror: *vincula virginitatis* δεσμὰ παρθενίας commode dici potuerunt: *zonam soluere virgineam*, quaeque huc spectant, peruulgata sunt.

71. Κἂν μή τισι] Fortasse scribendum, κἂν μή τι προσποιῶνται. In talibus μὴ προσποιεῖσθαι, *dissimulare*, apte comparat *H. Stephanus* cum Gallico, *ne faire pas semblant*, in Append. Thes. p. 126, 127. quem conf. Thes. L. Gr. T. III. p. 440. A. *Diogenes Laërt.* IV, 38, τινὸς ἀργυρώματα λαβόντος εἰς ὑποδοχὴν φίλων, καὶ ἀποστεροῦντος, οὐκ ἀπήτησεν, οὐδὲ προσεποιήθη. conf. *Suidas* in Προσεποιήθη.

78. Αὐτοῦ σοῦ τῆς ἑταιρείας] His nisi grauior insit menda, fortasse scribi poterit, ἀλλ' οὐκ ἀντὶ σοῦ τῆς ἑταιρείας. A iuuenili sodalitate Phalaridis amicus, φίλος ἐξ ἑταιρείας fuisse videtur Philodemus. — Quod praecedit, μετὰ τοῦ μηδὲν ἐλπίζειν, ductum ex *Thucydide*, apud quem talia frequenter occurrunt.

78. Τοῦτο δὲ — οὐδενὸς πλήθους ἐςὶν ἀντάξιον] Dubium certe videri potest, quid hic intellectum voluerit Auctor. Interpretes *Naogeorgus* et *Boyleus* τοῦτο ad vicinum ἑταιρείας retulerunt, et πλήθος reddiderunt *pecuniarum copiam*; ac si voluerit Noster, Philodemi amicitiam tanti a se fieri, vt cum nulla pecuniae vi comparari possit. Quae sub *Cujacii* nomine prostat versio hic Graecis, prout vulgantur, accuratius respondet: *id autem, per Deos, cum nulla copia debet comparari.* vel sic ta-

innoxium non deprecor,) at ſecum *interim* optent, etiamſi apud quosdam *id* diſſimulent, vt et ipſi eiusmodi amicos conſequantur.

CXL. PHILODEMO.

In magna mihi videris ſtultitia verſari, Philodeme, ſi tot preces votaque a nobis pro felici reditu tuo nuncupata putas ob quinque talenta, ne haec nobis perirent, quae ſine vlla vtilitatis ſpe dedimus, neque vero ob tuam ipſius familiaritatem et vſum: hoc vero, per Deos, cum nullis diuitiis comparari poteſt. Quodſi omnino velis ipſemet data dote elocaſſe filiam videri, ſunt quidem nihilominus et haec de tuis; ſin vero aliter cenſeas, ipſemet, ad iſta quinque talenta totidem adiectis, dotem decem talentorum perſcribe; vt, ſi lubet, pars dotis Phalaridis liberalitati, pars Philodemi opulentiae referatur accepta. Quod vero Theano nobis apud te multorum magnorumque beneficiorum dat teſtimonium, gaudio nos implet: quae enim quum adhuc puella eſſet accepit, ea mater iam facta accepiſſe ſe teſtatur.

tamen aeque obſcura manet ſententia. Quid itaque? annon τοῦτο, quod ad ἑταιρείας minus commode refertur, ad opinionem Philodemi ſupra memoratam pertinere eſt exiſtimandum? atque adeo aliud voluiſſe Auctorem, quam vulgo interpretes arbitrantur: neque enim πλῆθος, ſimpliciter poſitum, *pecuniae copiam* notat, neque οὐδενὸς πλήθους ἀντάξιον id ſignificat, quod illi putant ſignificari. Dicat forte quis, ad illorum mentem, ſi τοῦτο referri poſſit ad τὸ ἑταιρικὸν, ſcribi commode olim potuiſſe τοῦτο δὲ —— οὐδενὸς πλούτου, vel οὐδενὸς χρημάτων πλήθους ἐστὶν ἀντάξιον. Videamus vſum vocis ἀντάξιος in iſtiusmodi loquendi formis. Ἀντάξιος, tam rebus quam perſonis adiunctum, eum dicit *qui eiusdem cum altero valoris eſt et pretii*: οὐκ ἄξια, et οὐκ ἀντάξια τινὸς eſſe dicuntur, *quae ſic ab alio*, vel *re alia ſuperantur, vt ad hanc ne aequiparari quidem poſſint*. Notiſſimus eſt *Homeri* verſus: Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Il. I, verſus eſt 401, Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκτῆσθαι, κ. τ. λ. *neque veteris Trojae diuitiae neque Delphicae Apollinis vllo modo cum vita mea poſſunt comparari.* Πολλῶν φλυάρων καὶ τάῶν ἀντάξια dixit *Stratis* Comicus apud *Athen.* XIV. p. 654. F. τὸ θεραπεύειν τὰς θεὰς βασιλέως ἀντάξιον cenſet *Diotogenes* Pythagoreus apud *Stobaeum* in Floril. p. 330, 17. Secundum *Herodotum* II. c. 148. vnaquaeque Pyramidum, Ἑλληνικῶν ἔργων μεγίστων ἀνταξίη. Pro οὐκ ἀντάξιος ſaepe legitur in tali-

ρμά. ΝΑΥΣΙΚΛΕΙ.

Ἐγὼ μὲν, ὅπερ ἤδη πολλάκις ἐπεσαλκώς σοι τυγχάνω, καὶν Ἑρμοκράτης ἤ τις ἄλλος εἴρξῃ τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς λαβεῖν τὴν Φιλοδήμου θυγατέρα γαμουμένην, ἀποπέμπων δέδωκα· καὶ τὸν ἔπαινον ἴσον, μᾶλλον δὲ εὐκλεέστερον ἔχω, παρ' ὅσον τοιούτοις συγγενέσιν ὁ Τύραννος καὶ μηδὲν προσήκων ἀντεξετάζομαι. πρὸς δὲ τοὺς ὀνειδίζοντας ὅτι χαρίζομαι, πείθομαι ταύτην ἔχειν τὴν ἀπολογίαν, τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς εὐεργετουμένους ἀντὶ φιλοφροσύνης βίᾳ χρήσασθαι.

ρμβ'. ΛΕΟΝΤΙ.

Οὐ νῦν, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη σοι γέγραφα, μηδεμίαν ἄλλην εὐχαριστίαν ἢ ταύτην ἡμῖν ἀποδιδόναι περὶ τῆς γυναικὸς, (εἰ ἄρα νομίζεις ὑφ' ἡμῶν εὖ πεπονθέναι διὰ τὸν γάμον,) τὸ σέργειν ἐκείνην, δι' ἣν ἡμῖν οἴει δεῖν χάριτας ἀπονέμειν, ἐξ ἧς ἡ συνάφεια τοῦ πρὸς ἡμᾶς γένους ἀρχὴν εἰληφέναι σοι φαίνεται.

ρμγ'. ΚΛΕ-

talibus apud *Herodotum* οὐκ ἄξιος exempla proferrem, nisi hanc in rem aptissima iam collegisset *Raphelius* in Annotat. Philol. in *Pauli* Ep. ad Rom. VIII. 18. Et in eundem sensum ἄξιαν, pro ἀντάξιον, ab *Homero* positum *Eustathius* iam obseruauit ad Il. A. p. 836, 22. et ad Il. O. p. 1039, 44. Sed haec, quaeque horum similia plura dari poterant, perparum iuuant ad hunc, qui prae manibus est, locum explicandum: οὐκ ἄξια enim et οὐκ ἀντάξια semper significant id de quo agitur vilius esse eo, quod genitiuo adiuncto exprimitur, siue ab illo longe superari: vt indicetur ex. gr. *virtutem auro vel diuitiis longe esse anteponendam*, dicitur χρυσὸς οὐκ ἄξιος, vel οὐκ ἀντάξιος, ἀρετῆς. Contra nostro loco diceretur τοῦτο οὐδενὸς πλήθους [χρημάτων vel πλούτου] ἀντάξιον. Sed vel initium Epistolae legenti facile adparebit, amicitiam Philodemi hoc tempore non tanti a Phalaride aestimatam. Hunc itaque locum ingeniosis Criticis emendandum vel explanandum committo. Coniecturam interim periclitabor, quae forte proderit ad veritatem aliquando detegendam. Primum statuo, τοῦτο, quod per rei naturam fieri debere videtur, referendum ad ineptam Philodemi opinionem, quasi propterea Phalaris pro eius salute vota suscepisset, vt ne iacturam faceret quinque talentorum. Hoc si verum est, forsan, vna duntaxat litera ablata, legi posset: τοῦτο δὲ οὐδενὸς εὐήθους ἐστὶν ἀνάξιον. quibus hoc voluerit, absurdam adeo esse eam opinionem, vt non nisi ineptissimo potuerit in mentem venire: initio iam dixerat Epistolae: ἐν μεγάλῃ μοι δοκεῖς εὐηθείᾳ καθεσθαι, Φιλόδημε.

91. Ἀποπέμπων δέδωκα] Haec corrupta videntur. In Lugd. A. B. Ed. Ven. et marg. Ald. pro ἀποπέμπων legitur ἀπέμ-

CXLI. NAUSICLI.

Ego quidem, quod saepenumero iam scripsi, etiamsi Hermocrates, siue quis alius obstet, ne Philodemi filia nuptum data dona a me missa accipiat, illa misi, dedique: et aequalem laudem, imo maiorem habeo, quod cum talibus cognatis Tyrannus *ego*, neque vlla necessitudine coniunctus, componar. Qui vero largitiones mihi exprobrant, aduersus illos hoc mihi persuadeo pro me dici posse, beneficiis affectos pro beneuolentia non *solere* vim reponere.

CXLII. LEONTI.

Non nunc primum, sed saepius iam tibi scripsi, ne vllam pro vxore gratiam nisi hanc referas, (siquidem ob nuptias nos bene de te meruisse putes,) vt illam ames, cuius causa nobis obstrictum te esse existimas, *et* ex qua generis coniunctio nobiscum initium tibi cepisse videtur.

πέμπω· literis tamen πο in Lugd. A. superscriptis. ἀποπέμπω erat in Cod. Palat. An forte scripserat? Ἐγὼ μὲν, —— ἅ ποτε ἔπεμπον, δέδωκα. —— Vt hic paulo post, τοιούτοις —— ἀντεξετάζομαι, apud *Lucianum* legitur T. I. p. 383, 7. σρατηγοῖς τοῖς συνετωτάτοις ἀντεξεταζόμενος· quod illic aduersus *Solanum* tuetur Clariss. *Hemsterhusius*, secundum quem ἀντεξετάζεσθαι significat, *tanquam parem componi*.

94. Ὅτι χαρίζομαι, πείθομαι] Quod legitur in Editis, ὅτι χαριζόμενοι πείθομεν commodum sensum admitteret, nisi sequentia, ταύτην ἔχειν τὴν ἀπολογίαν, verbo tum destituerentur, a quo penderent. Pro πείθομεν autem πείθομαι dant Lugd. B. et marg. Ald. Ad πείθομαι alterum erat accommodandum: χαριζόμενος πείθομαι legitur in Lugd. B. et marg. Ald. In Lugd. A. postremis vocis χαριζόμενα literis ου erat superscriptum: χαριζόμενοι οὐ πείθομεν dant Codd. Lugd. C. Angl. Laur. A. B. Πείθεσθαι et alibi hac structura legitur in hoc libello, et Epist. XLV. πεπεισμένοι τὸ τρίτον ἤδη μηδὲν ἀδικεῖσθαι ὑπὸ σοῦ.

97. ΛΕΟΝΤΙ] Λεοντιάδῃ habent Edd. et Codices MSS. Ex Codice Laur. B. Λέοντι reposui, cum dubium nullum sit quin haec Ep. eidem scripta sit Λέοντι, cuius mentio fit in Epist. CXXXVII. et CXXXIX. Initio Epistolae vocis μόνον ante ἀλλὰ vsitatissima locum inuenit ellipsis.

1. Τὸ σέργειν ἐκείνην] Lugd. B. et C. et Laur. A. B. ἢ τὸ σέργειν ἐκείνην. Clar. *Gally* in Collatione mecum humanissime communicata haec scripserat: *Particula ἢ hic superscripta est. Quae si admittatur in Textum, tunc ἢ ταύτην omittenda videntur. Et sane sententia hoc modo melius procedet.* mihi nihil hic mutandum videtur.

7. Ἐγὼ

ρμγ'. ΚΛΕΑΙΝΕΤΗι καὶ ΘΕΑΝΟΙ.

Τὴν μὲν φιλοφροσύνην ὑμῶν ἀσμένως ἀποδέχομαι, τοσαύτῃ σπουδῇ βουλομένων ὀνομάσαι Φάλαριν, παραιτοῦνται δὲ αἱ τύχαι, κἂν ἡμεῖς συνηγορῶμεν· εὑρήσετε γὰρ ἀνεπίληπτον καὶ ἀκατηγόρητον ἐκ τοῦ γένους ὄνομα αὐτῷ γεγενημένον. ἐγὼ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα, διὰ πικρᾶς εἱμαρμένης ἀνάγκην, ἀκουσίως πραχθέντα μοι κατέγνωσμαι· καὶ τοὔμὸν ὄνομα δι' οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἐκμελὲς, ἢ ὅτι νόμοις οὐ πείθομαι, νόμος δέ εἰμι τοῖς ὑπηκόοις. ἢν δέ μοι χάριτος ἀμοιβὴν προσφέρεσθε, Φάλαριν ὀνομάζουσαι, ταύτην εὐεργεσίαν ποιήσασθε, μὴ τοῦτο τιθέναι τὸ ὄνομα.

ρμδ'. ΑΞΙΟΧΩι.

Σεμνύνεσθαι μὲν, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν καλῶν, ἐπ' εὐγενείᾳ εἰκός ἐστιν. ἐγὼ δὲ μίαν εὐγένειαν ἀρετὴν οἶδα, τὰ δ' ἄλλα πάντα τύχην. καὶ γένοιτ' ἂν ὁ μὲν ἐκ φαύλων ἀγαθὸς, καὶ βασιλέων πάντων εὐγενέστατος· ὁ δὲ ἐξ ἀγαθῶν φαῦλος αὐτός τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν ταπεινοτάτων δυσγενέστατος. ὥστε ψυχῆς ἔπαινον αὔχει πρὸς Συρακουσίους, μὴ προγόνων τεθνηκυῖαν εἰς ἀδοξοτέρους διαδόχους εὐγένειαν.

ρμε'. ΕΥΚΤΗ-

7. Ἐγὼ δὲ πολλὰ] Pro vulgatis, Ἐγὼ καὶ πολλὰ, exhibui, Ἐγὼ δὲ πολλὰ, ex Lugd. A. B. C. Angl. Palat. et antiquis Edd. Sed ne sic quidem ista videntur sincere scripta: forte legendum, ἐγὼ δὲ διὰ πολλὰ καὶ μεγάλα, πικρᾶς εἱμαρμένης ἀνάγκην ἀκουσίως πραχθέντα μοι, κατέγνωσμαι. Vt paulo post suum nomen dicit ἐκμελὲς, dixerat etiam in Ep. xxi. inscripta Stesichoro, vbi sui vetat in ipsius carminibus fieri mentionem, ἐκμελὲς γάρ ἐσί μου τοὔνομα διὰ τὰς τύχας. In Epistolae fine τιθέναι videtur in τιθέμεναι commutandum, legendumque: ταύτην εὐεργεσίαν ποιήσεσθε, μὴ τοῦτο τιθέμεναι τοὔνομα.

13. ΑΞΙΟΧΩι] Ἀξυόχῳ legitur in Angl. Cod. et in marg. Ed. Ald.

14. Ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλῳ] Vulgatur in Edd. vocula aliter posita, Σεμνύνεσθαι μὲν, ὥσπερ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν καλῶν, καὶ ἐπ' εὐγενείᾳ εἰκός ἐστιν. a qua lectione non discessissem, nisi, quod a me fuit positum, Codicum niteretur auctoritate Lugd. A. C. Angl. et Laur. A. B. In *Stobaei* Flor. Tit. LXXXIV. p. 493. vbi integra haec Epistola prostat, sic ista leguntur: Σ. μὲν, ὥσπερ ἄλλῳ τινὶ τῶν καλῶν, ἐπ' εὐγενείᾳ οὐκ ἀπεικός ἐστιν. vltimum illud, οὐκ ἀπεικός ἐσι, si Codices etiam praeberent, recipi potuisset: vid. *Hesych.* in Οὐκ ἀπεικός.

17. Καὶ

CXLIII. CLEAENETAE et THEANO.

Beneuolentiam veſtram libenter accipio, cum tanto ſtudio Phalaridis nomen celebrare conamini; Fortuna vero id recuſat, etiamſi nos aſſentiamur: inuenietis enim nomen ei a maioribus obtigiſſe, in quo nihil reprehendi poſſit aut culpari. Ego vero, quod multa magnaque duri fati neceſſitate coactus feci, condemnor; meumque nomen non aliam ob cauſam inuiſum eſt, niſi quod legibus non obtempero, lex vero ſum ſubditis. Quam vero gratiam mihi refertis, Phalarin appellantes, eam in beneficentiam vertetis, ſi hoc nomine abſtineatis.

CXLIV. A X I O C H O.

Quemadmodum de aliis bonis, ſic de generis nobilitate gloriari non dedecet. Vnicam vero nobilitatem ego virtutem noui, reliqua omnia fortunae bona. Et fieri *certe* poteſt, vt quis a prauis ortus bonus euadat, atque omnium regum nobiliſſimus; contra a bonis prognatus prauus ſit, et abiectiſſimorum maxime ignobilis. Tu igitur tui ipſius animi laudes apud Syracuſanos, non maiorum nobilitatem intermortuam ignobilibus ſucceſſoribus, effer.

CXLV. EUCTE-

17. Καὶ *βασιλέων πάντων*] Hic erat incepta lectio in Editis, καὶ *βασιλέων καὶ πάντων*· quam praebet etiam *Stobaei* Florilegium. In MS. Pal. legitur *ἀγαθὸς καὶ πάντων εὐγενέστατος*. Sequutus ſum Codicem Lugd. B. in quo ſcriptum, καὶ *βασιλέων πάντων εὐγενέστατος*. fortaſſe quis praeferat vt vſitatius *βασιλέων ἁπάντων*.

18. *Αὐτός τε ἑαυτοῦ καὶ τ. τ. δ.*] Dubium nullum eſt, quin elegans ſit Graeca forma loquendi, *αὐτὸς ἑαυτοῦ φαυλότερος· αὐτὸς ἑαυτοῦ μοχθηράτατος*· quales dantur centenae. Huius vero, quod hic legitur, ſimile exemplum reperiri vix opinor, quo quis diceretur *αὐτός τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν ταπεινοτάτων δυσγενέστατος*. Cum praecedat, *ὁ μὲν ἐκ φαύλων ἀγαθὸς καὶ βασιλέων πάντων εὐγενέστατος*, concinne eodem ſcribendi colore ſubiungi potuit, *ὁ δὲ ἐξ ἀγαθῶν φαῦλος, καὶ τῶν ταπεινοτάτων δυσγενέστατος*. Iam vero cum in proximis *ψυχῆς* ſic ſimpliciter poſitum vix ſufficere videatur, ſuſpicor voces *αὐτός τε* (τε in *τῆς* mutata) *ἑαυτοῦ* pertinere ad vocem *ψυχῆς*. atque adeo Auctorem olim dediſſe: *ὥσε αὐτὸς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἔπαινον αὔχει*.

20. *Εἰς ἀδοξοτέρους δ.*] Hoc mihi cum elegantius videretur ante vulgatis, *ἐν ἀδοξοτέροις διαδόχοις*, recipere in contextum non dubitaui ex MSS. Codd. Lugd. A. Laur. A. Angl.

ρμέ. ΕΤΚΤΗΜΟΝΙ.

Οὐδὲν ἔψευσαι τῶν ἐπ' ἐμοὶ διαβολῶν· καὶ γὰρ αὐτὸς πάνθ', ὅσα κατηγορεῖς ἐν Συρακουσίοις, ὁμολογῶ. ἀλλ', εἰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐγώ τε τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς εἰς ἐμαυτὸν ἁμαρτάνοντας, οὐκ ἐφ' οἷς εἰκὸς τὸν παθόντα συγγνῶναι, ἐφειδόμην, καὶ ὑμεῖς τοῦ προπετῶς ἔχειν τῷ κἀμοὶ καὶ ἑαυτοῖς εἰς ἀνήκεσα ἐπιβουλεύειν, οὐδεὶς ἂν οὔτε ἐμοῦ κατηγόρησεν ὡς ἔκθεσμα δρῶντος, οὔθ' ὑμᾶς ὡς ἀνίατα πάσχοντας ᾠκτίζετο.

ρμς'. ΚΛΕΟΜΕΝΙΔΗι.

Τῶν δωρεῶν ὅσα μέν σοι πρὸς τὴν γυμνασιαρχίαν ἀνήκουσι πεπόμφαμεν, ἐλαίου μετρητὰς διακοσίους, καὶ πυρῶν μεδίμνους τετρακοσίους· ὅσα δὲ νεότητός ἐσι, τῷ υἱῷ σου, τόν τε οἶνον, καὶ τοὺς γραμματεῖς παῖδας, καὶ τὰ Στησιχόρου ποιήματα. εἰ μὴ καὶ ταῦτά τις τὰ δῶρα Συρακουσίων ὑποπτεύσειε νεωτέρων ἕνεκα πραγμάτων ὑπὸ τυράννου πεπέμφθαι.

ρμζ'. ΝΙ-

A. Angl. Pal. et ex marg. Ed. Ald. Haec leguntur apud *Stobaeum*: ψυχῆς ἔπαινον αὔχει, μὴ προγόνων τεθνηκυῖαν εἰς ἀδοξοτέρους εὐγένειαν.

22. Πάνθ' ὅσα] Pro πάνθ' ὡς, recepi ſubminiſtratum a Codd. Lugd. A. et Angl. Noſter Ep. xxxvii. Ἀγαθοῦ μὲν ἔργον φίλου καὶ σὺ ποιεῖς, καὶ πάντες ὅσοι πλεῖόν τί μοι τοῦ μετρίου περὶ ἀνδρείας μαρτυρεῖτε.

24. Ἐγώ τε τοῦ τιμωρεῖσθαι] Quamuis parum referat, praeſens hic legatur, an praeteritum tempus, hoc tamen recipi poterit ex Codd. MSS. Lugd. A. B. C. et Angl. qui hic exhibent, ἐγὼ τοῦ τετιμωρῆσθαι.

26. Τοῦ προπετῶς ἔχειν τῷ] Hic quidem genuina lectio prorſus erat obſcurata. Legitur in Edd. τοῦ προπετῶς οὕτως κἀμοὶ κ. ἑ. Quod repoſui praebent Codd. Lugd. A. et Angl. quibus concinit Lugd. B. niſi quod in illo male ſcribitur προπετῶς ἔχειν τὸ κἀμοὶ κ. ἑ. Voce προαλῶς reiecta, προπετῶς vt Atticum probant *Phrynichus* et *Thom. M.*

30. Τῶν δωρεῶν ὅσα] Vt paulo poſt legitur, ὅσα δὲ νεότητός ἐσι, hic etiam, pro ὅσαι, ſcripſi ὅσα, cum Codd. Angl. et Laur. A. B.

31. Καὶ

CXLV. EUCTEMONI.

Tuarum de me criminationum nulla falsa est: quin ipsemet omnia, quorum me apud Syracusanos accusas, confiteor. Verum, si pariter et ego ab iis puniendis abstinerem, qui in me ita delinquunt, vt delictorum eos ab iniuria affecto veniam impetrare non conueniat, et si vos ab inconsiderata temeritate *abstineretis* in insidiis et mihi et in vestram perniciem struendis, nemo me tanquam nefanda patrantem accusaret, aut vestrum vt crudelissima passorum misereretur.

CXLVI. CLEOMENIDAE.

Munera, quibus tu quidem opus habes ad gymnasii praefecturam, misimus, ducentos olei metretas, et tritici medimnos quadringentos; quae vero iuuentuti conueniunt, filio tuo; vinum, pueros scribas, et Stesichori carmina: dummodo ne quis Syracusanorum haec etiam dona habeat suspecta, tanquam a tyranno missa res nouas moliendi causa.

31. Καὶ πυρῶν μεδίμνους τετρακ.] Hae voces absunt a plerisque Codd. MSS. leguntur in Lugd. C. vbi tamen καὶ omissum. οἱ Γυμνασίαρχοι, vt notissimum est, παρεῖχον τοῦλαιον τοῖς γυμναζομένοις. Solius ferme tantum olei hac in re fit mentio, etiam apud Nostrum in Ep. LXXXVI.—— Per γραμματεῖς παῖδας *pueros* intelligere *scribas* videtur, quales vulgo γραφέας et βιβλιογράφους vocabant: *Protagoram* πρῶτον μὲν γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου ex *Epicuro* tradit *Athenaeus* VIII. p. 354. C. Persaeum nonnulli dicebant fuisse ἕνα τῶν εἰς βιβλιογραφίαν πεμπομένων αὐτῷ (Ζήνωνι) παρὰ Ἀντιγόνου. vt scribit *Diogenes Laërt.* VII, 36. Βιβλιογράφους dixit *Libanius* Epist. CCLXVI.

35. Νεωτέρων ἕνεκα] Pro vulgato ἕνεκεν, ἕνεκα dant Codices Lugd. B. margo Ald. et Angl. in quo haec ita scripta leguntur, εἰ μὴ καὶ ταῦτά τις τὰ δῶρα Συβάρεως ὁ δῆμος ὑποπτεύει νεωτέρων ἕνεκα π. In Lugd. A. voci Συρακουσίων superscriptum ὁ δῆμος· et in margine legitur, γρ. ὁ δῆμος. Συρακουσίων ὁ δῆμος etiam est in MSS. Laur. A. et B.

38. Μή

ρμζ'. ΝΙΚΙΠΠΩι.

Τοῦ μὲν εἰληφέναι σε τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς, πλείσῃ σοι χάρις. ἐγὼ δὲ, ὅπερ ἔλεγες φοβεῖσθαι Συρακουσίους, μή τί σοι χαλεπὸν ἐξ αὐτῶν ἀνάσχῃ δεξαμένῳ τὰ παρ' ἐμοῦ χρήματα, μηνύσεως αὐτοῖς ἀποδοθείσης, τοῦτ' ἔμελλον ποιήσειν, μὴ λαβόντος σου, κατηγορεῖν ὡς εἰληφότος· ἵν' ᾖ σοι τὸ αὐτὸ, δεξαμένῳ, καὶ μή· μᾶλλον δὲ τὸ μὲν ἧττον, τὸ δὲ τῷ παντὶ χεῖρον. μὴ λαβὼν μὲν γὰρ, ἐμοῦ κατηγοροῦντος τὸ δεδωκέναι, πάντως ἂν αἰτίαν εἶχες εἰληφέναι· λαβὼν δὲ ταῖς ἀληθείαις, ἐμοῦ τὸ μὴ δεδωκέναι λέγοντος, οὐκ ἴσως, ἀλλ' ὄντως ἀπηλλάξω τῆς αἰτίας.

ρμή. ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ.

Τοὺς ἐμοὶ περὶ τῶν κατὰ δίκην ἀναιρουμένων πολεμεῖν παρασκευαζομένους, Πολύδευκες, ἀκούσαντας καὶ σαφῶς εἰδότας, περὶ ὅτου τοῦτο ποιήσουσι, τιμωροὺς ὁμολογεῖν δέον, σὺ μέν τοι, κατηγορῶν ἐν Συρακουσίοις ἐμοῦ, τὸ μὲν τιμωρὸς ὡς δεινὸς λέγεις· τὰς δ' αἰτίας (ἃς μάλισα ἔδει) ἐφ' αἷς ταῦτα ἔπαθον ὡς ἀνήκεσοι, οὐδέποτε ἠξίωσας προσθεῖναι. ἐχρῆν γὰρ, ὦ δημαγωγὲ Πολύδευκες, λέγειν μὲν τὸν θάνατον, ἐπιδείκνυσθαι δὲ

38. Μή τί σοι χαλεπὸν — ἀνάσχῃ] *Herodoti* vtitur forma loquendi, apud quem Hiſtiaeus L. v, c. 106. ἐμὲ, inquit, βουλεῦσαι πρῆγμα, ἐκ τοῦ σοί τι ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἔμελλε λυπηρὸν ἀνασχήσειν. L. vii. c. xii. τάδε τοι ἐξ αὐτέων προσδόκα ἀνασχήσειν. — Pro παρ' ἐμοῦ paulo poſt παρ' ἡμῶν exhibent Codd. Lugd. C. Angl. et margo Ed. Ald. — Pro κατηγορεῖν, κατηγορήσειν dant Lugd. A. C. et Angl. hoc recipi potuiſſet, cum praeceſſerit, τοῦτ' ἔμελλον ποιήσειν.

44. Τὸ μὴ δεδωκέναι] Hic in Edd. omiſſum articulum τὸ recepi ex Codd. Lugd. A. B. et Angl. Eadem ratione ſcribendi paulo ante legitur in hac Ep. ἐμοῦ κατηγοροῦντος τὸ δεδωκέναι. In fine Epiſtolae vitioſe ſcriptum ἀπήλλαξο mutatum a me fuit in ἀπηλλάξω· quod eſt in Lugd. B. et in marg. Ald. Ed. eius loco ἀπαλλάξω erat in Lugd. A.

51. Τὸ μὲν τιμωρὸς ὡς δεινὸς] Sunt et alia obſcura in hac Epiſtola; quidque haec ſibi velint minus liquet. Interpretes verba, τιμω-

CXLVII. NICIPPO.

Grates tibi maximas ago, quod dona a me missa acceperis. Quod vero dicebas te Syracusanos metuere, ne, si dona mea acciperes, indicio ipsis facto, grauius aliquid de te statuerent; sic equidem constitueram, si non accepisses, tanquam qui accepisses te accusare; vt perinde tibi esset, siue acciperes, seu minus: imo vero illud melius, hoc vero etiam longe deterius: nam si non accepisses, cum me dedisse contenderem, omnino dicereris accepisse munera; sin vero reuera acciperes, me dedisse negante, procul omni dubio a causa liber esses.

CXLVIII. POLLUCI.

Qui mihi bellum inferre parant ob eos, quos iure e medio sustuli, Pollux, quia audiuerunt et plane intelligunt, cur id faciant, cum vltores illos confiteri tibi necesse sit, tu, apud Syracusanos me accusans, *istos* quidem, *vt oportet*, *vltores* vocas; causas vero, (quas maxime debebas) ob quas ista velut insanabiles passi sunt, addere nunquam dignatus es. Oportebat enim, concionator Pollux, non tantum caedem commemorare, sed etiam praetextum ostendere; quo magis causae

 com-

τιμωρὸς ὡς δεινὸς, ad Phalarin referunt, ex quibus *Naogeorgus : hoc quidem, quod atrox sim vindex, dicis.* In versione *Cujacio* adscripta legere licet: *vltoris quidem nomen vt graue iactitas.* Ne dicam, minime haec Graecis respondere, a mente Auctoris plane videntur aliena. Loquitur de iis, qui ipsi bellum inferre parabant, eosque τιμωροὺς dici debere concedit. Suspicor scribendum, τούτους μὲν τιμωροὺς, ὡς δεῖ, λέγεις. fauet nonnihil coniecturae Ed. Aldina, exhibens τιμωροὺς ὡς δεινούς. Paulo post, pro ἐφ' οἷς, quod cum Edd. libri etiam scripti habent, scribere non dubitaui, ἐφ' οἷς ταῦτα ἔπαθον, vt in fine Epistolae legitur ἐφ' οἷς κατηγορεῖτε· Sic certe, pro vulgato κατηγορεῖτο, restitui, praeeuntibus MSS. Lugd. A. C. et Angl. atque idem praebet Ed. Veneta. Loquitur in plurali de Polluce eiusque partes sectantibus; vt ante αἰσχύνεσθε. atque ita passim in his Epistolis.

56. Καθ'

δὲ τὴν πρόφασιν, ἵνα καὶ παρὰ τὴν αἰτίαν μᾶλλον ἐπαίρῃς τὰ 55
πάθη, καθ' ὧν ἂν πολιτεύῃ. εἰ δὲ αἰσχύνεσθε γυμνῶσαι τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς κατηγορεῖτε, τίνι δικαίῳ πολεμήσετε ἐπ' αὐταῖς, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐκ οἶδα.

56. Καθ' ὧν ἂν πολιτεύῃ] Quam vim hic habeat vocula ἂν nemo facile dixerit. Literas duas TI a vicina Π elisas arbitror, et adscriptam hic a nonnemine praepositionem ἀντὶ, qua indicaretur, positum illud pro οἷς ἀντιπολιτεύῃ. *In administratione reipublicae cum aliquo dissidere* eximie dicebatur Ἀντιπολιτεύεσθαί τινι. Aemulos atque aduersarios in republica plurimos habuit Pericles; nobilissimum Thucydidem, non *Milesium*, (vt dicitur ab interprete *Plutarchi* in Pericle p. 156. B.) sed *Melesiae* filium: Μελησίαν τοῦ Θουκυδίδου, τοῦ ἀντιπολιτευσαμένου τῷ Περικλεῖ memorat *Athenaeus* XI. p. 506. B. de eodem verbum illud adhibent et alii, et *Diogen. Laërt.* II, 12. *Suida* teste Μέλιτος Λάκου — ἀντεπολιτεύσατο Περικλεῖ. In *Schol.* ad

commemoratione etiam affectus in eos irritares, quibus aduersarius rempublicam geris. Quod si vero vos pudet causas proferre, cur accusetis, quo iure ob eas bellum sitis illaturi, ita me Dii ament, ignoro.

ad *Aristoph.* Vesp. v. 941, *Theopompus* historicus Πανταίνετον φησὶν ἀντιπολιτεύεσθαι Περικλεῖ. secundum *Ammonium* in Διαπολιτεύεσθαι *Theopompus* καὶ τοὺς ἐν μιᾷ πόλει φιλοτιμουμένους πρὸς ἀλλήλους Ἀντιπολιτεύεσθαι ἔφη. In *Plutarchi* Demosthene p. 851. F. memoratur Μελάνωπος ἀντιπολιτευόμενος Καλλισράτῳ. hoc sensu Diophanes et Lycortas, Megalopolitani ambo, *dissidentes in rep.* dicuntur *Liuio* XXXVIII, c. 32. *acerrimo studio in administratione reipublicae dissidentem* dixit *Valerius Max.* III. c. VIII. ext. 1. et *grauem in administratione reipublicae aemulum* IV, c. 1. ext. 5. In hunc sensum, pro οἷς ἀντιπολιτεύῃ, scribi potuit a Nostro, καθ' ὃν πολιτεύῃ.

FINIS.

INDEX I.

Exhibens ordinem, quo Epistolae Phalaridis in praecedentibus editionibus collocatae fuerunt; additi numeri ordinem novum, quo in hac editione dispositae sunt, indicant.

Epist. I. *est huius editionis* —— CVII.
—— II. —— XLII.
—— III. —— CXVII.
—— IV. —— XXXV.
—— V. —— XXXIV.
—— VI. —— CXX.
—— VII. —— XLIII.
—— VIII. —— XLIV.
—— IX. —— CXXI.
—— X. —— LV.
—— XI. —— XCI.
—— XII. —— XXIII.
—— XIII. —— CXVIII.
—— XIV. —— CXIX.
—— XV. —— XCIX.
—— XVI. —— CXXXIII.
—— XVII. —— CXXXIV.
—— XVIII. —— I.
—— XIX. —— CIII.
—— XX. —— III.
—— XXI. —— CVIII.
—— XXII. —— XVI.
—— XXIII. —— LXXIX.
—— XXIV. —— XXVI.
—— XXV. —— CXLII.
—— XXVI. —— CXXVII.
—— XXVII. —— LXXI.

Epist.

Epiſt. XXVIII. *eſt huius editionis* —— —— LXXXV.
—— XXIX. —— —— —— —— —— LXXXIII.
—— XXX. —— —— —— —— —— XXXIX.
—— XXXI. —— —— —— —— XCVIII.
—— XXXII. —— —— —— —— —— XXXVII.
—— XXXIII. —— —— —— —— —— C.
—— XXXIV. —— —— —— —— —— —— CXXXV.
—— XXXV. —— —— —— —— —— —— XCII.
—— XXXVI. —— —— —— —— —— CXLVI.
—— XXXVII. —— —— —— —— —— CXV.
—— XXXVIII. —— —— —— —— —— LXXXI.
—— XXXIX. —— —— —— —— —— XC.
—— XL. —— —— —— —— —— XXXVI.
—— XLI. —— —— —— —— —— LXXII.
—— XLII. —— —— —— —— —— —— LXXIII.
—— XLIII. —— —— —— —— —— LXXVI.
—— XLIV. —— —— —— —— —— LXI.
—— XLV. —— —— —— —— —— —— CXXIII.
—— XLVI. —— —— —— —— —— LXIV.
—— XLVII. —— —— —— —— —— —— LXXXIX.
—— XLVIII. —— —— —— —— —— —— LXII.
—— XLIX. —— —— —— —— —— —— CXXIX.
—— L. —— —— —— —— —— —— CXXXI.
—— LI. —— —— —— —— —— —— —— —— XXIV.
—— LII. —— —— —— —— —— —— XLI.
—— LIII. —— —— —— —— —— —— —— XXXIII.
—— LIV. —— —— —— —— —— —— XCVI.
—— LV. —— —— —— —— —— —— LXXIV.
—— LVI. —— —— —— —— —— —— LXXVII.
—— LVII. —— —— —— —— —— —— LXXVIII.
—— LVIII. —— —— —— —— —— —— XXXI.
—— LIX. —— —— —— —— —— —— CXLI.

Epiſt.

Epiſt. LX. *eſt huius editionis* — — — — XLVI.
—— LXI. —— —— —— —— —— —— CI.
—— LXII. —— —— —— —— —— LXXV.
—— LXIII. —— —— —— —— XVIII.
—— LXIV. —— —— —— —— —— CXXII.
—— LXV. —— —— —— —— —— —— —— XXII.
—— LXVI. —— —— —— —— —— XCIV.
—— LXVII. —— —— —— —— —— —— II.
—— LXVIII. —— —— —— —— —— —— CIV.
—— LXIX. —— —— —— —— —— CV.
—— LXX. —— —— —— —— —— CVI.
—— LXXI. —— —— —— —— —— CIX.
—— LXXII. —— —— —— —— —— XV.
—— LXXIII. —— —— —— —— —— —— XIV.
—— LXXIV. —— —— —— —— —— LXXX.
—— LXXV. —— —— —— —— —— XLIX.
—— LXXVI. —— —— —— —— —— —— XXV.
—— LXXVII. —— —— —— —— —— —— LXVIII.
—— LXXVIII. —— —— —— —— —— XIX.
—— LXXIX. —— —— —— —— —— —— —— XXI.
—— LXXX. —— —— —— —— —— —— CXLIII.
—— LXXXI. —— —— —— —— —— CXIV.
—— LXXXII. —— —— —— —— —— —— LI.
—— LXXXIII. —— —— —— —— —— LXV.
—— LXXXIV. —— —— —— —— —— —— —— CX.
—— LXXXV. —— —— —— —— —— XXXVIII.
—— LXXXVI. —— —— —— —— —— XXIX.
—— LXXXVII. —— —— —— —— —— CXVI.
—— LXXXVIII. —— —— —— —— —— XI.
—— LXXXIX. —— —— —— —— —— —— CXXV.
—— XC. —— —— —— —— —— XXVII.
—— XCI. —— —— —— —— —— —— LXXXIV.

Epist. XCII. *est huius editionis* — — — — IX.
— XCIII. — — — — — XII.
— XCIV. — — — — — VI.
— XCV. — — — — LXIX.
— XCVI. — — — — — XXX.
— XCVII. — — — — — XCIII.
— XCVIII. — — — — CII.
— XCIX. — — — — CXXXII.
— C. — — — — — CXLV.
— CI. — — — — XLVIII.
— CII. — — — — CXXVIII.
— CIII. — — — — XCVII.
— CIV. — — — — — XL.
— CV. — — — — LII.
— CVI. — — — — CXXXVI.
— CVII. — — — — LXX.
— CVIII. — — — — — X.
— CIX. — — — — — VII.
— CX. — — — — LXVII.
— CXI. — — — — CXLVII.
— CXII. — — — — XXXII.
— CXIII. — — — — LVIII.
— CXIV. — — — — XLVII.
— CXV. — — — — XXVIII.
— CXVI. — — — — — LIX.
— CXVII. — — — — LXVI.
— CXVIII. — — — — — LX.
— CXIX. — — — — — IV.
— CXX. — — — — — CXLIV.
— CXXI. — — — — VIII.
— CXXII. — — — — — V.
— CXXIII. — — — — CXXIV.

Epist. CXXIV. *est huius editionis* — — — CXLVIII.
— CXXV. — — — — LIII.
— CXXVI. — — — — LIV.
— CXXVII. — — — — CXXX.
— CXXVIII. — — — — XCV.
— CXXIX. — — — — CXXVI.
— CXXX. — — — — XLV.
— CXXXI. — — — — CXL.
— CXXXII. — — — — LXXXVII.
— CXXXIII. — — — — LVI.
— CXXXIV. — — — — LVII.
— CXXXV. — — — — CXXXIX.
— CXXXVI. — — — — L.
— CXXXVII. — — — — CXIII.
— CXXXVIII. — — — — LXIII.
— CXXXIX. — — — — LXXXII.
— CXL. — — — — CXI.
— CXLI. — — — — LXXXVIII.
— CXLII. — — — — CXXXVII.
— CXLIII. — — — — CXXXVIII.
— CXLIV. — — — — XX.
— CXLV. — — — — LXXXVI.
— CXLVI. — — — — XVII.
— CXLVII. — — — — XIII.
— CXLVIII. — — — — CXII.

Siſtens ordinem Epiſtolarum nouum, quo in hac editione diſpoſitae ſunt; additi numeri ordinem veterem et vulgatum, quo antea collocatae fuerunt, indicant, ut, ſi quis Epiſtolam huius editionis inuenire in alia editione velit, hoc indice utatur.

Epiſt. I. *eſt praecedentium editionum* —— XVIII.
—— II. —— LXVII.
—— III. —— XX.
—— IV. —— CXIX.
—— V. —— CXXII.
—— VI. —— XCIV.
—— VII. —— CIX.
—— VIII. —— CXXI.
—— IX. —— XCII.
—— X. —— CVIII.
—— XI. —— LXXXVIII.
—— XII. —— XCVI.
—— XIII. —— CXLVII.
—— XIV. —— LXXIII.
—— XV. —— LXXII.
—— XVI. —— XXII.
—— XVII. —— CXLVI.
—— XVIII. —— LXIII.
—— XIX. —— LXXVIII.
—— XX. —— CXLIV.
—— XXI. —— LXXIX.
—— XXII. —— LXV.
—— XXIII. —— XII.
—— XXIV. —— LI.
—— XXV. —— LXXVI.
—— XXVI. —— XXIV.

Epist. XXVII. *est praecedentium editionum* — — XC.
— XXVIII. — — — — — CXV.
— XXIX. — — — — LXXXVI.
— XXX. — — — — — XCVI.
— XXXI. — — — — — LVIII.
— XXXII. — — — — CXII.
— XXXIII. — — — — LIII.
— XXXIV. — — — — — V.
— XXXV. — — — — IV.
— XXXVI. — — — — XL.
— XXXVII. — — — — XXXII.
— XXXVIII. — — — — LXXXV.
— XXXIX. — — — — XXX.
— XL. — — — — CIV.
— XLI. — — — — LII.
— XLII. — — — — II.
— XLIII. — — — — VII.
— XLIV. — — — — VIII.
— XLV. — — — — — CXXX.
— XLVI. — — — — LX.
— XLVII. — — — — CXIV.
— XLVIII. — — — — — CI.
— XLIX. — — — — LXXV.
— L. — — — — CXXXVI.
— LI. — — — — LXXXII.
— LII. — — — — CV.
— LIII. — — — — CXXV.
— LIV. — — — — CXXVI.
— LV. — — — — X.
— LVI. — — — — CXXXIII.
— LVII. — — — — CXXXIV.
— LVIII. — — — — CXIII.

Epist. LIX. *est praecedentium editionum*	CXVI.
LX.	CXVIII.
LXI.	XLIV.
LXII.	XLVIII.
LXIII.	CXXXVIII.
LXIV.	XLVI.
LXV.	LXXXIII.
LXVI.	CXVII.
LXVII.	CX.
LXVIII.	LXXVII.
LXIX.	XCV.
LXX.	CVII.
LXXI.	XXVII.
LXXII.	XLI.
LXXIII.	XLII.
LXXIV.	LV.
LXXV.	LXII.
LXXVI.	XLIII.
LXXVII.	LVI.
LXXVIII.	LVII.
LXXIX.	XXIII.
LXXX.	LXXIV.
LXXXI.	XXXVIII.
LXXXII.	CXXXIX.
LXXXIII.	XXIX.
LXXXIV.	XCI.
LXXXV.	XXVIII.
LXXXVI.	CXLV.
LXXXVII.	CXXXII.
LXXXVIII.	CXLI.
LXXXIX.	XLVII.
XC.	XXXIX.

Epiſt.	XCI.	*eſt praecedentium editionum* — — — XI.
——	XCII.	— — — — XXXV.
——	XCIII.	— — — — XCVII.
——	XCIV.	— — — — LXVI.
——	XCV.	— — — — CXXVIII.
——	XCVI.	— — — — LIV.
——	XCVII.	— — — — CIII.
——	XCVIII.	— — — — XXXI.
——	XCIX.	— — — — XV.
——	C.	— — — — XXXIII.
——	CI.	— — — — LXI.
——	CII.	— — — — XCVIII.
——	CIII.	— — — — X X.
——	CIV.	— — — — LXVIII.
——	CV.	— — — — LXIX.
——	CVI.	— — — — LXX.
——	CVII.	— — — — I.
——	CVIII.	— — — — XXI.
——	CIX.	— — — — LXXI.
——	CX.	— — — — LXXXIV.
——	CXI.	— — — — CXL.
——	CXII.	— — — — CXLVIII.
——	CXIII.	— — — — CXXXVII.
——	CXIV.	— — — — LXXXI.
——	CXV.	— — — — XXXVII.
——	CXVI.	— — — — LXXXVII.
——	CXVII.	— — — — III.
——	CXVIII.	— — — — XIII.
——	CXIX.	— — — — XIV.
——	CXX.	— — — — VI.
——	CXXI.	— — — — IX.
——	CXXII.	— — — — LXIV.

Epiſt.	CXXIII.	*eſt praecedentium editionum*	XLV.
——	CXXIV.	—— —— —— ——	CXXIII.
——	CXXV.	—— —— —— ——	LXXXIX.
——	CXXVI.	—— —— ——	CXXIX.
——	CXXVII.	—— —— ——	XXVI.
——	CXXVIII.	—— —— ——	CII.
——	CXXIX.	—— —— ——	XLIX.
——	CXXX.	—— —— ——	CXXVII.
——	CXXXI.	—— —— ——	L.
——	CXXXII.	—— —— ——	XCIX.
——	CXXXIII.	—— —— ——	XVI.
——	CXXXIV.	—— —— ——	XVII.
——	CXXXV.	—— —— ——	XXXIV.
——	CXXXVI.	—— —— ——	CVI.
——	CXXXVII.	—— —— ——	CXLII.
——	CXXXVIII.	—— —— ——	CXLIII.
——	CXXXIX.	—— —— ——	CXXXV.
——	CXL.	—— —— —— ——	CXXXI.
——	CXLI.	—— —— —— ——	LIX.
——	CXLII.	—— —— ——	XXV.
——	CXLIII.	—— —— ——	LXXX.
——	CXLIV.	—— —— ——	CXX.
——	CXLV.	—— —— —— ——	C.
——	CXLVI.	—— —— ——	XXXVI.
——	CXLVII.	—— —— ——	CXI.
——	CXLVIII.	—— —— ——	CXXIV.

I N-

INDEX III.

Exhibens nomina eorum, quibus Phalaridis Epistolae inscriptae sunt.

ABARIDI. *Epist.* LXXVII.
ADIMANTO. CXXIII.
AGEMORTO. LXXXVIII.
AGESILAO. LXXXVII.
AGLAO. XXIII.
ALCANDRO. LXXXIV.
ALCIBOO. CVII.
AMPHIDAMANTI. CXXII.
AMPHINOMO. CXXXIV.
ANDROCLI. XVI.
ANTIMACHO. LXXI.
ANTISTHENI. LXXXIX.
ARIMACHO. LXXXII.
ARIPHOETAE. XCV. CXXXII.
ARIPHRADAE. CXXVII.
ARISTAENETO. CXVI.
ARISTOLOCHO. XVIII. XLVI.
ARISTOMENI. LXXXV.
ASTYPALAEENSIBUS. IV.
ATHENIENSIBUS. V.
AUTONOAE. LXIX.
AXIOCHO. CXLIV.
CAMARINENSIBUS. LX.
CATINENSIBUS. XXXIX. XL.
CEBRONI. CXXXII.
CLEAENETAE. CXXXVIII. CXLIII.
CLEOBULO. XLVIII.
CLEODICO. CXXVIII.
CLEOMEDONTI. LIX.
CLEOMENIDAE. CXLVI.

CLE-

CLEOSTRATO. —— *Epist.* CXXI.
CLISTHENI. —— LXVII.
CRITODEMO. —— XXXVII.
CTESIPPO. —— C.
DAÏSCO. —— XXXI.
DEMARATO. —— XXV.
DEMOTELI. —— LXXXI.
ENGUINIS. —— LXX.
ENNENSIBUS. —— CXII. CXIII. CXIV.
EPICHARMO. —— CI. CII.
EPISTRATO. —— CXXIX. CXXX.
ETEONICO. —— XXIV.
EUANDRO. —— XIV.
EUCTEMONI. —— CXLV.
EUENO. —— XLIII.
EUMELO. —— CXIX.
EURYTHEAE. —— I. CV.
GORGIAE. —— CXV.
HEGESIPPO. —— LXVIII.
HERODICO. —— CXVIII.
HIERONI. —— XXIX.
HIERONYMO. —— XXXII.
HIMERENSIBUS. —— VIII. X. XI. XII. XCVI.
HIPPOLYTIONI. —— LXXII.
LACRITO. —— LIII. LIV. LV.
LAMACHO. —— LVIII.
LEONTI. —— CXLII.
LEONTIDAE. —— XLIX.
LEONTINIS. —— XXXIII. XXXIV.
LYCINO. —— XXXV.
LYSANDRO. —— LXIII.
LYSICLI. —— CXXIV.

LYSINO. — — — — *Epist.* XCIII.
MEGACLI. — — — — XCI.
MEGAREIS. — — — — XLI. XLII.
MELITENSIBUS. — — — LXV. LXVI.
MENECLI. — — — — LXII.
MESSANIIS. — — — CVIII. CX.
MNESICLI. — — — — XXVII.
NAUSICLI. — — — — CXLI.
NEOLAÏDAE. — — — — CXXV.
NICAENETO. — — — — LII.
NICAEO. — — — — XXVIII.
NICARCHO. — — — — XLVII.
NICIAE. — — — — — LXI.
NICIPPO. — — — — CXLVII.
NICOCLI. — — — — XX.
NICOPHEMO. — — — — XXX.
ONETORI. — — — — CXXXI.
ORSILOCHO. — — — — LXXX.
PAUROLAE. — — II. III. XXXVI. CIII. CIV.
PELOPIDAE. — — — — XXII.
PERISTENI. — — — — XV.
PHAEDIMO. — — — — XLV.
[PHALARIDI.] — — — — LXXVIII.
PHILODEMO. — — — — CXL.
POLLUCI. — — CXXXV. CXXXVI. CXLVIII.
POLYCLITO. — — — — CVI. CIX.
POLYGNOTO. — — — — XCII.
POLYMNESTORI. — — — LVI. LVII.
POLYSTRATO. — — — XXXI. XC. CXI.
POLYTIMONI. — — — — LXXIII.
PYTHAGORAE. — — — — LXXIX.
SAMEAE. — — — — XLIV.

SE-

SEGESTANIS. — — — — *Epist.* LXIV.
STESICHORO. — VI. VII. IX. XIII. XVII. XIX. XXI. LXXXVI.
STESICHORI FILIABUS. — — — XCVIII.
STESICHORI LIBERIS. — — — XCVII.
TELECLIDAE. — — — — XCIV.
TEUCRO. — — LXXVI. XCIX. CXXXVII. CXXXIX.
THEANO. — — — — CXLIII.
THEOTIMO. — — — — LXXXIX.
THORACI. — — — — XXVI.
THRASYBULO. — — — — CXXII.
TIMANDRO. — — — — L. LI.
TIMOLAO. — — — — CXXVI.
TIMONACTI. — — — — — XXXVIII.
TIMOSTHENI. — — — — LXXIV. LXXV.
TYRSENO. — — — — CXVII.
XENOPITHI. — — — — LXXXIII.
ZEUXIPPO. — — — — CXX.

INDEX IV.

SCRIPTORUM VETERUM,

Quorum loca in notis vel emendantur, vel illuſtrantur.

Prior numerus paginam, poſterior paginae columnam indicat.

AELIANUS *in V. H.* 274, 1.
AESCHINES *Orator.* 145, 2. 146, 2.
AESCHYLUS. 86, 1.
ALCIPHRON. 46, 1. 72, 1. 2. 84, 2. 134, 2. 183, 1. 214, 1. 286, 2. 295, 1. 332, 1. 2. 333, 1. 2. 341, 1.
ANACREON. 97, 2.
ANTHOLOGIA *Graeca.* 22, 2.
ANTONINUS *Imp.* 330, 1.
ANTONINUS LIBERALIS. 273, 2. 279, 1.
APOLLODORUS. 20, 1. 179, 2. 219, 2. 257, 1.
APOLLONIUS *Tyanenſis.* 85, 2.
APPIANUS. 6, 1. 18, 2. bis. 25, 1. bis. 143, 1.
ARISTIDES. 102, 2.
ARISTOPHANES. 95, 2. 96, 1. 170, 2.
ARISTOTELES. 356, 1. 2.
ARRIANUS. 19, 2. 20, 1.
ATHENAEUS. 51, 2. 52, 1. 2. 74, 1. 75, 2. 85, 1. 86, 1. 95, 2. 108, 2. 166, 2. 213, 1. 253, 1. 2. 321, 1. 2. 331, 2. 332, 1. 2. 333, 1.

